Vno procuratore iudice vel arbitro impedito,quando alter procedere poſſit.q.14. nu.81.ibidem.pag.91.
Vnum cognomen ſufficit inſinuare quando duo habet.q.14.nu.41.ibi.pag. 81.
Volo verbum quid importet.glo.quẽ voluerint.§.ſtatuimus.1.de colla. pag. 79.
Voluntas & poteſtas requirũtur in theologo & alijs ad explicandũ omnes act⁹. glo.ſubire voluerit.§.1.de colla. pa.31.
Voluntas illius qui poteſt præcipere,inducit præceptum.gloſ. prima.§.volumus. de colla.pag.83.
Voluntatis noua definitio,ibidem.
Voluntas factis declaratur.nu.148. tracta. de pacifi.poſſe.pag.20.
Vſurarius manifeſtus eſt inhabilis. nume. 227.ibidem.pag.35.
Vtilitates vt Pariſijs legantur leges. q.5. nu.35.tract.nomina.pag.16.
Vxores duas habẽs vno tempore,hęretic⁹ cenſetur, & pœna mortis puniri debet §.fina.de pub.concubina. pag.189.
Vxor relicta vſufructuaria an poſſit præſentare.q.17.nu.22.ibidem.pag.132.

FINIS.

Errata inter imprimendum,ſic reponito.

Pagina.9.col.1.verſu.36. Diẽnẽſi,lege Diẽſi.Pag.22.col.2.verſu.3. in eo, infra eo. Pag.29.col.1.verſu.1.ti.de pręſcrip.Pag.39.col.1.verſu.34. ſi abſẽs fuerit nõ a reſidẽtia,lege,præſens fuerit in ciuitate.Pag.46.col.1.in textu, vt fertur, vt præfertur.Pag. 41.col.1.verſu.31.infra eo.adde,in glo.irrita.Pag.43.col.1.verſu. 23.in.c.in generali. Pag.52.col.1.verſu.41.& in iſto.Pag.54.col.2.verſu.16. ad immediatũ, lege diſpoſitiones.ibi.verſu.4.a fine,Rochus.Pag.55.col.2.verſu.1.cogitãdũ.ibi.verſu.23.c.1.verſu.24.de præb.in.6.& verſu.32.proinde.Pag.57.col.1.verſu.23.tur.l,aufer.l.Pag.66. col.1.verſu.35.nu.19,lege.nu.45.Pag.70.col.2.verſi.28.lege alioqui paris cõditiõis eſſet qui naſceret.Pag.ſeq.col.1.verſi.penul.adijce.q.12.Pag.76.col.1.verſu.9.lege,qualificatis non conferri graduatis.Pag.82.verſu.5. aufer non.Pag.84. col.2. ad marginẽ lege,nouus intellect⁹.Pag.95.col.2.verſ.38.doct.& Phil.lege Do.& Phil.Pa.99. col.1.verſu.5.a fine,quis autem,quis vero. Pag.123.col.2.verſu.25.lege,poterunt ſecularibus conferri.Pag.130.col.1.verſu.22.lege,nium, quia creator omnũ. c.1. de ſumma.ibi.col.2.verſu.4.ceſi. in antiquis.idẽ dixi ĩ noia. Pag.135. col.2.verſum.totũ.41. ſubijce ad finẽ colũnę.nã trãſpoſit⁹ eſt. Pag.162.col.2.verſu.32.ſecuritatẽ,ſaturitatem. Pag.163.col.2. verſu penul.quidiffcilius, quia difficili⁹. Pag.165.col.1. verſu.18.clauſulã literę,clauſulã hę.Pag.173.col.2.verſu.34.electiau.electiua. Pag.178.col.2.verſu. 11.tracta.ĩ.aufer in.Pag.186.col.2.verſu.5. a fine,baliuum,baiulum.

Si qua occurrãt alia,beneuole lector,quæ & paucula fore putamus,& nõ tãti momẽti, tacitus quiſque corrige, & noſtram operam æqui boniq; conſule.

CONCORDATA INTER SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM PAPAM, ET SEDEM APOſtolicam, ac Chriſtianiſſimum dominum noſtrum Regem, & Regnum, cum interpretationibus, tractatibuſq; Nominationū, & de pacificis poſſeſſoribus, D. Petri Rebuffi, vtriuſq; Iuris doctoris, in Pariſienſi Decretorum facultate Regentis, incipiunt.

Procœmium.

FRācifcus dei gratia Francorū Rex, Mediolani Dux, Aſtēſis Comes, ac Genuæ dominus, Omnibus literas has lecturis ſalutē Quum non pridem ſuperſtite adhuc Ludouico memoriæ cōmēdabilis Rege ſocero noſtro (cuiꝰ animæ propitietur altiſſimus) ſacrum Lateranenſe cōcilium ſæpius editis decretis eundē ſocerum noſtrum ad eiuſdem cōcilij cōuentum euocaſſet, cum eoq; regni noſtri Curias ſummas (quas Parlamētarias vocamus) Eccleſiam inſuper vniuerſam Gallicā, cunctaſq; regni noſtri gētes, Delphinatiſq; noſtri potentatus admonēdos cenſuiſſet, vt ſi quid auctoritatis priſcæ afferre, ſiqua iura citare, ſi rationes cōſentaneas palā ediſſerere poſſe cōſiderēt, quo minus ſanctio pragmatica eiuſdem cōcilij auctoritate ac ſentētia antiquaretur, abrogaretur, induceretur, irritaq; etiam nulla pronunciaretur, & ſchiſmatica, id intra diē dictis decretis præfixā efficerent. Quo neglecto, talis deniq; (ſacro approbāte cōcilio) decerneretur. Dudum autem ſtatimq; nobis diadematico faſtigio diuina benignitate auctis, regnūq; auſpicatò ineūtibus, cū rurſus huiuſcemodi edicta alia atq; alia ab eadē auctoritate manātia innotuiſſent, nobis etiā noſtriſq; curijs eccleſiæ Gallicanæ ac ſubditis populis edicto nouiſſimo, ac cauſæ peremptorio ſpes omnis eſſet purgādæ moræ præciſa, vt ſi vlteriꝰ cūctari in animū induxiſſemus, futurū omnino videremus in hæc diſcrimina incidere, quæ ante dictæ pragmaticæ ſanctionis decretum hoc in regno noſtro patriaq; Delphinali locū ſibi vendicabāt. Ideo nos animo reputantes quāta olim ante illiꝰ pragmaticæ ſanctionis promulgationē indignitas rerū ac deformitas in regno noſtro, patriaque Delphinali graſſaretur, cū videlicet res nummaria (quibꝰ veluti neruis Reſp. ſubnixa eſt) ea maxime ac præcipue Romæ exhauriretur, cū præſulibus & antiſtitibus ſacerdotiorū cōferēdorum libertas facultaſq; adimeretur, cū peregrini & incolæ ſacerdotijs gallicis ſæpe numero donarētur, cū diplomatibꝰ apoſtolicis, quas expectatiuas nūcupa-

bant, generatim ſigillatimq; ſuperſtitũ hominũ ſpirantiũq; ſacerdotia electiua mixta ac collatiua in diẽ mortis eorum conferrentur, qui eis fungebantur. Id quod cũ bonis moribus non conuenit, tũ vero alieni fati votũ habet adiun-ctum. ❡ Poſtremo cũ ſacerdotiorũ con trouerſiæ liteſq; ſacræ in curia Rom. diſceptarẽtur ingẽti noſtrorũ hominũ diſ pẽdio & incõmodo, ex quo ſequi plerũ q; neceſſe erat, vt qui vel ſumptib⁹ ſup peditare, vel labori ſufficere nequirẽt, hi aut iuri ſuo cedere, aut cauſas deſere re, ac ꝓ derelictis habere cogerẽtur. Simul ea accedebat deformitas, vt literarum ſtudioſi, & diſciplinis liberalibus incumbẽtes, aut ſacerdotia adipiſci nequirent, aut qui adipiſci cuperent, literarum ſtudium abijcere aut certe depo nere cogerentur, paſſimq; per vrbes er rabunde vagari: vt id periculum immi nere videretur, ne literarũ tandẽ amor & ſcientia per incuriam exoleſcerent. Quũ igitur ſummopere nobis videndũ eſſe exiſtimaremus, ne huiuſmodi indi gnitas in regno noſtro exoriretur: id quod futurũ intelligebamus: tẽpori vti q; inſeruiẽdum eſſe duximus: ac rebus noſtris periclitantibus pro re nata con ſulendum, imminentiaq; detrimenta minore ac leuiore diſpendio redimenda. Quare quum Bononiam cum omni noſtro comitatu veniſſemus exhibendæ gratia reuerẽtiæ ſanctiſſimo patri noſtro Leoni decimo Pontifici ſummo, quam ei Franciæ Reges maiores noſtros, vt primos ac maximos ſacroſanctæ eccleſiæ filios exhibuiſſe no uimus, obnixis precibus ab eo contendimus, vt ſi pragmaticæ nomen omnino eſſet abrogandum, ſaltem vice illius bona ſua conciliiq; venia certas nobis leges conditioneſq; meditari commini ſciq; liceret, quibus imperiũ noſtrum ſupradictũ in poſterũ vteretur, quod ad ea quidẽ pertinet quæ ſanctione pragmatica cauebãtur. Quibus noſtris pre cibus exorata pontificis ſanctitas (nam ei quoq; cordi erat, regni noſtri eccleſiam recte atque ordine adminiſtrari) haud ægre nobis indulſit vt conuenta quædam nobis meditari commẽtariq; liceret, pragmaticæ ſanctionis vicẽ regno ac potẽtatui ſupradicto vbiq; præbitura, quæ ipſa eiuſdẽ cõcilij autoritate aſſenſuq; confirmarentur, quam homologationem vocãt. Cũ irritante decreto huius cõmentationis curã, quam tunc ſua ſanctitas & nos mãdauiſſemus viris quibuſdam conſultiſſimis: ita con fecta tẽperataq; ſint ea cõuenta, vt pleraq; pragmaticæ ſanctionis capita firma nobis poſthac rataque futura ſint, qualia ſunt ea quæ de reſeruationibus in vniuerſum aut ſigillatim factis ſtatuunt: de collationibus, de cauſis, de fruſtratorijs appellationibus, de antiquatione cõſtitutionum Clemen. quã literis vocant: de libere quieteque poſſidẽtibus: de concubinarijs: quædamq; alia quibus nihil ijs conuentis derogatum abrogatum ve fuit, niſi ſi in quibuſdam capitibus nonnulla interpretanda immutanda ve cenſuimus: quod ita referre vtilitatis publicæ arbitraremur.

Papa ſeu lateranẽſe concilium indulſit regi franciæ vt conuenta quædã faceret q̃ locũ ſeu vicem pragmaticæ ſanctionis obtinerent.

Iſta ſunt capitula pragmaticæ ſanctionis quibus nihil derogatum eſt per papæ & regis cõuenta.

❡ Quod vero ad electiones pertinet,

minime quod optabamus, obtinere potuimus, cauſis in dictis conuentis latiſſime inſertis. Ac nihilo ſecius tamen cum ab eiuſdẽ pontificis ſanctitate dilationem ſemeſtrẽ impetraſſemus ijs rebus trãſigendis:ſuper ijſq; viros multos doctrina eximia literarũq; peritia præditos,vſuq; rerũ callentiſſimos conſuluiſſemus: tandem de eorum ſententia,quoniã ita ferebat ratio difficultaſq; temporis, rerumq; nos circũſtantium neceſſitas,ſæpe dicta cõuenta in regno noſtro ac delphinio promulgãda cenſuimus, ita vt ſanctionis vicem inſtarq; plenum habeant. Quorum conuentorum ſeu approbationis cõcilij tenor ſequitur,& eſt talis.

¶De approbatione cõuentorum per Lateranenſe concilium facta.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei. Ad perpetuam rei memoriã .Sacro approbante concilio,diuina diſponente clementia,per quã reges regnãt, & principes imperant ,in eminẽti apoſtolatus ſpecula, & ſuper gentes & regna,meritis licet imparibus,conſtituti: animo reuoluẽtes quod etſi ea quæ pro ſalubri & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iuſtitiam populorum, perpetua eorundem regnorum ſtabilitate,regibus præſertim de fide catholica & de republica chriſtiana & apoſtolica ſede bene meritis,laudabili & prouida noſtra ordinatione cum venerabilibus fratrib⁹ noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalib⁹ conceſſa,ac ad effectum huiuſmodi geſta ſtatuta ordinata decreta facta ve ſunt,plenam roboris firmitatem obtineant:illis nihilominus interdum(ſacro approbante concilio)noſtræ innouationis,& approbationis robur adijcimus: vt eo firmius illibata perdurent, quo ſæpius erunt noſtra auctoritate,ac etiam generalis concilij præſidio communita. Efficacemq; operam circa eorundem conſeruationem libenter adhibemus:vt reges ,& ipſorum regnorũ perſonæ, conceſſionibus,priuilegiis,ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi in domino plene gaudẽtes,in pacis & trãquillitatis ac amœnitatis dulcedine conquieſcãt: & in eorum ſolita erga eãdem ſedem deuotione feruentius perſeuerent. ¶Nuper ſiquidem vt eccleſia ſponſa noſtra in ſancta vnione conſeruaretur, & Chriſtifideles ſacris canonibus a Romanis pontificibus,& ſacris generalibus concilijs duntaxat editis vterentur,quaſdam cõſtitutiões,quas decætero loco Pragmaticæ ſanctionis ,& contentorum in ea, in regno Franciæ pro bono pacis & cõcordiæ, ac illius communi & publica vtilitate,cum chariſſimo in Chriſto filio noſtro Franciſco Francorum rege chriſtianiſſimo,dum Bononiæ cum noſtra curia eſſemus,tractatas,& cum eiſdem fratribus noſtris diligenter examinatas,& de eorum conſilio cum præfato rege concordatas, & per ipſius regis legitimum procuratorem acceptatas , de eorundem fratrum conſilio & vnanimi conſenſu ſtatuimus & ordinamus, prout in noſtris literis deſuper confectis plenius continetur , quarum tenor ſequitur,& eſt talis.

Conſtitutiones edite a romano pontifice pro bono pacis & concordię loco pragmaticę ſanctiõis & in ea contentorũ decætero obtinebant.

¶De conſtitutionibus.

Leo epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei ad perpetuam rei memoriã. Primitiua illa eccleſia in angulari petra a ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto fundata, apoſtolorum præconijs elata, martyrũq; ſanguine cõſecrata & aucta, olim vbi primũ (iuuante domino) per orbẽ terrarum lacertos mouere cœpit, prouide attẽdẽs quantũ oneris humeris impoſitũ haberet, quot oues paſcere, quot cuſtodire, ad quot etiam remotiſſima loca oculos intendere cogeretur, diuino quodam cõſilio parochias inſtituit, dioceſes diſtinxit, epiſcopos creauit, & metropolitanos præfecit, vt tãquã mẽbra capiti obſequentia, cũcta ſecũdum eius volũtatẽ ſalubriter in domino gubernarẽt, & tanquã riuuli a perẽni fõte Romana videlicet eccleſia deriuantes, ne angulũ quidẽ dominici agri irrigatum dimitterent. Vnde ſicut alij Romani pontifices prædeceſſores noſtri ſuo tempore omni ſtudio curarunt vt dicta eccleſia vniretur, & in ſancta vnione huiuſmodi ſine ruga & macula cõſeruaretur, & omnes vepres ab eadem eccleſia abolerentur, cuius propriũ eſt (diuina opitulãte gratia) virtutes colere, & vitia radicit⁹ extirpare: ita & nos tempore noſtro & præſenti durãte cõcilio ea facere & curare debemus, quæ vnioni & conſeruationi eiuſdem eccleſiæ conducere videntur. Eapropter omnes vepres quæ vnioni huiuſmodi obſiſtunt, & ſegetem domini pullulare nõ ſinunt, tollere prorſus & extirpare, ac virtutes in viã domini inſerere ſatagimus. Sane inter arcana mẽtis noſtræ reuoluẽtes, quot tractat⁹ inter piæ memoriæ Piũ II, Sixtũ IIII, Innocẽtium VIII, Alexãdrũ VI, & Iuliũ II. Romanos põtifices prædeceſſores noſtros, & claræ memoriæ Reges Frãciæ Chriſtianiſſimos ſuper abrogatione certæ conſtitutionis in dicto regno Frãciæ vigẽtis, quæ Pragmatica vocatur, habiti fuerunt. Et licet Pius II. præfatus nuncijs ad claræ memoriæ Ludouicũ XI. Frãciæ regẽ chriſtianiſſimũ deſtinatis, tantis eidem perſuaſerit rationibus, vt rex ipſe pragmaticã ſanctionẽ huiuſmodi tanquã in ſeditiõe & ſchiſmatis tẽpore natã, ſuis patẽtibus literis abrogauerit, tamẽ huiuſmodi abrogatio, nec etiã lr̃æ apoſtolicæ præfati Sixti ſup cõcordata cũ oratorib⁹ præfati regis Ludouici ad præfatũ Sixtũ prædeceſſorẽ deſtinatis habita expeditæ, per prælatos & perſonas eccleſiaſticas dicti regni receptæ nõ fuerunt, nec ipſi prælati & perſonæ eccleſiaſticæ illis parere, nec monitis Innocentij & Iulij prædictorum aures præbere, ſed eidem pragmaticæ cõſtitutiõi inhærere voluerũt. Vnde præfatus Iulius prædeceſſor in præſenti cõcilio Lateranenſi vniuerſalem eccleſiam repræſentante, per eum legitime indicto, abrogationis pragmaticæ ſanctionis huiuſmodi negocium, & illius diſcuſſionem, venerabiliũ fratrũ ſuorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) & aliorum prælatorum congregationibus, relationemq; diſcuſſorum ſibi & eidẽ concilio faciẽ-

Quare parochiæ & dioceſes p vniuerſum orbem diſtinctæ fuerunt.

Vepres prſus tollendæ ſunt q̃ vnioni eccleſiæ obſiſtunt, & ſegetẽ domini pullulare nõ ſinunt.

Rex Ludouicus. xj. ſuaſione ſixti quarti pontificis uiſus eſt abrogare ꝓgmaticam ſanctionem

dam cõmiſit:gallicoſq; prælatos,capitula eccleſiarum, & monaſteriorum cõuentus, ac parlamenta, & laicos illis fauentes cuiuſcunq; dignitatis, etiã ſi regalis exiſterent,ſanctione prædicta vtẽtes,ſeu illã approbantes,omneſq; & ſingulos alios ſua cõmuniter vel diuiſim intereſſe putantes:per edictum publicũ (quum ad partes illas tutus non pateret acceſſus)in certis eccleſijs tunc expreſſis affigendum moneri,& citari ſ infra certum competentẽ terminũ præfigendum,ad comparendum coram eo in concilio præfato:cauſaſq; dicendum quare ſanctio præfata in concernentibus auctoritatem,dignitatem, & vnitatem eccleſiæ Romanæ,& apoſtolicæ ſedis,ſacrorumq; canonum,& eccleſiaſticæ libertatis violationem:nulla & inualida declarari,decerni, & abrogari non deberet.¶Et quum ſuper his in forma iuris,in præfato concilio Lateranẽ.procederetur,dictuſq; Iulius prædeceſſor, ſicut domino placuit,rebus fuiſſet humanis exemptus,noſq; diuina fauente clementia ad ſummi apoſtolatus apicẽ aſſumpti fuiſſemus,& contra prælatos, capitula,conuentus, & perſonas huiuſmodi ad nõnullos actus proceſſiſſem⁹, tandem conſiderantes pacem eſſe vinculum charitatis, & ſpiritualem virtutem qua ſaluamur,dicẽte domino.Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere,non ſitiet in æternum.Et quod in pace conſiſtat ſalus vniuerſorum, Caſſiodoro teſtante:omni quippe regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas in qua & populi proficiunt,&vtilitas gentium cuſtoditur.Matura deliberatiõe cognouimus,non per nuncios,aut legatos noſtros,ſed in præſtatione obediẽtiæ filialis,quã chariſſimus in Chriſto fili⁹ noſter Frãciſcus Frãcorũ Rex chriſtianiſſimus perſonaliter nobis præſtitit,hæc cũ maieſtate ſua corã diſcutere,eũq; paternis hortari monitis,vt ad laudẽ dei, & ſui honorẽ:prõpto animo libẽs ac volẽs dictæ Pragmaticæ ſanctioni abrenũciaret,& ſecundũ leges ſanctæ Romanæ eccleſiæ queadmodũ cæteri chriſtiani viuere,ac mãdatis apoſtolicis quæ a ſede apoſtolica pro tẽpore emanarẽt, parere & obedire vellet.

Gallici prelati capitula & conuentus eccleſiarũ,ac parlamẽta cæterique laici citati ſuerũt vt cõ[ram] Romano pontifice & concilio Lateranẽ. cõparerẽt & cauſam dicerent &c.

Pax dicitur ſ(?) charitatis vinculum & ſal⁹ vniuerſorum.

Mala quæ committũtur in electionibus eccleſiarũ cathedralium & metropolitanarum ac monaſteriorum regni frãciæ.

¶De electionis derogatione.

ET cũ ex electionibus quæ in eccleſijs cathedralibus & metropolitanis,ac monaſterijs dicti regni a multis annis citra fiebãt,grãdia animarũ pericula prouenirẽt,cũ pleræq; per abuſum ſecularis poteſtatis,nõnullæ vero præcedentibus illicitis& ſimoniacis pactionibus,aliæ particulari amore,& ſanguinis affectione,& non ſine periurij reatu fierent.Cũ electores ipſi(etiamſi ante electionem per eos faciendam, idoneiorẽ & non eũ quẽ promiſſione aut datione alicuius rei tẽporalis,ſeu prece vel precibus per ſe vel alium interpoſitis electionem procurare didiciſſent, eligere ſponte iurarent) iuramentũ hmõi non ſeruarẽt,ſed contra propriũ hmõi iuramentũ in animæ ſuæ præiudiciũ venirent:vt nobis notorie cõſtat ex crebris abſolutiõibus, & rehabilitatiõibus a nobis & prædeceſſoribus noſtris petitis & obtentis . Idem Franciſcus rex noſtris paternis monitis tanquã verus obediẽtiæ filius parerevolens,tã pro bono obe

dientiæ (in qua magnum meritũ vere cōſiſtit) q̃ pro cōmuni & publica regni ſui vtilitate, in locũ dictæ prag. ſanctionis, ac ſingulorũ capitulorũ in ea cōtētorũ, leges & conſtitutiones infra ſcriptas inuicē tractatas, & cũ fratrib⁹ nr̃is ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus diligēter examinatas, & de eorũ conſilio cũ præfato rege cōcordatas, per dilectum filiũ Rogerium Barme regiũ aduocatũ, oratorē ſuũ, ad hoc ab eodē Franciſco rege ad nos deſtinatũ, habentē ad hoc ſpeciale & ſufficiens mandatum, acceptauit.

¶ De regia ad prælaturas nominatione facienda.

DE eorundē fratrum conſilio & vnanimi cōſēſu ex certa noſtra ſcientia & poteſtatis plenitudine ſtatuimus & ordinam⁹ q̃ decætero perpetuis futuris temporibus loco dictæ pragmaticæ ſanctionis, ac omnium & ſingulorũ capitulorũ in ea cōtentorũ videlicet vt decætero cathedralibus & metropolitanis eccle. in regno dicto, delphinatu, & comitatu Vien. ac Valentinen. nunc & pro tpe etiā per ceſſionē in manibus noſtris, & ſucceſſorũ noſtrorũ Roman. pontificũ canonice intrātiũ ſpōte factā vacantibus, illarũ capitula & canonici ad electionē ſeu poſtulationē inibi futuri prælati ꝓcedere non poſſint, ſed illarũ occurrente huiuſmodi vacatione, rex Frāciæ pro tēpore exiſtens, vnũ grauē magiſtrũ ſeu licentiatum in theologia, aut in vtroq;, ſeu altero iuriũ doctorem aut licentiatum in vniuerſitate famoſa, & cum rigore examinis, & in .xxvij. ſuæ ætatis anno ad minus conſtitutum, & alias idoneum, infra ſex menſes a die vacationis eccleſiarũ earundem computādo, nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, ſeu ſedi prædictæ nominare, & de perſona per regē huiuſmodi nominata per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem prædictam prouideri: & ſi cōtigerit præfatũ regē perſonam taliter non qualificatam ad dictas eccleſias ſic vacantes nominare, nos & ſucceſſores ſeu ſedes huiuſmodi de perſona ſic nominata eiſdē eccleſijs minime prouidere debeat, ſed teneatur idem rex infra tres alios menſes a die recuſationis perſonæ nominatæ non qualificatæ ſollicitatori nominationē nō qualificatā proſequēti cōſiſtorialiter factæ intimandæ, cōputādos, alium ſupradicto modo qualificatũ nominare. Alioquin, vt diſpēdioſæ eccleſiarũ huiuſmodi vacationi celeriter cōſulatur, eccleſiæ tũc ſic vacanti, per nos & ſucceſſores noſtros, ſeu ſedem huiuſmodi de perſona vt præfertur qualificata, necnō per obitum apud ſedem prædictam vacantibus ſemper etiā nulla dicti regis præcedente nominatione libere prouideri poſſit. Decernentes electiones contra præmiſſa attentatas, ac prouiſiones per nos & ſucceſſores nr̃os ſeu ſedē huiuſmodi factas, nullas & inualidas exiſtere. Conſanguineis tamen præfati regis, ac perſonis ſublimibus ex cauſa rationabili & legitima, in nominatione & apoſtolicis literis exprimenda. Necnon religioſis mendicantibus reformatis eminentis ſcientiæ & ex-

Epiſcop⁹ & aliæ dignitates ī curia vacātes ſine regis nominatione papa confert.

cellentis doctrinæ, qui iuxtà ſui ordinis regularia inſtituta ad grad⁹ huiuſmodi aſſumi non poſſunt,ſub prohibitione præmiſſa minime cóprehenſis, ſed de eorũ pſonis dictis eccleſijs pro tẽpore vacantibus ad dicti regis nominationem,per nos & ſucceſſores noſtros,ſeu ſedẽ huiuſmodi libere ꝓuideri poſſit. ¶Monaſterijs vero & prioratibus cõuentualibus,& vere electiuis,videlicet in quorum electionibus forma capituli quia propter, ſeruari, & cõfirmationes electionũ huiuſmodi ſolenniter peti cõſueuerunt, in regno, delphinatu, & comitatu huiuſmodi nũc & pro tempore etiam per ſimilem ceſſionem vacantibus,illorũ conuentus ad electionem ſeu poſtulationem abbatis ſeu prioris procedere non poſſint, ſed idem rex illorum occurrente huiuſmodi vacatione,religioſum eiuſdem ordinis in ætate vigintitriũ annorũ ad minus cõſtitutũ infra ſimile tẽpus ſex mẽſiũ a die vacationis monaſteriorũ & prioratuũ hmõi cõputandorũ, nobis & ſucceſſoribus nr̃is,aut ſedi hmõi nominare, & de pſona p regẽ hmõi monaſterio vacanti nominata,per nos & ſucceſſores nr̃os,ſeu ſedẽ hmõi ꝓuideri. Priorat⁹ vero pſonæ ad illũ per eundẽ regẽ nominatæ cõferri debeat. ¶Si vero idẽ rex presbyterũ ſecularem, aut religioſum alteri⁹ ordinis,aut minorẽ vigintitriũ annorũ,vel alias inhabilẽ,nobis aut ſucceſſorib⁹ nr̃is infra dictũ ſemeſtre,ſeu ſedi huiuſmodi nominaret, talis nominat⁹ recuſari,& nullaten⁹ ſibi ꝓuideri debeat, ſed rex ipſe infra trimeſtre a die recuſationis ſupradicto modo intimãdæ cõputandũ, aliũ modo ſupradicto qualificatũ,monaſterio ſeu prioratui tũc vacãti nominare, & de pſona ad monaſteriũ nominata illi ꝓuidere: ad prioratũ vero nominato,priorat⁹ ipſe p nos& ſucceſſores noſtros ſeu p̄dictã ſedẽ cõferri debeat. alioquin dictis.ix.mẽſib⁹ effluxis,nulla ſeu de perſona minus idonea,&modo p̄miſſo non qualificata,facta nominatione,ac etiam vacantibus apud ſedẽ p̄dictã, ſemper etiã nulla dicti regis expectata nominatione,per nos & ſucceſſores noſtros ſeu ſedem prædictam monaſterijs prouideri:prioratus vero perſonis vt præfertur qualificatis dũtaxat cõferri libere poſſint. Electiões aũt,& illarũ cõfirmatiões,necnõ ꝓuiſiões,per nos & ſucceſſores noſtros ac ſedẽ prædictã cõtra præmiſſa pro tẽpore factas,nullas,irritas,& inanes eſſe decernim⁹. ¶Per præmiſſa tamen nõ intẽdim⁹ in aliquo præiudicare capitulis eccleſiarũ,& cõuẽtib⁹ monaſteriorũ & prioratuũ hmõi priuilegia a ſede apoſtolica propriũ eligẽdi p̄latũ obtinẽtib⁹:quo min⁹ad electionẽ epiſcoporũ,ac abbatũ & priorũ iuxta priuilegia eis conceſſa libere procedere poſſint iuxta formã in eorũ priuilegijs cõtentã. Et ſi in eorũ priuilegijs forma aliq̃ expreſſa nõ fuerit,tũc formam cõcilij generalis cap.quia propter.tãtũ ſeruare teneãtur: dummodo de priuilegijs ſibi cõceſſis hmõi per literas apoſtolicas,ſeu alias authenticas ſcripturas docuerint,omni alia ſpecie probationis eis in hoc adempta.

Quid ſue ns ſi cõtingat regem nõinare ſũmo põtifici pſonam inhabilem ad prelaturã electiuã

Eccleſiæ habentes ius eligẽdi p̄latũ ex priuilegio ſpãli, non cõprehenduntur in his concordatis.

¶ Rub. De reſeruationibꝰ tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis.

a VOlumꝰ quoq; & ordinamꝰ, ꝙ in regno Delphinatu & comitatu prædictis decætero nō dētur aliquæ grāæ expectatiuæ, ac ſpāles vel generales reſeruatiōes ad vacatura beneficia, ꝑ nos & ſedē prædictā nō fiant, & ſi de facto per importūitatē aut aliàs à nobis & ſucceſſoribꝰ noſtris & ſede præddicta emanauerint, illas irritas & inanes eſſe decernimus.

a DEi optimi maximi iuocato pręſidio. Hactenꝰ legit D. Io. dayma, doctor Toloſanus excellētiſſimus, & ibidem, dum legebam, collega meus, qui olim ad me (dum apud Pictones & Bituriges iura interpretarer) miſit, ſe ad vmbilicū gloſſemata ī cōcordatis duxiſſe, in hiſq; explicandis totis (vt aiūt) neruis interdiu noctuq; multos ānos laboraſſe, quæ me multo tempore tenuerunt, ne ſuper his aliqua ſcriberē At cū nunc nuper ſua vidiſſē gloſſemata ad hanc tantū rubricā protēdi, non potui non aliqua hic ſcribere, & auditoribꝰ noſtris (q̄d cōmodo meo fiat) hæc concordata publice non interpretari. Verūenimuero cū in his interp̄tādis ſcholaſtici boni cōſulerēt, rogarentq; vt has gloſſas meas in apertū ꝓferrem, hoc ſolū reprehēdentes, quòd hāc vtilem materiā illis tandiu ſubticuerim, allegātes tex. in. l. ſi qs forte. ff. de pœnis. Quibus negare operā meā, etſi adhuc abortiuā, nō potui, mente mea reuoluēs, multo melius illis ꝓdeſſe per hęc pauca, q̄ multis inutilibꝰ eoſdē grauare, ac noſtras vigilias cū blattis tineis rixātes dimittere. Igitur lectores boni æquiq; conſulite, & meā operā gratanter vobis oblatā, hilari animo ſuſcipite. Quod ſi (vt ſpero) feceritis, me ad hæc expurganda, & q̄ in Palatio quotidie occurrerint, his addēda incitabitis. ¶ Interim notādū eſt plures rationes eſſe deſcriptas in prag. ſanctio. ob quas ꝓhibētur reſeruationes, ea videlicet potiſſima ratione, quia ex illis ingeritur votum captandæ mortis etiā gentilibus exoſum. c. nulla. de conceſſio. pręb. Et etiam bonis moribus nō conuenit, vt in procemio ſupra patet, & alias ibidem licet videre. Et ſunt ꝓhibitæ ſiue ſint generales, vt ſi papa ſuæ collatiōi reſeruet oēs dignitates maiores poſt pōtificalē ī cathedralibꝰ & metropolitanis, vt ī reg[illegible]a. iij. Cācella. vel ſi reſeruet oīa beneficia collectorū ſuorū, ac cubiculariorū, curialiū, & familiariū, ſuorūq; cōmenſaliū, vt facit in regula cācella. j. & ſequē. vſq; ad octauā, in extrauag. ad regimē. de p̄bē. in cōmunibꝰ. & in extrauag. Io. xxij. execrabilis. illo tit. ¶ Specialis reſeruatio eſt qñ ſuæ collationi vnā dignitatem vel beneficiū reſeruat, vt patet in pragma. eo. titu. Aegid. de bella mera cōſi. xxxiiij. ſuppoſito. col. iiij. verſi. ad tertiū. vide text. in. c. cum in partibꝰ. & ibi doc. de verb. ſig. Et ſic vidi reprobari literas continentes cōſtitutionem penſionis, in quibus cōtinebatur, ſi prædictꝰ N. per annum a fine terminorum huiuſmodi cōputādum a ſolutione penſionis prædictæ ceſſauerit, ex tūc idem N. prædicta eccleſia ſit priuatus eo ipſo, ipſaq; eccleſia ex tunc ad te pertineat, liceatq; hmōi poſſeſſionē ꝓpria auctoritate recipere, & etiā ꝑpetuo retinere. vel ſi talis N. moriaẗ, vel alio priueẗ modo dicta eccleſia, tūc ad ipſam ꝓpria auctoritate redire, ipſāq; tenere & poſſidere, ac eiꝰ fructꝰ redditꝰ & ꝓuētus recipere, & habere libere & licite valeas, ſicut priꝰ cōcedimꝰ. quia cōtinebāt reſeruationē, q̄ hic ꝓhibeẗ. Et licet hic nō excipiāẗ reſeruatiōes in corpe iuris clauſæ, de qbꝰ in. c. ij. de præb. in. vj. cle. vna de rerū pmu. & alias enumerat. d. Probꝰ in additio. ad Io. mona. in. c. p̄ſenti. de off. leg. in vj. tñ tacite ſecūdū eū intelligūẗ exceptæ ꝑ glo. in authē. qua in ꝓuincia. C. vbi de crimi. agi opor. glo. in. l. ij. §. legatis. ff. de iud. vbi in derogatiōe priuilegiorū nō cōprehē-

Duplex reſeruatio hic declaratur.

Reſeruationes ī corpore iuris clauſę exceptæ.

Reſeruationes & generales & ſpeciales ſunt prohibitæ.

b ¶In cathedralibꝰ tamē,metropolitanis & col
legiatis eccleſijs , in quarū ſtatutis caueret̃ ex-
preſſe,ꝙ nullus ibidē dignitatē, perſonatū,ad-
miniſtrationē vel officium obtinere poſſit,ni-
ſi in illis actu canonicꝰ exiſtat,canóicos ad ef-
fectum dūtaxat inibi obtinēdi dignitatē,per-
ſonatum,adminiſtrationē,vel officium huiuſ-
modi, & non cóſequendi primá præbendá va
caturam,creare poſſe intendimus.

dunt̃ priuilegia in corpe iuris clauſa.ſic dice
mus hic ſublatis reſeruatióibꝰ non cōprehē
di in corpe iuris clauſas.ſic dicit glo.in.l.hę-
res abſēs.in prici.ff.de iud.& in titu.de cau
ſis.In verbo,in iure,in prag. Vital.de Cam
ba.in tract.clauſu.clauſula generali non ob-
ſtantibꝰ qbuſcunque priuilegijs.fol.8.ī puo
volu.Roma.in repet.l.ſi vero.§.de viro.col.
18.fallen.22.ff.ſolu. matrimo. Decius conſil.
165.in fi.Dicit tñ Io.de mont.ferrat. in .iiij.
parte ſup pragma.ſanc. ꝙ ex magna & eui
denti cauſa poſſet papa hoc in regno reſer-
uare,vtpote ſi in eccleſia cathedrali vel col-
legiata ſeculari vel regulari nō reperiretur
doctus,tunc ꝓpter excellentē doctrinā lite
rati poterit ei reſeruare epatū . Vide Deciū
conſil.168.Reuerēde. quod nō paterētur re
gnicolę.Et quia hęc materia reſeruationum
parū vſuuenit in palatijs,cum oīno ſit apud
Gallos exoſa, ideo eam miſſam facio,cū ſa-
tis ſuperq; ſit deſcripta per glo.prag. ſanct.
Et qūo capiatur per theologos,vide per Pe
trū Berchoriū in verbo r̃ſeruatio,q optime
explicat . An ſit faciēda mētio reſeruatióis,
tradit Feli.in.c.ín nr̃a.correla.5.de reſcript.

De creatione canonici ad effectum obtinēdi dignitatem.

b ¶Quanuis autē reſeruationes ſint prohi
bitæ in hoc regno,Delphinatu, & comita-
tu Diennenſi,ibi tamen papa creat canoni-
cum ad effectum duntaxat obtinēdi digni-
tatem,perſonatum,adminiſtrationem, vel
officium in eccleſia metropolitana , cathe-
drali,ſeu collegiata, tam ſeculari quâm re-
gulari, cum hic generaliter loquat̃, & non
diſtinguat:ideo nec ego . Et intellige ꝙ pa-
pa creat canonicum,ſiue ſtatutis eccleſiæ ca
ueat̃ expreſſe quod nullus ibi dignitatē ob-
tineat,niſi ſit actu canonicꝰ,ſiue conſuetu-
dine ita obſeruet̃,vt cōmuniꝰ in eccleſijs hu
ius regni.Et hæc creatio nō frāgit numerū
canonicorū in eccleſia iā ſtatutum.Imol.in

c.vacāte.de p̃ben.Et quid poſſit iſte canoni
cus honorariꝰ facere:tradit Feder. de Senis
conſil.290.quia in pñti.col.3.& doct.in.c.
dilecto.de pręb.& infra dicā.Iſtud eſt valde
vtile ꝓ noīatis in eccleſijs cathedralibus &
metropolitāis, vt faciāt ſe creari canonicos
a papa, ad effectū obtinēdi dignitatē ibi. Alioqui etiā ſi dignitates vacent
in mēſibꝰ noīatorū, non debebunt̃ ipſis noīatis, vt dico in
tract. nomina.q.xv.ver. xxij.
Vtiliꝰ tñ eſt ſcire,an legatꝰ a latere poſſit creare canonicū
ad hunc effectū. Videt̃ ꝙ non,vt patet hic,
quia ſibi tm̃ reſeruat papa:ergo inferior,vt
pote legatus,nō poterit: quia tex.debet in-
telligi in caſu in quo loquit̃.l.j.ff.de magiſ.
cóueniēd.Barb.conſi. 57.p̃clare. col.ij.in.j.
volu.facit etiā.l.cum p̃tor.ff.de iud.Scd̃o di
cit Cardin.in cle.fina.q.v.de p̃ben.ꝙ papa
indiſtincte etiā ante vacationē prębēdę pōt
canoniā cōferre,legatꝰ nō, ſed reſeruare po
terit.Tertio qñ in eccleſia eſt certus nume-
rus canonicorū & p̃bendarū ſtatutus,& iu
ratus,ac p papā approbatꝰ,non pōt legatus
illū numerū infringere.glo.ſing.in.c. pro il
lorū.&.c.dilecto.de præb.Specu.in titu.de
lega.§.nunc tractemus.verſi.ſed ſi legatus.
vbi dicit ꝙ ſi canonici reciperēt illū ꝓ quo
legatus mandat,teneret receptio.

Legatꝰ an poſſit creare canonicum ad effectum.

¶In cōtrariū videt̃.nā ordinarius pōt con-
ferre canoniā nō vacantē.c.relatū.c.dilectꝰ
j.de pręb.c.cū ſup.de cóceſſio.preb.Et plus
poteſt legatꝰ q̃ ordinariꝰ.c.dilectꝰ. de offi.
leg.Scd̃o pōt legatꝰ cōpellere canonicos,vt
recipiāt aliquē in canonicū,& prębēdā non
vacantē reſeruare. tex.nota.in.c.ſi eū.&.c.
hi qui.de pręb.in.vj. & ibi Peruſ.Et cū hæc
q̃ſtio in hoc venerabili ſenatu Pariſiē.mo-
ta fuiſſet tpe Georgij de Ambaſia tūc lega
ti in Frācia,fuit p Curiā cōcluſum,& vt di
cit,in mēte Curiæ retētū, ꝙ legatꝰ potuit

ad iſtū effectū creare canonicos, ne pecūiæ ex regno ob hoc extrahanť, & ne res nūmariæ Galliæ diminuāť, vt in ꝓœmio ſupra patet qđ per hoc fieret, & etiā quia hoc cōcordatū ad vtilitatē regni & regnicolarū eſt factum, vt ibidem patet, & iſta eſt regni vtilitas, vt omnibus apparet, ergo. &c.

¶ Notādus eſt iſte tex. hic dū dicit ad effectū dūtaxat. ꝙ iſte canonic⁹ dr̄ eſſe canonic⁹ in herba. Io. And. in. c. dilect⁹. j. de preb. vt refert additio ad Panor. in. c. in nr̄a. de reſcript. & habet nomē canonici inane & vacuū, niſi quo ad hūc effectū. Ancha. in. c. cū cui. de pb. in. vj. & ius habet vētoſum, dicit glo. in. §. item cēſuit. ipſa in verbo numerus, de colla. in prag. Ideo inferť ꝙ alij canonici habētes prebendā iſti honorario præferūtur, & pcedere eum in honoribus debent. No. Domi. in. c. eps. 27. diſt. refert de Ripa lib. 1. reſponſo. c. vlt. col. 2. quia qui habet maiora ſtipēdia, pferri debet nō habēti, vel minus habēti. l. nemo. C. de off. magiſt. offi. ibi, vt is gradus cæteros āncellat, quē ſtipēdia meliora, vel labor ꝓlixior fecerit āñire. Poteſt hic canonic⁹ vocari minim⁹, vt dr̄ in c. q̄ſiuit. de his q̄ fiūt a ma. par. cap. vbi Panor. dicit in. j. no. ꝙ qdā ſunt canonici maximi, alij maiores, alij minimi, tū rōne deſect⁹ ſciētiæ, dignitatis, ordinis, tū tpis, ſeu receptiōis. vide ibid. ¶ Scdo inferť, ꝙ is canonic⁹ creatus nō poterit eſſe iudex delegat⁹ a papa vel a legato, ſicut alij canonici prebendati in cathedralib⁹ eccleſijs ſecularib⁹. c. ſtatutū. in pric. de reſcrip. in. vj. cū ad effectū tm̄ obtinēdi dignitatē ſit creatus. licet contrariū teneat glo. in extrauag. ſedes. de off. deleg. in verbo. ius ad rē. in cōib⁹. Et an poſſit eſſe cōſeruator, vide tex. & doct. in. c. fina. de offic. delega. in. vj. quōd non.

Canonicū honorariū alij canonici pcedūt.

Nō poteſt is canonicus eſſe iudex delegatus.

¶ Tertio, ꝙ dignitas nō eſt affecta iſti canonico, qui poſſit alteri cōferri, niſi p noīationes, mādata, vel alio modo canonici adſtringanť ad cōferendū, quia rōne hui⁹ canonicat⁹ nō tenenť, quia ad effectū tm̄ &c. & nō cōſequēdi primā prebendā vacaturā, vt dicit hic tex. licet rōne hui⁹ canonicat⁹ cōtrariū videať. not. in. c. relatū. de preb. &. c. dilectus. ibid. c. ſi clericus. eo. titu. lib. vj.

¶ Quarto, ꝙ hic canoñ. non poterit poſſeſſionē rōne huius canonicatus dignitatis vacātis ꝓpria auctoritate ſibi apphēdere, nec agere poſſeſſorio recuperādæ anteq̄ poſſeſſio dignitatis fuerit ſibi tradita, licet cōtrariū teneat Pet. Ancha. in reg. ſine poſſeſſione. col. 27. de re. iur. ī vj. vt refert Feli. in. c. cum M. col. 9. in fine. & ſeq. de cōſti. p hanc rōnē quo ad effectū tm̄. ¶ Quinto etiā inferť ꝙ hic canoñ. honorari⁹ nil teneť ſoluere ꝓ ſuo ingreſſu, cū nil aut parū vtilitatis habeat, licet canonici prebēdati ex eccleſiæ cōſuetudine ſoluāt, quod eſt ſimoniacū, vt in. c. qm̄. de ſimo. &. c. ex multis. j. q. 3. Vide tū doct. in. d. c. cum M. de cōſt. Et an ingrediēs religionē, & aliquid dans ꝓ ingreſſu, cōmittat ſimoniam, quōd ſic, decidit. c. tua nos. &. c. dilect⁹. 2. de ſimonia. & d. c. qm̄. Aufre. in deciſio. Tholoſanis. q. 311. Guid. papæ in deciſio. Delphina. q. 80. videmus, quod intellige vt ibidē dr̄, & diſtinguitur. ¶ Sexto nō tenebiť hic canoñ. ſi impetret bñficiū, facere mētionē de hoc leui canonicatu, vt expreſſe conſuluit Aegid. de bellamera cōſil. 34. ſuppoſito. col. 3. verſi. ſuppoſitis. ¶ Vltimo nō poterit hic canonicatus cū alio pmutari, nec ꝓpria bñficia ſibi incompatibilia facit vacare, nec ſup iſto quaſi ꝓ certo titulo poterit ordines recipere. glo. expreſſa in verbo, ius ad rem. in extrauag. j. de off. deleg. in cōib⁹. quia cū extiguať p mortē. c. dilecto. de præb. ita p reſignationē. Et ſic nil trāsferreť ad cōpermutantē. & natura pmutationis eſt ꝙ extrema permutata eadē numeraliter maneant etiā in bñficialib⁹, vt ꝓbať p totū titulū de rerū permuta. quod nō eſſet in hoc caſu. Hoc etiā videtur ſequi Imol. in cle. vna col. 5. nu. 21. de re. pmut. Et quia canoñ. iſte eſt tm̄ dat⁹ ad hūc effectū, & actus agentiū nō debēt operari vltra eorū intētionē. l. nō oīs. ff. ſi cert. pet. Et ſic non habebit vocē in capitulo, nec diſtributiones quotidianas, niſi conſuetas, nec intererit in actibus capitularib⁹. imol. in. d. cle. fina. col. 2. de preben. nec gaudebit priuilegijs aliorum canonicorum. Bal. in l. adminiſtrantes. §. j. ff. de excuſa. tuto. glo. in. §. itē cēſuit. in verbo, numerus. de colla.

Dās pecuniā pro ingreſſu an cōmittat ſimoniam.

Diſtributiones quotidianas non habet iſte canonicus.

in prag. quāuis Archi. videaſ tenere cōtra in.c.hi q. de præb.in.vj.Reliqua de iſtis ca nonicis honorarijs diſcutiēda omitto, quia cum lucrum eorum ſit in hærba,granū ad uocatis non dant.

¶Præfatio ad rubri.de collationibus.

HOc anno.1535.in inſtaurata decreto rum Pariſieñ.facultate interpreta tur⁹ Rub.de colla.in cōcord. ſequē tia præmitto ad totius tituli faciliorē eluci dationē. Quid ſit concordatum. ¶In primis ſciendū eſt,cōcordatū de quo hic loquimur,eſſe legē datā cōmuni cōcordia principū , videlicet Papæ,& Re gis,arg.l.j.§.couentionis.ff. de pactis. &.l. ſi voluntate.C.de reſcind.vēditio.Inde con corditer dr̄ fieri,quod fit nemine cōtradicē te.glo. ī verbo ſingulis.c.vbi.§.ijdē cardina les.de elect. ī. vj.Et concordare & cōuenire parū differūt.c.penu.ibi,cōcordare neqant. Duæ ſunt pſonæ qui bus mūd⁹ regitur. & ibi nota.de elect. in.vj .Et quia ſunt duæ pſonæ,qb⁹ mundus iſte regiſ, regalis vide licet & ſacerdotalis , ſicut reges præſunt in cauſis ſeculi,ita ſacerdotes ī cauſis dei.c.nos ſi incōpetēter .§. ſed notādū. ij. q. vij.Ideo hæ duæ pſonæ tulerūt has leges, vt ſequiſ. Cōcordata legi debēt in hoc frā ciæ regno. ¶Secūdo præmittendū eſt,cōcordata facta eſſe,vt legerenſ,& ſeruarenſ in hoc Frāciæ regno,ſicut alię regū cōſtitutiones,vt patet in Rub.de cōcluſio. Lateranē. concilij.ideo his cōmotus,& quia nullus hactenus in his elucidādis ſcripſerat,interpretari cœpi hoc die.xviij.Februarij,& alijs dieb⁹ extraordi narijs:vt hæc inſtaurata decretorū facultas omnib⁹ frugē afferat,& hæc Pariſieñ.ma xime floreat. quod futurū ſpeto.

Vn'e oris ginē habu erunt con cordata. ¶Tertio pmittendū eſt,ꝙ olim in ſynodo Eugenij ſtatutū ſancte fuit, vt ab omnib⁹ epīs omnino cura & diligentia habeteſ,vt magiſtri & doctores cōſtituerenſ, q ſtudia literarū , liberaliūq; artiū dogmata aſſidue docerētquia in his maxime diuina manife ſtantur atq; declaranſ mādata.c. de qbuſdā xxxvij.diſt. verūtamē quia id tēporis magi ſtri ab epiſcopis ordinabanſ ſine ſtipendijs & beneficijs,qui nō poterāt honeſte viue re,ideo docere nō poterāt,quare vidēs con ciliū Lateraneñ.ꝙ os bouis triturātis ligari nō debet.c.xxv. Deuter.&.c. extirpādæ.in princi.de ptæb.& ꝙ mercenari⁹ eſt dign⁹ mercede.j.ad Cor.ix.c.&.c. cū ſecundū. de p̄ben.ſtatuit ī.c.quia.de magiſt. ꝙ in ſingu lis eccleſijs cathedralib⁹ & collegiatis p̄fice retur grāmaticus qui doceret clericos illarū eccleſiarū gratis: in eccleſijs vero metro politanis vt theologus eligereſ,qui doceret ſacerdotes & alios in ſacra pagina , quibus ſingulis voluit aſſignari ꝓuent⁹ vnius pre bendę,q̄diu docerent:non tñ volebat ꝙ eſ ſent canonici.Et iſta a cōcilio ſtatuta fuere, vt docētis releuareſ neceſſitas, & vt via pa teat diſcētib⁹ ad doctrinā.d.c.quia.ſed quia nil de religioſis ſtatutū erat expreſſe, ideo Clemēs.v.ī concilio Viēneñ.ordinauit, vt ipſis monachis & alijs religioſis proficien di in ſciētia via opportuna non deſit, ꝙ in ſingulis eorum monaſterijs,quibus ad hoc ſuppetunt facultates,idoneus præficeretur magiſter,qui eos in ſcientijs primitiuis in ſtruat,ne adagio poſſit dici, monacho im peritior.Clemē.ne in agro.§.rurſus. & §.ad ampliationē.de ſtat monac. Verūeniuero, quia ſtudiū theologię deficiebat ꝓpter vnū tātū theologū,ideo in cōcilio Baſilieñ. fuit ſtatutum,vt in ſingulis eccleſijs cathedrali bus theolog⁹ cōſtitueret,qui ibidē canoni catū & præbendā haberet, vt prędicare, & legere poſſet:qđ bonū viſum fuit primo ec cleſiæ gallicanæ: ideo id approbauit, vt in prag.habeſ in.§.ordinat.Et poſtea cōcorda tū fuit inter ſanctiſſimū papā & dñm no ſtrū regē,vt illud ſeruareſ. patet ī hoc titu. de colla.& hoc optima ratiōe fuit introdu ctū,videlicet vt errores viteñ,& reproben tur, q niſi agnoſcanſ,reprobari nō poſſūt. Cur theo logo datur prębēda. c.legim⁹.xxxvij. diſt.c.fina.xxiiij.q.iij.vñ ex defectu doctrinę olim euenit vteteres plu res deos coluiſſe. Sap.xiij.c.Nō cognoſcētes qs eſſet oīm rerū artifex:aut ignē, aut aërē, aut gyrum ſtellarum,aut ſolē,rectores oim terrarum putauerūt.c. q ſine. xxvj. q.ij. & q.v. c. nec mirū. Alias ratiōes tradit glo.in .§. ſeqtur. in verbo afferat,eo.tit.ī prag. & originē cōcordatorū lati⁹tradūt primę lrę Ro.pōti.ſup inprocemio ,ibi cernere licet.

¶ Quarto p̃mittẽdũ eſt ꝙ cõciliũ Baſiliẽ.
cõgregatũ vidit etiã eccleſias indigere vi-
ris lr̃atis, vt dicit in.c.cũ ex eo.de elect.in
vj. qbus mime ꝓuidebat, ſed poſt exhau-
ſtũ patrimoniũ in acquirẽdo ſciẽtiã, opus
erat ꝙ mẽdicarent p̃textu paupertatis, de
qua in authen. habita. C. ne filiꝰ pro pr̃e.
& ibi dixi. Et ideo ꝓuidere voluit hoc or-
dine, ꝙ ſinguli collatores graduatis q in
acquirẽdo gradũ exhauſerũt patrimoniũ,
tertiã ptẽ bñficiorũ in recõpẽſationẽ tã la
borũ q̃ bonorũ ĩ ſtudio expẽſorũ cõferãt,
qđ approbauit eccleſia gallicana, vt patet
in.ti.de colla. ibi fuſiꝰ declarat i prag. ſãct.

Quare ſtatutũ primo fuit vt literatis pro uideretur.

¶ Quinto p̃mittẽdũ eſt, ꝙ hæc prag. fuit
Roma. põtifici & ordiarijs collatoribꝰ ex-
oſa, adeo vt eã hęreſim appellarẽt, & ſciſ-
ſurã eccleſię & mẽbra diaboli vocauit Bar-
ba. in.c. mãdatũ.col.5.de reſcrip. ideo cũ
Ludo. vndecimꝰ anteq̃ ad regnũ perue-
niſſet, ꝓmiſiſſet papę ſe prag. deleturũ cũ
rex creatus eſſet, qđ cõtigit, ideo ꝓmiſſi
memor Sixtus põtifex maximꝰ ad eũ le-
gatũ Ioã. Balluã monachũ irregularẽ ꝓ
antiquãda dicta prag. miſit. rex egregij
animi prag. ſublatam iri voluit: ſed ſchola
Pariſiaca reſtitit, & Ioã. Romanꝰ regius
tũc ꝓcurator, qbus multa doloſus ille Bel
lua minatꝰ fuit, vt etiã meminit Bñdic.
in repet.c. Raynutius. in verb. & vxorẽ.
nu.450.& ſequent. & in verbo, ſi abſq;.
in.2.de ſubſtitu. fideicõmiſſa. nu.44.de
teſta. Tandẽ quędã cõcordata fuerũt inter
Sixtũ & Ludouicũ inita, quę nõ fuerũt re
cepta, vt in extraua. ad regimẽ. de maior.
in cõibꝰ. & Gagui lib.x. in vita Ludoui-
ci xj. verſ. fama ante hos dies &c. fol.263.
& habetur in rub. de cõſti. §. vnde ſuper
eo. & glo. in.§. nõ volumus .de colla. in
prag. In verb. quatuor. Verumenimuero
quia nõ fuerũt a regnicolis (vt dixi) rece-
pta, ideo nõ ligauerũt, glo. in.c.j. de treu-
ga. Et ideo ſemp erat inter ſummũ põtifi
cem & Frãcię regẽ pro prag. cõtrouerſia.
quare inſtigante diuina gratia Leo papa
x. & chriſtianiſſimus Franciſcus Francię
rex huius nominis primus hęc concorda-
ta tulerũt, anno.1517. apud Bononiam,
quę fuere recepta, vt videre licet ĩ qbuſđ.

Pragmatica erat pape et ordinarijs exoſa.

¶ Sexto p̃mittendũ eſt, ꝙ ĩ his concor-
datis theologo ĩprimis de prębenda (quã
theologalẽ vocarũt) prouideri voluerũt
tam in eccleſijs metropolitanis, q̃ cathe-
dralibus, vt ſtudiũ theologię magis ac ma
gis ampliaretur: vt plane demõſtratur in-
fra eo.§.j. ſtatueruntq; tertiã partẽ bene-
ficiorũ cõferendã eſſe noĩatis graduatis
ac rite qualificatis. Vetũtamẽ erat diffi-
cile elucidare turnũ in prag. ſtatutũ, &
ſcire tertiã partẽ noĩatis & graduatis de
bitam. Ideo clarius cõcordata ſtatuerunt,
vt loco tertię ptis beneficiorũ, tertia pars
tẽporis graduatis & noĩatis aſſignaretur
intra quod tẽpus beneficia vacãtia noĩa-
tis & graduatis cõferrẽtur, & hoc ſtatutũ
eſt in hoc titu. maxime, & eſt optima de
claratio, quã ſumme optauit fieri glo. in
ver. ordo .§. itẽ placuit. eo titu. in prag.

Bona declaratio concordatorum pro graduatis et nominatis.

¶ Vltimo pręmittendũ eſt ꝙ iſta cõſtitu-
tio volẽs ꝓuidere lr̃atis, eſt cõformis legi
tam diuinę, q̃ naturali, canonicę, & ciuili
Primo diuinę, in qua dicit, ꝙ cũ Abrahã
deſcẽdiſſet ĩ Aegyptũ, docuit ſacerdotes
Aegypti aſtronomiã, & tũc cœperũt illã
ſcientiã ſtudere, & a rege habebãt victũ,
vt dicit Ioſep li.j. antiq. & ſacerdotibꝰ in
Aegipto primo philoſophię vacare cõceſ
ſum eſt, Ariſtotel. in.j. Meta. quos refert
Conrad. in tract. de cõtracti. q.73. ſic vult
in hoc ti. ꝓuideri doctoribꝰ & graduatis.
Itẽ in lege noua diuina df.j. Cor.9.c. Quis
militat ſuis ſtipẽdijs vnq̃? quis plãtat vi-
neã: & de fructu eiꝰ nõ edit? Neſcitis ꝙ q
in ſacrario operantur, q̃ de ſacrario ſunt,
edũt? & q altari deſeruiũt, cũ altario parti
cipãt? & Lu.x.c. ꝓmiſit xp̃s diſcipulis co-
medere & bibere, ſic dicẽs, In quãcũq; do-
mũ itraueritis, ĩ eadẽ manete, edẽtes & bi
bẽtes q̃ apđ illos ſunt. dignꝰ eſt eñi merce
nariꝰ mercede ſua. ſic dignꝰ eſt docẽs mer
cede. & Oſee 4.c. dicit, Tu ſciẽtiã repuli-
ſti, et ego te repellã ne ſacerdotio funga
ris mihi. facit.c. ſi iuſta.38.diſ. plene Feli.
in.c. ſiqñ. col.9. verſ. dũ gl. dicit. đ ĩ ſcrip.

Prouidere literatis & iuri diuino canonico et ciuili conforme.

¶ Item cõformis eſt legi naturali, qua cauetur, vt filij alant parentes ſuos: ſicut cõtrà pater ſuos filios .l. ſi quis a liberis. ff. de liber. agnoſcẽd .l. j. in fi. & ſequent. ff. de iuſti. & iur. Sed doctores & alij graduati dicuntur parentes illorum quos docuerunt. l. j. C. de excuſatio. artific. lib. x. & ad Galatas .4. c. dicitur· Filioli mei quos iterũ parturio. & .j ad Corinthios. 4. c. Ego per euangeliũ vos genui. & .1. ad Corinth. 9. c. dicitur, *Si vobis ſeminamus ſpiritualia, eſt magnũ ſi metamus carnalia veſtra*: ſ ca. cum ex officij. de præſcrip. Vnde cum alant præceptores animas diſcipulorũ, & anima eſt pluſquã eſca, Lucæ. xij. c. & præferẽda omnibus rebus. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. ergo ipſi ſunt alẽdi. & nõ poſſunt melius ali, q̃ ꝙ ꝓuideat eis de beneficijs. ergo hæc cõſtitutio volens vt eis ꝓuideatur, eſt illi iuri cõformis.

Diſcipul⁹ an præceptorem alere teneatur.

¶ Itẽ conuenit legi canonicæ volẽti ꝓuideri viris lr̃atis, & non aſinis deferratis, dicit Io. Mo. in. c. cũ ex eo. de elec. in. vj. no. in. c. cũ ĩ cũctis. in pri. de elec. Imo ignar⁹ eſt iuri magis exoſus q̃ homicida. c. fi. de æta. & q̃l. tenẽt Inno. & Panor. in. c. cũ nr̃is. đ cõceſ. p̄b.

¶ Item conuenit præterea legi ciuili, in authen. habita. C. ne fil. pro patre. & in prooemio fforũ, & in. §. fi. in prooemio Inſtit. Ex his ergo patet cõſtitutionem iſtam & animæ & corpori ſalubrem eſſe, & ideo nõ ſine interpretatione omittendam.

¶ Inſuper quæro an altera pars valeat derogare his cõcordatis. Grauis eſt q̃ſtio & ardua: ſuper qua poſſum dicere, Iſta nõ decẽt humeros geſtamina noſtros. Barba. cõſil. j. vol. j. Dicã tamẽ quid in ea ſentiã. Primo videtur ꝙ ſic, quia cõditori licet aduerſus ſuã cõſtitutionẽ diſpenſare, etiã ſine cauſa. nã ſicut fuit motus ad faciẽdũ, ita ad tollẽdũ ſiue diſpẽſandũ. eſt enim par ius ligãdi & ſoluẽdi. c. verbũ. de pœni. diſ. j. l. qui cõdẽnare. ff. de re iud. Eius eſt nolle, qui poteſt & velle. l. eius. ff. de reg. iu.

Vna pars an concordatis derogare poſſit.

¶ Scđo legim⁹ apl̃icã ſedẽ oli Antiochię exiſtẽtẽ, iuſſu dñi p b. Petrũ Romã trãſlatã. c. rogam⁹. 24. q. j. vt vbi caput ſupſtitiõis erat, illic caput qeſceret ſc̃titatis: & vbi gẽtiliũ pricipes habitabãt, illic eccl̃iarũ pricipes morerẽt. c. beati. 2. q. 7. Et mutatiões cathedraliũ eccl̃iarũ ſuadẽte neceſſitate & vtilitate fieri poſſe nõ ignoram⁹. c. mutationes. 7. q. j. ac mutatiões ſãctorũ. c. ĩ trib⁹. de cõſ. diſ. j. c. ſiquis vult. 16. q. 7. ſic & cõſtitutionũ mutatiões.

mutatiões eccleſiarũ & ſanctorum fieri poſſunt.

¶ Tertio papa & rex habẽt plenitudinẽ poteſtatis. l. priceps. ff. de legi. c. propoſuit. de cõceſ. prę b. Bal. in. c. fi. de ꝓhib. feu. alie. p Feder. Et licet ſint iudices ordiarij hominũ, tamẽ ſunt delegati dei, papa videlicet in ſpiritualib⁹, rex in tẽporalibus. glo. ſing. in prooemio Volu. in. j. glo. quã notat Barba. in repet. c. Raynaldus. col. 77. de teſta. & conſil. 34. col. 21. in. 2. volu. & cõſil. j. col. 3. in. 3. vol. D. Boer in tracta. de auctori. ſacri magni cõcilij, in additio. ad Montaigne. fol. 28.

Papa & rex ſunt delegati dei. licet ſint hominum iudices ordinarij.

¶ Cõtrariũ credo verius, quia concordata contractus vim habent, vt patet in titu. de robore & firmitate concordat. & contractus ligãt etiã principem. c. j. de proba. c. poſteaquã. 25. q. 2. c. j. de natura feudi. Nil eſt quod ãpliore luce p̄fulgeat, q̃ recta fides in principe. epiſtola, inter claras. C. de ſumma trinita. glo. in. c. ad apoſtolicæ. de re iud. in. vj. Et cõcordata habent vim decreti, vt quicquid factum fuerit cõtra illa, non teneat. Domi. cõſi. 56. inter ſanctiſſimũ. co. vl.

¶ Itẽ quãdo cõſtitutio trãſit in cõtractum, reuocari nõ poteſt in præiudiciũ eorũ quib⁹ ius ex eadẽ quæſitũ eſt. Innoc. ĩ. c. nouit. de iud. Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de cenſi. §. nũc dicendũ. verſic. quid ſi vniuerſitas. Bar. in. l hi qui. C de excuſ. munerum. lib. x. Refert Roma. cõſi. 352. quæritur. col. 3. Deus ipſe ſeruauit quod promiſit Abrahæ, Geneſ. 22. Multiplicabo ſemen tuũ &c. Itẽ de ſpiritusſancti miſſione, Lucæ vlt. Ego mittã ꝓmiſſum patris mei in vos ſpiritũ. ergo & principes debẽt ſeruare. Nec obſtat ꝙ cõſtitutionẽ cõditor reuocare poteſt, quia, fateor, niſi trãſeat in cõtractum, tũc tollere, vel diſpenſare aduerſus eam non poteſt, arg. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. faciend. Innoc. in. d. c. nouit. de iudic. Roma. d. conſil. 325. quo ad primum. col. penult. verſic. primo niſi conſtitutio. & cõſil. 116. viſis neceſ-

Cõſtitutio nõ reuocatur q̃n trãſit in contractum.

Plures rōnes quare princeps contractū non reuocet.

ſarijs. col.j.Ratio eſt,quia ſi eſſet in voluntate principis contractū factum infringere, nullus cum eo cōtrahere vellet,& ſic comercio hominū careret cōtrahendo,quod eſſet abſurdū,vt qui eſt princeps omniū,cōmercio omniū careret:& qui eſt omniū pręſul, eſſet omniū exul.verba ſunt Bal.in.l.princeps.ff. de legi.Alex.cōſil.vlti.numero.22. in.4.volu.Barba.in cōſil.2.a Ioue.col.2.in 4.vol.Alber.Brun⁹in cōſi.2.viſo themate. col.4.& cōſil.12.patres.col.6.& de ripa in lib.2.reſpōſo.c.28.Allobrogum.Et magna pœna eſt inter homines eſſe,& hominū carere cōmercio.l. hi qui ſanctā.C.de apoſta. vt erat Tantalus,prout poetæ dicūt,vt Horatius ſatyra prima,Tantalus a labris ſitiēs fugientia captat Flumina.

¶ Secūda ratio eſt, quia nullus poteſt cōtra ſubſtātiā act⁹ illo remanēte diſponere.l.cū p̄cario.ff.de p̄ca.glo.i.c.2.de cōſue.in.vj.l. vbi.ff.de do.cau.mor.ſed ſubſtātia cōtract⁹ eſt,vt ſit vltro citroq; obligatori⁹.l.Labeo. ff.de verbo.ſigni.ergo princeps cōtrahēdo ſubſtātiæ cōtractus ſe ſubijcit,alioqui non eſſet cōtract⁹.ſic in ſimili dicitur in.c.cū ad monaſteriū.de ſtatu mona.

¶ Tertia rō eſt, quia id quod noſtrū eſt,ſine facto noſtro a nobis non poteſt auelli. l. id quod noſtrum.ff.de reg.iur.Roma.cōſi. 352.quęritur.col. vltima.ſed per cōtractū nobis quęritur,ergo non poterit auelli ſine noſtro facto.

¶ Quarto nō ſeruare fidē cōtractus,eſt mētiri.l.dolus.ff.manda.& mendaciū abominabile eſt in ore principis maxime.Bal cōſil. 24.ius abbatialis.vol.2.ergo fidem ſeruare debet contractus.

habere.c. quod in dubijs.de renunciatio.
Imo ſi collatio fuerit facta non theologo,
& poſtea alius theolog⁹ ꝓſequatur,quod
videns epiſcopus cōfert præbendam non
theologalem cū iſto onere theologo, de-
mū euincitur prębenda theologalis a pri
mo per theologum,quęritur an ſecundus
theologus habebit præbendam cum hoc
onere? Reſpoñ.quod nō,ſed onus habetur
pro non adiecto, & collatio facta iſti ſe-
cundo theologo valuit,nō tamen dicetur
præbenda theologalis, nec poterit poſt
mortem iſtius acceptari per theologum,
vel requiri tanq̃ theologo affecta.glo. in
prag. verbo de alio.

Studium liberum eſſe debet.

o ℂ Liberi⁹. Studiū liberū eſſe debet a cu-
ra tēporaliū.authē.habita.C.ne filius pro
patre.& ab oneribus & exactionibus.l.j.
& ſequēt.C.q ætate ſe excuſant. Et liberū
debet eſſe ſtudium in eundo,ſtando,& re-
deundo.dict.authē. habita & ibi dixi in
priuilegijs ſcholarium.ideo hic nō repeto
& in.c.qa.hoc anno interpertendo in hac
Pariſ. vniuerſitate,de conceſſio.prębend.

Abſens ratione ſtudij recipit diſtributiones, ſec⁹ ſi abſens fuerit cauſa voluptatis.

p ℂ Abſens a diuinis.intelligēdum eſt ſi
abſens fuerit ratione ſtudij.ſecus ſi rōne
voluptatis,cum tex.hic dicat,vt liberius
poſſit ſtudio vacare. & ſic patet ꝙ ſi non
legat, vel ſtudeat,debet diuinis intereſſe
per iſtum tex.a ratione ceſſante,& ita vi-
di ſeruari apud Bituriges,etiam ſi abſens
fuerit non a reſidentia , vt ſupra dictum
extitit,& hoc exprimit hic tex.dum dicit
a diuinis. Si tamen ratione ſtudij eſſet fati
gatus,licet nō ſtuderet,poſſet tamen per-
cipere diſtributiones quotidianas, quia
ratione ſtudij hoc fit: Hic ſi q̃rerē conge-
rere materias, poſſē ſexcētas q̃ſtiones de
abſente & de abſētia tractare , ſed proſe-
quor tātū tex.& ei⁹ materiā,nō incidētē.
q ℂ Habeatur pro præſente. Sunt verba
addita vltra pragma.& ſunt valde ratio-
nabilia:quia qui abeſt a ciuitate cauſa ſtu-
diorum,dicitur eſſe in ciuitate. l. ſcię.§.
pamphilæ.ff.de fundo inſtruc.l. quæſitū.
in princi.de leg.iij.tamē nō habetur pro
præſente in diuinis. vnde legitima cauſa
abſentiæ licet fingat interdum quē haberi
pro reſidēte.c.decętero. &.c. cū dilectus.
de cleri.non reſid.tamē nō fingit eū habe-
ri pro præſente in diuinis. tex.in.c. licet.
& ibi Imol.not.de præb. hic tamē fauore
ſtudij & lecturæ,vt liberius ſtudio vaca-
re poſſit theologus,pro pręſente habetur
etiam in diuinis.& niſi fuiſſet hic expreſ-
ſum,hoc nō diceremus,vt nota.in.ca.vno
de cleri.nō reſid.in.vj. Et hoc intellige p
fictionē trāſlatiuā de loco ad locū,de qua
Bar.in.l.ſi is qui ꝓ emptore.ff.de vſucap.
alias dixi in tractatu meo de fictionibus,
in quo cōgeſſi verba denotātia fictionē, &
per cōcluſiōes tradidi materiā fictionis in-
ductiuæ, priuatiuę & trāſlatiuę,ibi licet vi
dere.non repeto hic.

Theolog⁹ in diuinis fingit̃ præſens ratione ſtudij & lecturæ.

r ℂ Nihil perdat. & ſic nec diſtributiōes,
anniuerſaria,nec aliud aduētitiū amitte-
re debet,per hoc verbum nihil. Et ſi daret̃
aliquid pro ingreſſu alicuius contractus
ſingulis canonicis,hic theologus ſuā par-
tem habebit. vel ſi reciperetur canonicus,
q ſolueret ex cōſuetudine prādiū cano-
nicis præſentibus , iſti theologo debetur
etiam prandium, quia nihil perdere de-
bent,nec aliquid mea cauſa perdet, & hoc
ſuadetur per iſtum tex.qui fingit eum pre-
ſentē in diuinis,ſi eſſet vere p̃ſens,diſtribu
tiones haberet.c.vno de cle.nō reſid.ſic &
quādo ficte,vt tātū operet̃ fictio in caſu fi-
cto,quātū veritas i caſu vero.l. filio quē pt̃.
ff.delib.& poſthumis. &.l.ſi filiusfa.ſi cer-
tū petat̃.c.cū dilectus.& .c. ad audientiā.
de cleric.non reſident.cum donatio frau-
dari non debeant,in vinea domini operan-
tes.c.fina. de magiſt. & iſta ſunt notanda,
an alij ſcholaſtici vel lectores poſſint hr̄e
quotidianas diſtributiōes in abſentia rōne
ſtudij,quod nō deciditur in.c.licet.de præ-
bē.dixi plene i rep. auth.habita.C.ne fili⁹
ꝓ prē.in priuilegijs ſcholariū. ibi vide.&

Abſens theolog⁹ nō perdit diſtributiones nec alia cōmoda.

Conſuetudo an valeat quis recipiat fructus beneficiorū i abſentia

an conſuetudo valeat quod quis in abſentia poſſit recipere fructus? Reſpō. valere, vt qs partem recipiat, nō totū. oportet enim ꝙ remaneat vnde viuat vicarius, qui eccleſiæ ſeruit, alioqui cōſuetudo eſſet eccleſiæ oneroſa, & non valeret. c. cū ōnes de conſtitu. c. j. de cōſue. Cardi. & alij in ca. ex parte Haſteñ. de conceſſio. prębend. vbi dicit poſt Hoſtieñ. de cōſuetudine generali quam papa ſcit & tolerat, inductū eſſe quod fructus beneficiorum ſimpliciū percipiantur in abſentia: & ideo ſi bñficiatus petat fructus in abſentia, nō poterūt eidē denegari, niſi probetur quod ex conſuetudine eccleſia illa exigat reſidentiā. quod no.

¶ Præfatiq; ordinarij collatores[a], ſeu patroni eccleſiaſtici, [b]quicunque fuerint: [c] vltra dictam præbendam Theologalem, quam vt fertur qualificato conferre teneantur,

¶ Sequit. §. Præfatiq; ordinarij, & duas habet ptes. prima pcipit collatorib9 ordinarijs bñficia graduatis & noīatis conferre, ſecunda conferendi præſtituit modum, ibi, hoc modo. &c.

Qui dicantur ordinarij collatores.

a ¶ Ordinarij collatores. q̄ dicāt ordinarij collatores? Reſpō. eos dici hic ordinarios q poteſtatē habēt conferendi bñficia eccleſiaſtica a papa vel lege. c. a iudicibus. 2. q. 6. glo. in. c. ordinarij. de offic. ordinar. in 6. & in. c. ſi ſoli. de cōceſ. pręb. illo lib. ſiue ſint epiſcopi, ſiue ſuperiores vel iſeriores. glo. i cle. j. & ibi Card. q. xiiij. vt lite pēd. Deci9. c. poſt ceſſionē. no. 1. de ℘ba. Dec. ī cōſi. 169. & diligenter. q. vlti. dixi late in tract. noīatio. q. 8. nō repeto. nā in materia collationis appellatiōe ordinarij venit ali9 īnferior etiam nō epiſcopus. Feli. in. c. cum olim. col. 1. de præſcript. Et ſi vellem hic cumulare materias, poſſem congerere multas ſpēs ordinariorū, ſed nō curo niſi ea q̄ tex. cōcernūt, hic ſcribere. Vide tñ Specul. i. tit. de iur. om. iud. & de ordīario iudice, & de legato, per eundem in rub. de offi. ordina. & quando per literas principis videatur dari noua iuriſdictio, vel ātiqua excitari, declaratur i. c. licet. de offi. ordina. & ibi addidi.

Patroni eccleſiaſtici qui ſunt & laici.

b ¶ Seu patroni eccleſiaſtici. Patroni eccleſiaſtici ſunt, quando ius præſentandi competit illis ratione ſuæ eccleſiæ, ſiue quando ipſa eccleſia, vel vniuerſitas, ſeu collegium religioſorum vel clericorū habet ius patronat9. Feli. i trac. quādo literę apoſtolicæ. col. 5. & ſequen. Patroni laici qñ ius præſentādi eis competit ratione ſui patrimonij. glo. in verbo præſentare. in cle. vlti. de iure patroñ. Panorm. in. c. cum autem. illo titu. Et idem ſi clericus fundauerit aliquam eccleſiam ex ſuo patrimonio, vel fundatori ſucceſſerit, quia dicitur ius patronatus laicum, & per omnia regulatur vt laicus. Panormita. in c. eam te. de iure patro. Et iſtud etiam non cōprehenditur in mandatis, nec in noīationib9. Lappus alleg. 84. dñs papa. col. 3. ver ſi. ſed nunquid. Rochus Curtius in tract. de iure patro. in verbo ius. in. 7. q. & dico in tracta. nomina. q. 8. princi. vbi dixi beneficia quorum præſentatio ſpectat ad patronum clericum & laicum ſimul, non contineri in nominationibus. Et inquantum hic tex. dicit patroni eccleſiaſtici, & patrona cōtinetur. l. patroni. ff. de verb. ſignifica.

Capitula eccleſiaſtica an necnon teneatur conferre nominatis.

c ¶ Quicunꝙ fuerint. Siue ſint collatores ordinarij regulares, ſiue ſeculares, in. §. inſuper. infra eo. Idem ſi fuerint patroni eccleſiaſtici: & iſti tenentur pſentare, vt hic, cuiuſcunꝙ præeminentię fuerint, & dignitatis, vt dicitur in. §. ſequen. Et ſic cōprehendit hic tex. capitula eccleſiarū ratione huius generalitatis, licet alias ℘uiſio ſeu conſtitutio loquens in vna perſona, non extendatur ad perſonam repræſentatā, id eſt ad capitula. tex. elegans in. c. graue. de præb. & ibi nota. doct. quod conſtitutio loquēs in prælato, non extenditur ad capitulum, niſi in tex. expreſſe dicatur. vide Feder. de ſenis, conſi. ccxcj. dñe mi. cum cōſil. ſequē. Roma. conſi. ccccxxxvj. quod indultū &c. & Iaſ. conſi. cxviij. in cauſa. col. v. vol. j. ple-

nſus Feli.in.c.eam te.verſi.aliud. de reſcri. a ℂ Tertiam. Et ſic nominationes nõ poſſunt dirigi ei qui habet collatione vnius tantum, aut duorum beneficiorũ, ſed requirun tur tria ad minimũ, ꝑ hoc verbũ tertiã, & dixi ĩ tract. meo nomina. in.8.q. p̃in. quibus dirigi poſſint noia tiones, & quib⁹ nõ. & vide.q.15.p̃ri verſi.23. quid ſi aliqua habeat ĩ regno, & aliqua extra, an cõprehẽdant, ibidẽ. Et ſecus in mãdatis apoſtolicis, quæ de iure poſſunt dirigi habenti collationem duorũ beneficiorũ.c.mãdatum. & ibi not. &.c.in noſtra.de reſcript. hodie nõ habenti collationẽ decem bñficiorũ, non diriguntin hoc regno mãdata.rub.de mãd.apoſto.infra.vbi dico: Nec duo mãdata, niſi habenti collationẽ quinquaginta beneficiorũ. Si tñ vltra tertiã partem beneficiorũ vacaret in menſib⁹ infra deputatis, deberet nominatis & graduatis. idem ſi minus tertia, quia tertia pars tẽporis eſt affecta, vt ſequitur. Puto etiã ꝙ noiatus aut graduat⁹ non poſſit requirere beneficiũ vacans in ipſo hic ſtato, ſi ille collator nõ habcat collationem trium bñficiorũ per ſupradicta, & p̃ iſta dico non extãtibus noiatis, bñficia quę debita graduatis etiã ſi in menſib⁹ notatorum vacent: vt dico in.§.tenẽat, infra.eo. quia tertia pars bñficiorũ vacãtium in menſib⁹ eſt affecta literatis graduatis videlicet & noiatis: ergo alteris nõ exiſtentib⁹, alteris debetur, & ceſſãte affectiõe noiatorũ ſupeſt affectio graduatorũ, quã habuerunt coditores.

Nominationes nõ diriguntur nõ habenti collationem triũ beneficiorum ad minimum.

Mandata cur hodie poſſint dirigi.

b ℂ Oim dignitatũ. Non cõprehẽdunt hic archiẽpatus, nec ẽpatus, cũ in odioſis appellatione dignitatis non veniat ẽpatus. tex. ſing. in cle. vna.de renũciatio.glo.in.c.2.in verb.dignitatẽ.de prẹb.in.6. cũ ſit culmen dignitatũ.c.venerabilis.de prẹb.c nos conſuetudinẽ.12.diſt.glo.& doct.in.c.2.§. penul.de hęret. Barb.in ꝓœmio clemẽ.col.3. & in trac.de p̃ſtãtia card.in.1 q.1 p̃tis.col. 4.glo.in.c.felicis §. ꝙ ſi quis.in verbo pòti

Quę dignitatẽ in noiatenib⁹ cõprehẽdat.

Tertiam partem[a] omnium dignitatum[b] perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, cæterorumq;[c] beneficiorum eccleſiaſticorũ[d]

ficalẽ.de pœnis.in.6.in fauorabilib⁹ ſic.cle. auditor.& ibi Barb.col.12.de reſcrip. Item quia ſupra titul.2. fuit ſpãliter de illis diſpoſitũ.ſ. ꝙ illorũ noiatio ad regẽ pertineret, & etiã noiatio oim dignitatum, qñ eccleſia eſt paſtore viduata, & in qb⁹ ſeruat forma capituli, quia ꝓpter. de elec. & ſic nõ cõprehendunt hic etiã abbatię, vel alię electiuæ dignitates, vt infra dicã. Et hoc tenet Lappus allega.84.dñs papa.col.5.verſ. ſed nunquid. vbi beneficiorum appellatione dicit non comprehendi abbatias.

c ℂ Cęterorũq;.i.oim aliorum bñficiorum tertia pars graduatis & noiatis cõferri debet, vt ſequit. nã appellatiõe cęterorum oia cõtinent.l.cæterorum.ff.de verb.ſignifi.c. Raynuti⁹.de teſta.auth.ex cauſa.de liber. p̃et.c. apoſtolica.56.diſtin.l. Gallus.§. & quid ſi tantum. in fi.ff.de liber.& poſthu.& eſt repetitiua ſimiliũ glo.& ibi Bar.in.l.nõ ſolũ.§.quęritur.ff.de ꝓcura.glo.in.c. deinde.26.diſt.c.oẽs p̃cipes.de maior.c.quãuis.j.in fi.de p̃ben.in.6. niſi hoc exprimat vt.l.non impoſſibile.&.l.ab emptiõe.ff.de pact.Iaſ.in.l.q̃ dotis.ĩ vlti.nota.ſolu.matri. Aliqñ abbreuiationis cauſa ponit, maxime ꝑ notatios, & tũc ꝑ hãc dictionẽ &c. cẽſent cõprehendi ea q̃ ſunt de natura & cõſuetudine act⁹ ſup quo apponit. Bar.in.l.Gall⁹.§.idem credendũ.ff.de lib.& poſthum. vbi dicit extẽdi poſſe ſecundũ notarij cõſuetudinem. nõ licebit tñ ſucceſſori in re dubia abſꝙ iudicis mãdato hãc clauſulã extẽdere. Feli.in.c.cũ P.tabellio.de fide inſtru. alia ibi licet videre de iſta dictione.

De dictione cætero rum.

Notarius quãdo poſſit extẽdere abbreuiaturas.

d ℂ Bñficiorũ eccleſiaſticorũ. Hoc dicit ad drĩam tẽporalium, vt ſunt feuda, comitat⁹ ducat⁹, & ſimilia, de quib⁹ loquit tex. in.c. felicis.§.ſi qua vero feuda, locationes, officium, vel bñficium ſpũale, vel tpãle, de pœnis in.6. Et illa bñficia nõ cõprehẽdunt hic, quia de eccleſiaſticis expreſſit, ergo excludit tẽporalia.c.non ne.de præſumpt.l. cum

Duplex beneficiũ, eccleſiaſticũ & tpãle.

prætor.ff.de iud.Et quotuplex ſit bñficium tradit Io.de Selua in trac.de benefi.in.1.pte q.2.Ergo collatores adſtrĩgunt cõferre bñficia quęcũq; tpib⁹ tñ ſtatutis, noiatis,&graduatis vacãtia, ſiue ſint altaria,capellæ,vel alia etiã minima

Panor.in.c.cũ olim.de cauſ. poſſ. Et qñ ſit ꝓuiſio faciẽda filio,declarat tex. & doct.in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoffi.teſta.Quib⁹ pſonis ſit faciẽda ꝓuiſio, dixi in pract.mea ad ſtilũ Bituricẽ.in rub.in quib⁹ caſib⁹ ſit ꝓuiſio facienda. quam materiam ſi hic vellẽ trãſcribere

c.ſi ꝓponẽte. de reſcript. dixi in trac.noia.q.9.

ad eorũ collationẽ [a],prouiſionẽ [b],nominationẽ [c],pñtationem [d],ſeu quãuis aliã diſpoſitionẽ [e]

a ℭCollationẽ. Dixi ſupra in pfatione ad hãc rubr. qño hic capiat & alibi in iure, ibi vide ſi lubet.No. tñ q ſi quis impetret bñficium tanq̃ vacãs p extrauag.execrabilis. & etiã p nõ promotionẽ,ſi ꝓbet vnum ex his vacãdi modũ,ſufficit,quia copulatiua exponit p diſiũctiua: vt ſæpi⁹ fit.l.ſępe.& ibi dixi.ff.de verb.ſigni.nota.i.c.inter. de reſcri. etiã quia vno ex duob⁹ repugnãtib⁹ pure & legitime aſſerto,alterũ repugnãs eo ipſo videt tacite negatũ. nã qui dicit rem eſſe ſuã, etiã aſſerit ad aliũ non ptinere.l. Põponius §. ſed & is.ff.de ꝓcut.hoc tenet expſſe Aegidi⁹ de bella mera deciſi.735.ſi impetrãs.

Prouiſio cõprehendit collationẽ, pñtationẽ, nominationẽ & poſtulationem.

b ℭProuiſionẽ Latũ verbum eſt,quod cõprehẽdere põt noiationẽ,poſtulationẽ,pręſentationẽ,& collationẽ.glo.in cle.ſi.in verbo ꝓuiſioni.de elect.Domi.in cõſil.15. reuerẽde.col.2.Et eſt nomẽ plurib⁹ adaptabile.nã qñq; ſapit electionẽ,qñq; cõfirmationẽ,quãdoq; vtrunq; ſimul,qñq; ꝓprio motu factã largitionẽ.Bal.in.l.Barbarius. col. penul.ff.de off.ptor.Feli.in.c.eã te.col.3.de reſcri.Et large cõprehẽdit omnẽ modũ per quẽ eccleſiæ ꝓuidet. Domi.& Franc. in.c. cũ in illis.§.j.de pręb.in.6.Feli.in.c.in nrã. correla. 32.nu.28.de reſcript.Imo verbum ꝓuideas notat ꝓuidentiã non ſolũ eccleſiæ impetratæ, ſed etiã impetrãtis.Bal.in.c.ſi. in ſi.de pſũpt.atq;.l.theopõpus.ff. de dote pleg.& ꝓuiſio idẽ eſt q collatio. tex.& ibi põderat Peruſ.in.c.eũ cui.de pręb.lib.6. vide Cardi. in cle.in pleriſq;. in ſi.prin.de elect.Et ꝓuiſio papę habet vim electiõis & cõfirmationis.Panor. Barb.Feli. & alij in d.c.eã te.de reſcript. & Panor.in.c.noſti.de elec.Bal. cõſil.591.verba papæ.in.5,volu.

Prouiſio papæ habet vim electiõis & confirmationis.

poſſet aſcẽdere ad iuſtũ volumẽ,ideo materiã huic titulo cõueniẽtẽ tm̃ pſequar.& ꝓuiſio hoĩs facit ceſſare ꝓuiſionem legis .l. ſi.C.de pact.cõuent.Claudi.de Seycell. in l.j.col.5.& ſeq.ff.de vulg.& in.l.ſi cum dotem.ſolu.matrimoñ.Gomeſi. in.§. fuerat. col.15.inſti.de actio.

c ℭNominationẽ.Quot modis capiat nominatio, quid ſit, quib⁹ dirigãtur, & aliæ multæ q̃ſtiones tradunt in tract.meo noiatio.vbi licet cernere.non repeto hic.

d ℭPræſentationẽ. Præſentatio eſt quædã pſonæ p patronũ epo, vel alteri ad quẽ inſtitutio ptinet,legitime facta exhibitio, vt pñtato de beneficio vacãte prouideat. Panor.in.c.ea noſcit.de his q̃ fiunt a plato.Et q is qui pñtari debet,requiratur eſſe præſens,ꝓbat glo.in cle.dudũ.de ſepult. & ibi Card. & Curtius in tracta.de iure patro.in verbo ius.q.3. vbi limitant,qñ præſentatus eſſet notus inſtituenti.Et differt ab electione,vt Curti⁹ tradit ibi.q.4.vbi ponit.4.differẽtias.vide.& cuius efficaciæ vel effectus ſit iſta pñtatio,& an dicatur fructus, tradit Paul.de citadinis.in tract.de iure patro. in ſexta pte.atti.3.q.31.vbi licet multa videre in hac materia. tñ ſicut collator poteſt conferre beneficiũ vacãs de iure.c.licet eps. de præb.in.6.ſic & patron⁹ præſentare.de rota.deciſ.365.nota nunquid.in antiq.

Præſentatus præſens eſſe debet.

e ℭQuãuis aliã diſpoſitionẽ.Cõprehendit inſtitutionẽ, Dñicus & Peruſ.in.c.cum in illis.§.j.de pręb.in.6.& quãlibet aliã ordinationẽ, per quã ꝓuidet bñficijs eccleſiaſticis.glo.in verbo diſpoſitionem.& ibi Card. in cle.vna de ſupolen.negligẽ. præla. vide c.ſanctorũ.70. diſ.nã generaliſſimũ verbũ

Diſpoſitio generaliſſimum verbum eſt.

eſt. Bal.conſi.501.verba papæ.in.5.vol.& poteſt ad quēlibet actū referri. tex. in. l.j. C.de bonis proſcripto. Alexā. & ibi in addi.ad eum in rub.ff. ſolut.matri. nūero.16. Imo verbū ordinare & diſponere locū habēt tam in iudicio, q̄ extra, & in actib⁹ vbi fertur ſententia,vel quaſi,nec reſtringitur ſignificatio eius ſolū ad actum cōferendi.c.penul.de offi.lega.in.6.Feder. cōſil.195.factū ita.col.1. Nō tñ cōprehendit electionē exigentē confirmationē,alias contra.d.c.cū in illi⁹.§.1.per text. in cle.1. de præben.tū quia hic eſt odioſum, & in odioſis nō venit electio appellatione diſpoſitionis.gloſ.in verbo diſpoſitionē.in titu. de reſeruat.in prag.tū quia nō eſt veriſimile q̄ ita voluerit derogare vniuerſitati, ad quā pertinet electio,ſicut vni ſingulari; ad quē pertinet ꝓuiſio,quia vniuerſitas innititur iuri cōi in eligendo,vel ſaltē plus accedit ius cōmune ad ius eligēdi,q̄ ad aliud. Ioan.mona.in.c.gñali.de elect. in.6.refert Boniſa.in cle.j de præb.Card.cōſi.103.ſuper quo .col.2 Nec eſt veriſimile,q̄ noluerit ſibi derogare in illa noiatione,quam loco electionū habet,vt patet ſupra in tit. de electio.ita tenet De ripa lib. 2.reſpon. c.23.Iul us papa &c.& cōſi.34. indultum ibid.Nec cōprehendit etiā confirmationē, quia qui cōfirmat in virtute mixta, ſua & alterius,non dicit̄ diſpenere, nec ꝓuidere, nec imputat̄ ei hoc ad beneficiū, ſed ad iuſtitiā.non eñi impēdit beneficiū qui exhibet debitū.l.ſi ſeruo fideicommiſſaria.ff.de hæred.inſti.l.ꝓxime.de ritu nuptia.Bald. cōſil.501.verba papæ.in.5.vol.Nec obſtat verbū quāuis aliā diſpoſitionē, quia intelligit̄ de collatiua ſimili expreſſis, ꝑ illud verbū aliā.glo.in cle.1.de reſcript.l.ſi fugitiui. C.de ſeru.fugiti.Feli.in.c.ſedes.col.2.verſ. clauſula.de reſcrip.vbi plene tradit.facit q̄d dicit Roma.in.l.1.ff.de donatio.cauſ.mor. vbi ſi filiuſfa vidēs ſe nō poſſe facere teſtamentū dicat.ſi nō valeat iure teſtamēti,valeat iure codicillorū, vel alterius cuiuſlibet vltimæ volūtatis, nō refert̄ ad donationē cauſa mortis, de qua debet fieri expreſſa mentio.Item illa enumeratio ſpecierū antecedens facit vt ſub illa clauſula generali non includatur ſpecies electionis, cum ſit maior & grauior ſpeciebus ſupra enumeratis. tex.in.d.cle.1. & cle. non poteſt.de procur.nec poſtulatio,cum tantū papæ fiat de epiſcopalibus & alijs dignitatibus electiuis.c.1.& per totū de poſt.ꝓla. Nec me mouet verbum, quomodolibet ſpectantium,in textu poſitum,quia debet intelligi,ſiue collatio,ſeu alia prouiſio ſpectet ad collatorem iure proprio,ſiue deuoluto,vt in.c.2.de conceſſio.præb.ſiue iure ꝓprio,ſiue iure alieno, vtpote autoritate apoſtolica,in cle. vna de ſupplen. negli. prælato.glo.in verbo quouis modo.in §. quod ſiquis cuiuſcunq; .de colla.in pragm. ſiue collatio ſpectet ſuo nomine, ſiue alieno,vt ca.fina.de offi.vica.in.vj.Et expone quom[o]dolibet,id eſt quolibet modo.dictio enim quomodolibet vna pars orationis eſt & diſtributiua modorum.gl. & ibi Archi. in.c.indemnitatibus.§. j. verſi.ſi qua vero. de electio.in.vj.c.quia plerique. de off. ord. eo.lib.cle.vlti.in fin.de priuile. vel quomodolibet,id eſt quocunq; modo,ſiue iure cōmuni,ſiue priuilegio,vel præſcripta cōſuetudine.ſic exponit gloſ.in.c.q̄q̄. de electio. in.vj.glo. in verbo ſpectat.in capi. ſi clericus.de præb.eo.lib.

quōlibet ſpectantiū viris literatis f graduatis g

f ¶ Viris literatis. Literatis enim eccleſia q̄ maxime noſcit̄ indigere.c.cum ex eo.de elect.i.vj.per quos tot⁹ mūdus illuminat̄. authē.habita.C.ne filius pro patre.Et intelligitur hic de lr̄atis ſiue in theologia, iure pōtificio,ciuili,vel medicina, ſeu in artib⁹ vt declarat̄ infra eo.§ ꝑterea.quia oīs ſcientia a deo eſt.c.legimus.§.hinc etiā. xxxvij. diſt.& lr̄atis ꝓuideri debet.c.ad decorē.de inſtit. Priuilegia illorū dico i repet.auth. habita.C.ne fili⁹ ꝓ patre.in priuile.ſchola.vbi cumulaui ſcholaſticorū priuilegia Literatis prouideri debet

g ¶ Graduatis.& ſic nō ſufficit ſciētia ſine

& p vniuerſitatē noīatis cōterāt[a], Hoc modo[b] videlicet[c], in primo mēſe[d] poſt p̄ſētiū accepta-

gradu.gradꝰ enī nō facit hoiem peritiorē ſed eū ꝓuocat & iducit ad maius ſtudiū, & aſſiduā lectionē, vt eo decētiꝰ in gradu aſſūpto militet, & vt talis appeat, qualis ex ſignis collatis eſſe pria facie credit, & veracitet interius debeat eē, vt ſic ſignatum ſignis correſpondeat.

Bonif.in cle.vna pillū tex,nota.13.de exceſ.p̄lat.nec gradꝰ ſine ſciētia, vt hic paſter. Si velis ſcire gradus, ex quibꝰ pvenit ad pfectionē alicuiꝰ ſciētiæ, nota ſequētes caſus. Primꝰ eſt velle ſciētiā acqrere. Secūdus eſt delectari ī volūtate. Tetiꝰ eſt meditari in ipſa. Quartꝰ itellectu capere meditatū. Quītus memorię tradere. Sextꝰ aliquid inuenire, & ſimile alijs. Septimꝰ à ſe inuētū iudicare. Octauus de iudicato bonū dicere. Nonꝰ illđ bonū modulare ꝓferre. Alberi.in dictio. in verbo gradus. Et quibus cōcedi poſſit noiatiōes, hic patet, & vide quę dixi ī tracta.noiatio.q.5.vbi plene dico.hic igitur non repetetur.

Gradus ex quibꝰ peruenit ad perfectionem.

a ℭ Per vniuerſitatē noiatis. Et ſic vniuerſitas poteſt noiare, & non facultas, vt latiꝰ dicam in tracta. noiatio.in.6.q.princi.vbi dico à quibꝰ cōcedātur nominationes, & quare ab vniuerſitatibꝰ, & an ab vniuerſitatibus extra regnū, vel ab vniuerſitatibꝰ regni, ad beneficia ſita extra regnum.

Vniuerſitas nominationes cōcedit.

b ℭ Hoc modo. Capitur ꝓ moderatione, videlicet hac moderatiōe, vel hac, lege ſequēti.l.hoc modo ff.de cōdi. & demonſt. Bar.in.l.quibꝰ.§.termiliꝰ.illo tit. vel hac forma.l.fi.C.de modo multa. Albert. Brunus ī tract.de forma & ſolēni. actꝰ. Rub. ex quibꝰ cōſiſtāt forma & ſolēnitas. verſi.47.vel hac conditione. glo.in.c. Raynaldꝰ.de teſta.nā aliqñ modꝰ ꝓ cōditione accipitur, & cōtra. Bart. conſil.4. factum tale. & differentiam inter modum & cōditionem tradit glo.& doct. in rub. ff.de conditio. & demonſtratio.

De verbo videlicet quomodo capiatur.

c ℭ Videlicet. Declaratiue ponit.l.videlicet.ff.ex quib.cauſ.maior.c.trāſmiſſę. de eo qcognouit cōſāg.vxo. gl.ī cle.cauſā.de ele.c.ex lr̄is.& ibi Aret.de ꝓb.Deci.cōſ.47.& ꝓ viribꝰ.col.2.& ſic cā cōfuſionis tollēdæ inter noiatos & graduatos declarat ordinē illorū, nō tñ itēdit aliqd graduatis auferre. ſ. vt non exſtantibꝰ nominatis graduati admitti uō poſſint, vt dico in.§.teneātur, infra eo. Aliqñ tñ ſtat reſtrictiue, ſi materia ſubiecta patiat. glo.in.c 2. de priuileg.in 6. & ibi Domi.glo.in.c. Romana.§. caueāt.de ſenten.excōi.eo.lib. Bar.in.l j.ff.ad.l.aql. & Bal.in.l.2.qñ actio de pecu.eſt annalis. & .l.cum mulier.ff.ſolu. matrimo. Iaſ. in l.filio.col.3.de liber.& poſthu.

d ℭ In primo menſe. Qui eſt Aprilis, vt declaratū fuit infra rubri.de regia facultate primū menſe graduatis debitū noiandi. cū hęc cōcordata primo Pariſ.fuerint publicata, & in menſe Martio. Et notādū eſt ꝙ p prag.tertia ps graduatis debebat cōferri hoc modo.nā duę ptes illiꝰ tertię cōferebantur noiatis, & tertia illiꝰ tertię conferebatur graduatis, vt dicit in.§.inſuper. & in.§.itē placuit .de colla.in prag. Et qa iſta tertia & tertię tertia incertę erāt, ideo fuit ſtatutū.p Ludo.12. Frācię tū regē ar.3. rub.des graduez, ꝙ collatores ordinarij et patroni eccľiaſtici deſcriberēt ī vno libro oēs collatiōes p ordinē, vt tertia ps poſſet liqdari: quē librū tenebāt collatores ordiarij exhibere & graduatis, & noiatis.tñ qa multę fraudes fiebāt p collatores, ideo fuit hic expreſſiꝰ declaratū p mēſes vt ſeqtur, & eſt iuſta & ęqua declaratio, q̄uis noiati cōq̄rātur, dicētes ſe debere tres mēſes habere, & graduati vnū tātū, ſicut habebant per prag.duas partes.ſed quia ita placuit principibꝰ, & illis placere debet.

Qui menſes ſint aſſignati nominatis & qui graduatis.

e ℭ Poſt pręſētiū acceptationē. Hoc ideo dicit, quia lex vel diſpoſitio principis non recepta, nec moribꝰ vtētiū approbata, nō ligat ſubditos, ſi nō fuerit obſeruata ſciente & tolerāte principe. glo. ſing. reputa-

Cōſtitutio principis non recepta nō ligat.

ta. in.c.1.i verbo frãgere. de treuga & pace. ſimilis tñ in ſum. 24.q.1.quam ibi not. doct. & Alex.cõſil.6.in.1.volu. & conſil. 132.ibidẽ. & cõſil.39.in.3.volu. Idẽ ſi reciperet à minori parte,& nõ à maiori,qa etiam nõ ligat.

Panor. in.c. qa circa.de cõſang. Nec requirit cõſuetudo ꝓ̄ſcripta ꝑ decẽ annos,ſed ſufficit ſimpliciter vſus cõtrari⁹.c.cũ olim.de cleri.cõiuga.§.1.4.diſt.quia ſupior videt̃ eã legẽ tacite tollere,ex quo ſcit cõtrariũ obſeruari,& patit̃. Aret.cõſi.11.ꝓcedẽdum. col.penul.Roma cõſi.512.quo ad primũ. in fine.& ſupra in ꝓ̄fatio. huius titu.dixi. & Bauer.in.§.j.col.iij de teſta. facit glo.in c.de libellis.xx.diſtin. vbi eccleſia orientalis non recepit canones de cõtinẽtia clericorum,tamẽ propter hoc nõ incidit in hereſim,nec eſt peccatũ mortale.tex.in.c.deniꝗ .in fi.iiij.diſt.plene Aufre. in repe.cle. j. not.x.de offic.ordina.ſic galli,q cõſtitutiones burſales papæ nõ receperũt,nõ male ſecerũt per ꝓ̄di.& ita tenet Bñdi.in repet.c. Rainuti⁹. in verb.& vxorẽ,nu.ccxxxiij.& ſequen.de teſta. cũ leges ex alia cauſa nos non teneãt,q̃ quod iudicio populi receptæ ſunt.verba ſunt iuriſconſulti in.l.de quib⁹. ff.de legib⁹.& quia alia fuerunt cõcordata, de quibus ſupra dixi,quæ non fuerũt a populo recepta,ideo conditores dixerũt hic, poſt publicationẽ & acceptationẽ,& ex ordine prius publicant̃,q̃ acceptentur, in authẽ.vt factæ nouæ cõſtitu.in prin.colla.v. ſed hic voluit tex.quod acceptari debẽt eo tẽpore quo publicant̃ , vt nullũ tẽpus ſuperſit a tẽpore publicationis.

Galli cõſtitutiones burſales non recipiunt.

Concordata ante publicationẽ non ligat.

a ℂPublicationẽ.Et ſic ante publicationẽ nõ ligabat cõcordatũ,vt in authẽ. vt factæ nouæ conſtitu.in princ.colla.v.& publicatio quæ fuit facta in curia ,attendenda eſt qñ factæ ſunt plures publicatiões.Card.in proœ.cle.in fin.dixi i repe.l.vnicæ. notab. vlti.C.de ſentẽ.q̃ pro eo quod intereſt nec ſufficit publicationẽ fieri in curia,ſed requi

tionẽ & earũ publicationẽ,[a] ꝓ̄fati ordinarij collatores dignitates,[b] perſonat⁹,[c] adminiſtratio-

ritur ꝙ fiat in qualibet prouincia vbi ſeruari debet.§.j.vt factę nouę cõſti.Alex.cõſi.clxxxj.in cauſa.col.vlt.in.vj.vol.& cõſi, lij.in cauſa.col.j.in.vij.volu.& de publicatione teſtium qualiter fiat,& ex ea quis effectus producatur,tradit ſpec. in titu . de teſte .§.ſatis vtiliter. Et nouẽ ex qbus inſtrumẽtũ publicat̃, tradit idẽ ſpecu.in titu.de inſtru.editio. in.§. breuiter cõmemoremus.& .§.oſtenſo.

b ℂDignitates.Eccleſiaſticas,tã regulares q̃ ſeculares,vt infra patet, quia indefinita ęquipollet vniuerſali.c.vt circa.de electi.in vj.intellige collatiuas, non vere electiuas, vt infra dico, & ſupra dixi i verbo oim dignitatũ.iſtæ tñ dignitates in eccleſijs cathedralibus regni non debentur niſi canonicis illarum eccleſiarum ex conſuetudine, vt dico lati⁹ in.xv.q. tract.nominatio.nu. xxxviij.verſi.xxij. Ideo oportet ꝙ nominatus faciat ſe in illa creare canonicum ad illum effectum, videlicet obtinendi dignitatem, vt patet in rub.de reſeruatio. ſupra.§. vlti. nã vniuerſitates nõ poſſunt derogare priuilegijs ſtatutis & cõſuetudinib⁹ eccleſiarũ,nec alius etiã legatus.glo.in.c. pro illorũ.de præb.Et ſi ptãs nominãdi cõceſſa vniuerſitatibus ſit,nõ tamẽ derogãdi priuilegijs eccleſiarũ a papa cõfirmatis. Et dignitas eſt quędã præeminẽtia in eccleſia cũ iuriſdictione,vt in.c.de multa.de pręb.vbi dixi.& notandũ eſt, ꝙ diſpenſat⁹ vt obtinere poſſit dignitates,nõ cenſet̃ diſpẽſatus vt habeat epiſcopatũ,vt no.i.c.ſi de filijs preſbytero.&.c.j.eo.tit.in.vj.ſic cõſuluit Deci. cõſi.cccccxlij.i replica icipiẽ.vt ꝓ̄ſuppoſita.

Dignitates non debentur ex conſuetudine niſi canonicis.

c ℂPerſonat⁹. eſt quædã ꝓ̄rogatiua in eccleſia ſine iuriſdictiõe,ſi habet ſtallũ ĩ choro honorificũ prę alijs. Panor.ĩ.c.de multa. de præb.Domi.& alij in.c.j.de cõſue.in.vj. Io.de ſelua.in tract.de beneficio.in.j.pte.q. ij. verſi.vij.beneficiũ &c.glo.in verbo perſonat⁹.in extra execrabilis.in extra.cõib⁹. & adhuc in multis eccleſijs linguę occitanę

nes,[d] & officia[e] ad eorū collationē, puiſionē, nominationē, præſentationē ſeu quis aliā diſpoſitionē vt præfert ſpectātia, graduatis huiuſmōi q literas ſuorū graduū cū tpe ſtudij debite inſinuauerint, cōferre[f] teneāt[g], beneficia[h] vero[i]

vulgo vocātur pſonat⁹, vt Biteris audiui.

d ¶ Adminiſtrationes. Large ſumit, vt cōprehendat priorat⁹, & alia beneficia, quæ etiā noīatis & graduatis, ſi in tēpore præſtituto vacēt, debētur. tex. & ibi Card. q. vj. ĩ cle j. de reſcri. cap. ij. de ęra. & qualita. & intellige ſecūdū propriæ perſonę cōdecētiā, & conformitatē. §. volum⁹. infra eo. niſi ſit prioratus cōuentualis, & vere electiuus, qui ad noīationē regis pertinet, vt tradit tex. in. §. monaſterijs. ſupra de regia ad p̄laturas noiat. faciēda. vide Imol. in cle. vna col. ij. nu. 14. de ſupplend. negligē. prælа.

e ¶ Officia. Eccleſiaſtiū officiū eſt adminiſtratio reū eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, vt ſacriſta. c. j. de cōſue. in. vj. Ioā. de ſelua in tracta. de beneficio in. j. parte. q. ij. multa ſcribūt doct. in rub. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdi. & in rub. de off. dele. Io. Franciſcus in tract. de off. & ptāte capit. ſede vacāte in. ij. præludio. & dixi in mea pract. ad ſtilū Biuriceñ. glo. ij. ſergēs, articul. 13. rub. de adiornamentis.

f ¶ Cōferre. ergo p ſe retinere bñficia vacātia epiſcop⁹ nō poteſt, vel alius collator, ſed ea cōferre tenet, vt hic, arg. c. ſi. de inſtitutio. cap. per veſtras. de iure patro. Ita tenet Bertachi. in tract. de epiſcopo. lib. 4. ſecundę partis. q. 24. Nec poterit creare vicariū, qui ſibi conferat, cum idem ſit cum epiſcopo. c. ij. de conſue. in. vj ſed collatores a papa procurant habere vicarios, qui eiſdem conferant : quod non ſeruant regnicolæ, ne ſibi omnia beneficia diœceſis epiſcopi retineant, quod eſt iuri exoſum. no. in cap. relatum. de præbend. &. c. non indiſcrete. de procura. & cle. penulti. illo titu. & not. in. c. 1. de offic. vica. in. 6. vbi not. epiſcopū poſſe creare vicarium cum poteſtate ſubſtituendi, & is ſubſtitutus à vicario poterit conferre beneficia vicario : quia vide-

Epiſcopus beneficia vacantia pro ſe retinere non poteſt.

tur inſtitutus ab epiſcopo, & iure epiſcopi confert, non vicarij ſubſtituentis. parui enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negociū dedit. tex. in. l. itē. §. 1. quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. facit cap. is cui. de offic. delega. in 6. Feli. in. c. poſt ceſſionem. col. vlti. de probat.

g ¶ Teneantur. Neceſſitatē importat. glo. i. §. inſuper. de collatio. in prag. dixi ſupra in. §. j. in glo. debeat. & in glo. teneantur. eod. titu. & ſi quis præciſe ad factum non teneatur. l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. cū ſimilibus, tamen non procedit de æquitate canonica. c. qualiter. de pact. Panor. in cap. per tuas. de arbi. c. veniens. col. penulti. de iureiur. vel quando quis ad factum ex legis diſpoſitione tenetur, tunc præciſe cogitur. l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis. ff. quod metus cauſa. Barto. & alij in. l. ſtipulationes non diuiduntur. quæſtio. 8. ff. de verbo. obligatio. ne legis diſpoſitio ludibrio ſit, argumen. l. fina. §. vbi autem. C. de bonis quę libe. Alioqui ſi ſecus q̃ hic ſtatuit conferat, prouidetur in. §. ſequen. & in. §. fina. infra eo. Et intellige ſecūdum tempus iuris, videlicet vt patron⁹ clericus intra ſex menſes præſentare debeat. c. vno de iure patro. in. 6. collator intra ſex menſes conferre. c. 2. de conceſ. præb.

Verbū teneatur, ad neceſſitatem importat.

quādo quis ad factū teneatur.

h ¶ Beneficia. Large accipitur, vt in. c. poſtulaſti. de reſcri. & in regula prima de reg. iur. in. 6. tex. in. c. olim. de verbo. ſigni. late in. q. 9. tract. noīa. dixi. & Feli. in. c. poſtulaſti. de reſcri. Barba. in. c. abbatē. col. 5. ibid.

i ¶ Vero. Aduerſatiue ponitur tam in iure quā in facto. l. ſi cū filius. ff. de donatio. §. venditę. inſtitu. de rer. diuiſio. Et ſic vult dicere tex. q ordinarij collatores tenentur cōferre bñficia vacātia in. j. menſe graduatis, beneficia vero quæ in duobus ſequentibus menſibus vacare cōtigerit, libere cōferre poſſint, idoneis tamen.

quæ in duobus ſequētib⁹ mēſibus vacare cōtigerit, illa iuxta iuris cōmunis diſpoſitionem perſonis idoneis b libere conferre, ſeu perſonas idoneas ad illa præſentare teneantur.

a ℂSequentibus menſibus. Intellige de menſe Maij & Iunij. & hic dicimus cōputari menſes prout ſunt conſtituti, nō per triginta dies, vt in.c.quàm ſit. Et ibi glo.de elect.in.6.Cardi.in.c.licet.de ſupplen.negli.præla.Computabū tur tñ à media nocte Iunij vſq; ad mediam noctem menſis Iulij, arg.l.more Romano.ff.de ferijs.& infra dico in tractā.nomina.q.16.Menſis vero in mādatis apoſtolicis ſic cōputaẽ videlicet à die tertia mēſis primi vſq; ad tertiā ſecundi:vt ſi mandatum præſentetur die vigeſima Ianuarij,finietur mēſis vigeſima Februarij. Barth.& alij in.l.cū biſſextus.ff.de verbo.ſignificat. Decius in.l. vbi lex. de regul.iur. Et ſic mandatarius acceptare poterit beneficium vacans vigeſimaprima Februarij.Quod eſt notandum, quia fui de hoc ſępius interrogatus.& infra in forma mandati apoſtolici dicam in verbo menſem.

Menſis in mandatis quomodo computet̃ur. (margin)

b ℂIdoneis. Etiam de iure communi idoneis beneficia ſunt conferenda, nō inhabilibus vel conſanguineis ignaris.c.graue.de præben.c.ex parte.& ibi Cardi.q.2. de conſtitutio.c.ad decorem. de inſtitut. extrauagan.ad regimen.de præben.in extrauagan.communibus.gloſ.in.§.1.in verbo idoneis.de colla.in pragmati.c.is cui.de præben.in vj.Imo conferentes indignis,tenentur eccleſiæ quam leſerunt, ad intereſſe, ſi inferiores à Papa fuerint, ad ſimilitudinem magiſtratus, qui minus idoneo pupilli tutelam commiſit. tenetur enim ſi contra tutorem male adminiſtrantem non poteſt pupillus habere regreſſum.l.1.ff.de magiſtr.conuenien. Bonus de curtili in tractatu de nobilita. in tertia parte,numero 153.allegat Petrum de Ancha.in clemen.1.in vltimo notabili de ætate & qualita. Feli.in.c.ſi

Idoneis beneficia cōſferri debēt non cōſanguineis ignaris. (margin)

Conferens indignis ad intereſſe tenetur. (margin)

quando.col.4.numero.7.de reſcript.& nihil eſt quod magis officiat eccleſiæ, q̃ quòd indigni ad regimen eccleſiarum aſſumātur.c.nihil.de elect.ideo peccat mortaliter conferens indigno, vel eligens ſcienter indignū: tum quia graue eſt inexpertos dei ſeruitio applicare.ca monaſteria.19.q.3. gloſ.penulti.in cap.ad apoſtolicam.de regu.cum quia domino ſuo eſt infidelis committens indigno eius miniſterium,contra id quod dicitur in Euangelio,Fidelis ſeruus & prudens &c. Nam hoc vergit in detrimentum eccleſiæ, & honoris diuini, qui per bonos promouetur, & colitur, & melius eſt habere paucos bonos & vtiles, quàm multos inutiles.c.tales.23.diſtinct.c.penul.de ætate & qualit. Archi.in.c.ſi q epiſcopi.1.q.1.Florent.in.3.parte ſummę.tit.20.c.2.§.2.in conferēdo.& titul.22.c.5. §.18.rubri.de poteſta.papæ in clericos. Vide quomodo electores teneātur de mala adminiſtratione indigni, per gloſ.in verbo auctores.c.1.§.quoniā.de electi.in prag.Et talis præſumitur conferens, qualis is cui confertur.c.tantis.in fine.81.diſtinctio. Quis vero dicatur idoneus, ſupra eo.in.§.præfati.declaraui plene poſt Hoſtien.in ſumma de elect.& de præbend.& no.in.c.conſtitutis.de appella.Et nota quòd idone⁹ etiam dicitur is qui per diſpenſationem eſt effectus:quamuis naturaliter attento iure communi nō eſſet habilis, quia quando factum ciuiliter operatur eundem effectum quem factum naturaliter, ſufficit factum ciuiliter.l.fina.§.fina.ff.mandati.l.ſi mater.C.de inſtitu.& ſubſtitu.Bal.in.l.fina.de iis qui ven. ætat.impetra. Et quem eſſe idoneum ad beneficia, non procedit à natura, ſed à iure.ergo ſufficit verificari per iuris fictionē, & pricipis diſpēſationē, vt expreſſe

Conferēs indigno præſumitur indignus. (margin)

tenet Decius conſil. 542. p̃ſuppoſita. colū. 2. quod facit vt collator etiam poſſit iſtum diſpẽſatum gratificare. Nam paria ſunt, vt aliquid fiat ex priuilegio, vel iure communi. tex. in. l. liberos. & ibi pulchre Bald. C. de collatio. Decius conſil. 609. quæritur. col. 2.

Beneficia autem quæ in quarto mẽſe vacare cõtigerit, viris graduatis [a] per vniuerſitatẽ nominatis (qui gradus & nominationis literas cum ſtudij tempore debite inſinuauerint) cõferre ſeu præſentare teneantur.

Quot modis ſumat dictio libere.

℄ Libere. dr̃ ſine metu. glo. in. §. ſimoniace. in verbo libere. de electi. in prag. Secundo libere dicitur. i. nõ vocato aduerſario. c. 1. de homici. in. 6. & ſine requiſitione. c. de multa. notabi. 4. per Panor. ibi de prẹb. Calder. cõſilio. 6. rubri. de religio. domib. Tertio libere ex mera volũtate, exponit glo. in clem. vt ij qui. de ẹta. & qualita. Quarto libere, id eſt de iure communi. glo. in ca. lator. de homici. quã ſingularem dicit Barba. conſilio. 3. clementiſſimi. col. 4. in. 2. volumi. & in tracta. de præſtan. cardin. in. 3. q. 1. partis. nume. 24. col. 4. Quinto libere. i. ſine ſentẽtia, dicit Domi. 22. q. 1. c. dicit dñs. & c. de illis. de ſpõſa. & Barb. ĩ additio. ad Panor. ĩ c. fi. de adult. Sexto libere nõ petita licẽtia. cle. dudũ. §. ſi vero ijdẽ p̃lati. de ſepul. c. cũ plures. de off. deleg. ĩ. 6. c. 1. de cenſi. eo. lib. c. 2. & ibi Panor. de loc. Septio libere. i. ſine cõtradictione. c. irrefragabili. de off. ordi. Octauo libere, idẽ eſt qd ſine diſpenſatiõe. c. à multis. et ibi Card. de ẹta. & quali. Nono libere. i. ſine pacto ꝓmiſſo ſeu conditiõe illicita, vel trãſactiõe. tex. & ibi Ioã. mo. exponit in. c. vno de rer. pmu. ĩ. 6. Vltimo dicit̃ libere. i. ſine impedimẽto & cõtradictione. glo. in c. ordinarij. in verbo libere. de off. ordi. in. 6. hoc tñ verbũ reſtringit̃ ſecũdũ alia iura. glo. in. c. cũ nobis olim. in verbo liberã. de elect. Deci. ĩ. c. reprehẽſibilis. notab. 2. de appel. & p hoc declarat̃. §. declarãtes, in verbo libere, tit. ꝓxi. iſta. Nec obſtat. verbũ teneãtur, quod importat neceſſitatẽ, vt ſupra dixi, & tñ hic dicitur libere. Reſpõde ꝗ collator idoneis tenetur cõferre. c. de multa. de p̃b. Sed libere, id eſt etiã nõ graduatis, dũ modo idonei ſint. Et liberalitas eſt in cui cõferẽdo, vt dicit glo. in. c. relatũ. de prẹb. & c. q̃uis. in. 1. illo titu. in. 6. Et ſi libertatẽ habeat cõferẽdi, tñ debet cõferre iuxta iuris diſpoſitionẽ, vt dicit hic tex. ideo poterit cõferre ſuo nepoti, ſi aliud canonicũ nõ obſiſtat. c. dilecto. & ibi Panor. in. 1. notab. de p̃bẽ. imo etiã ꝓprijs filijs vel alijs cõſanguineis idoneis. glo. & doct. in. c. 1. de cohabi. cler. & mulie. Decius cõſi. 129. Panor. in cõſi. 90. Ieſus. in. 2. volu. Et patronus propriũ filiũ poterit prẹſentare. Panor. in. ca. conſuluit. de iure patro. quia potius tenetur ſuis ſubuenire, q̃ extraneis, cæteris parib⁹. c. nõ ſatis. 86. diſtinct. Nemo enim præſumit̃ habere carnem ſuam odio. c. non ẹſtimem⁹. 13. q. 2. eo prohibetur conferre conſanguineis, ne per illos eccleſiæ lædãtur. Sed ſi idoneis conferat, ceſſat illa cauſa, ergo & conſtitutio. Archidi. pulchre in. c. omnino. in fine. 10. q. 2. hodie tamẽ epiſcopi ſunt cæci circa nepotes. glo. in. c. peruenit. 1. q. 3. Et fere omnes ſacerdotes vocant filios ſuos nepotes, ſed intellige nepotes fratrũ. Et quomodo verbum libere reſtringatur ex natura act⁹, ponit Feli. in. c. cauſam. 2. col. 12. nu. 2. & ſequen. de reſcriptis.

Conferri poſſunt epiſcopi prouidere filijs idoneis.

Epiſcopi ſunt cæci circa nepotes.

a ℄ Viris graduatis. Et ſic anteq̃ nominatis ſint conferenda beneficia, requiruntur ſequentia, Primũ ꝗ ſit vir, & nõ mulier, ibi viris, licet mulier abbatiſſa vel prioriſſa poſſit eſſe. c. indemnitatibus. de electi. in vj. non tamen poſſunt ei concedi nominatiões, vt hic: quia vir excludit mulierem. l. 1. ff. de legib. l. ſcripturas. C. qui potior. in pigno.

Declarantur quæ ſunt in nominato.

℄ Secundo quod in vniuerſitate ſtuduerint priuilegiata ad hoc, & ſic non in vniuerſitate extra regnum. §. j. ſupra eod.

℄ Tertio ꝗ poſt ſtudium ſit graduatus, ibi

Beneficia vero quæ in quinto & ſexto menſibus vacare[b] cõtigerit, ſimili modo perſonis idoneis libere conferre,ſeu perſonas ad illa p̃ſentare poſſint.Beneficia aũt quæ ſeptimo mẽſe vacare cõtigerit, graduatis,q ſimili modo literas gradus cum tpe ſtudij debite inſinuauerint,conferre teneãtur.Beneficia vero q̃ octauo & nono mẽſibus vacare cõtigerit, pari modo pſonis idoneis cõferre, ſeu perſonas idoneas ad illa p̃ſentare teneantur. Beneficia autem quæ in menſe decimo vacare cõtigerit,graduatis nominatis,qui gradus & nominationis literas cum tẽpore ſtudij debite inſinuauerint,per eoſdẽ ordinarios conferri,ſeu ipſi ad illa p̃ſentari debeant.Beneficia autẽ quæ vndecimo & duodecimo mẽſibus vacare cõtigerit, per eoſdẽ ordinarios perſonis idoneis iuxta iuris cõis diſpoſitionẽ conferri,ſeu ipſi ad illa præſentari debeãt.

graduatis. dixi ſupra eodem in verbo graduatis, & in.§. præterea. in verbo ſtuduerint,infra eodem.

¶Quarto ꝙ ſit graduatus ab vniuerſitate, & non ſub bulla,ibi,per vniuerſitates &c.

¶Quinto quòd ſit noiatus, ibi, nomiatis &c.& .§.volumus. infra eodem.

¶Sexto ꝙ poſt tempus prȩſtitutum ſit noiatus infra eodem .§. præterea.

¶Septimo ꝙ ſit noiatus ab vniuerſitate regni, & graduat⁹,nõ ab vniuerſitate extra regnũ, de quib⁹ hic nõ loquit̃,patet in.§. monemus.infra eodem.

¶Octauo ꝙ ſit nominatus per vniuerſitatẽ, & non p facultatẽ, ibi:per vniuerſitates.&c.& dico in tract.nominatio.q̃ſt.6.

¶Nono quòd prȩſentauerit literas gradus & nominationũ cum certificatorijs literis tẽporis ſtudij,ibi,qui gradus & nominationes &c . Et literas atteſtationis nobilitatis ſi ſit nobilis.§.teneatur.infra eodem.

¶Decimo ꝙ debite & legitime prȩſentauerit ſeu inſinuauerit, videlicet tempore quadrageſimȩ,vt in hoc tex.debite,& infra eodem.§.teneantur.

¶Vndecimo requirit̃ ꝙ noĩatus beneficiũ vacãs petat.§.teneatur.infra eodem. & ꝓſequatur.§.fina.infra eo.Et his concurrentib⁹ nominatus poterit beneficium requirere,& ſibi conferri petere. Alioquin non proſequatur,nec inanibus ſumptibus ſe vexet, cum obtinere non ſperet.arg.l.primæ ff.de inofficio. teſtamen.

b ¶Vacare cõtigerit. beneficia em̃ ante vacationem cõferri non poſſunt.c.2.de cõceſ. præb. fallit vt per Card.in cle.fina.q.3. de prȩb. videlicet i canonicatu , de quo dixi ſup̃ titu.proximo.§.fina.Et multis aliis modis dicitur vacare bñficiũ, quos aliàs cumulaui in rub.de cõceſ.prȩb.glo. in c. ſi propter. de reſcript.in.6. & c. quia ſæpe . de præb.eo.lib. Io. Frãciſ. tradit octo modos ĩ tracta.de off.& poteſt.cap. ſede vacant.in vlt.'prȩlud. & dicã forte infra ĩ forma manda. apoſto. Vide tñ tex.expreſſi⁹ quàm alibi declarãtem in extrauag. ex debito. de elect. in cõibus. Et intellige quando vacauerit vere,ſecus ſi ficte,quia verba debẽt intelligi vere, & nõ ficte.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt. Bar. & alij in.l.1.§.1.ff.ad.l.falci. Verba debent intelligi ſcđm naturalẽ intellectũ,& nõ fictũ.Deci⁹ cõſil.441.viſa donatione.col.3. vide Socinũ cõſil.260.in cauſa.col.8.verſi. in caſu nr̃o &c.in.2.vol.Bal.& Iaſ.in.l.gallus.§.quid ſi.ff.de lib. & poſthu. Et ideo ſi legatus vltima die Iunij, vel in menſe Iulio contulit beneficiũ corã eo reſignatum, derogando regulæ de viginti diebus,ſi reſignans moriatur ante viginti dies, & in menſe Iulio affecto nominatis,non debebitur hoc beneficium nominato,tum quia be

Bñficia vacãtia ĩ mẽſibus noĩatorũ an legatus conferre poſſit.

neficia cauſa reſignationis vacãtia non debentur eis.§. volumus.infra eo.ſiue reſignatio fuerit facta cauſa pmutatiõis, ſiue ſimpliciter, vt ibi dr̃. tum etiã quia factũ legitime non debet retractari,licet pueuerit ad caſum a quo incipere non potuit regula.factum legitime.de reg.iur.in.6. Et maxime qñ actus fuit perfectus,& cõſummatus,vt eſt i hoc caſu,tũc nõ debet retractari.Bar. & alij in.l. patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur. Decius in reg.in ambiguis. §.1.de reg.iur.Nec cogitabat legatus quod tam cito moreretur, & poſtquam legatus potuit derogare illi regulæ apoſtolicę,ergo iure contulit, & ſic illa collatio valida non debet retractari. nam poſtquam eſt derogatum illi regulæ,habetur ac ſi facta nõ eſſet, nec dicit præiudicare nominatis, vel in fraudem illotum facere, qui derogando regulæ fecit, vt ipſis nominatis non acquireretur,arg.l.qui autẽ.ff.quę in fraud.credi. Ancha.conſil.101.col.penult.Feder.conſil. 9.Barba.conſil.66.col.5.in.4.volu. Deci9 conſil.260.nã in multis caſibus poteſt prẽiudicari alicui in acquirendis, quod non fieret in acquiſitis.l.ſeruus. & ibi addidi.C. de pact.c.vt ſuper.de reb.eccle.non alie.& ſic dicunt fuiſſe prolatum arreſtum in hoc Senatu.tamen in hoc caſu non dicitur etiam ficte vacare per mortem, cum iam ſit prouiſum, & regulæ cancellariæ derogatum. Secus ſi regulæ non eſſet derogatum. Nec obſtat ꝙ paria ſunt aliquid facere tempore inhabili,vel habili, & cõferre in tempus inhabile.l.in his.ff. de hæred. inſti.l. quod ſpõſæ.C.de donat.ante nupt.quia loquitur quando effectus confertur in tempus inhabile: vt dono quando eris vxor. ſed in reſignatione admiſſa per legatum tempore habili, effectus non cõfertur in tempus inhabile, quia ſtatim collatio valet: ideo ſiue reſignans moriatur,ſiue non,tenebit collatio facta per legatum, declarat Panorm̃.in c.licet de vitanda. de electio. &. c. de vxore.de ſepult.Boer.in.§.1.de conſuet. matri. in conſuę.Biturig.poſtquam derogat regulæ de viginti diebus.

¶ Nec refragatur quòd legatus non poteſt conferre beneficia vacãtia in menſibus deputatis nominatis,fac eſſe, ſed iſtud beneficium vere vacauit in mẽſe non affecto graduatis,nec nominatis, ideo recte potuit legatus conferre.Imo ſi vacaſſet in menſe Iulio per reſignationem, potuiſſet legatus conferre,& etiam in alijs menſibus nominatis vel graduatis præſtitutis.

¶ Inquantum tamen ſupra dixi quod hic textus non extenditur ad vacationem fictam, intellige niſi eadem ratio per omnia eſſet in caſu ficto,quæ in caſu vero, tunc etiam haberet locum in vacatione ficta,argum.c.ad audientiam. &.c. cum dilectus. de cleri.non reſident. & ibi per doct. & in l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber. & poſthum̃. Nam etiam ſtatuta concernunt caſum fictum, quando fictio eſt circa id quod eſt iuris, & in quo ſtatuentes habent poteſtatem.Bar.in.l.ſi maritus.in.2.§.1.ff. ad.l.Iul.de adult.Cardin.conſi.60.incipiẽ. quaglotus.col.3.Bart.& alij in.l.omnes populi. in materia extenſio. reſtrictiuæ.ff. de legib. Albert.Brunus in tracta. de ſtatutis excludentib.fœminas,in ſexto artic.quæſt. 1.in.4.membro.& quęſ.2.articu.12.& ſic deberetur nominato beneficium reſignatum in menſe Decembris per legatum collatum, ſi reſignans ante viginti dies moriatur in menſe Ianuario, & non ſit derogatum regulæ, quod eſt notandum. Et intellige textũ propter verba generalia quando etiam vacaret de iure,licet nõ de facto, quanuis verbum vacare in reſcriptis ſimpliciter prolatum, intelligatur de vacatione iuris & facti. text. in cap. cum noſtris. & ibi doct. not. de conceſſ. præbend. Domi. conſil.86.in cauſa.col.1.Feli. in.cap.in noſtra.correla.36.verſi.ſeptimo no.de reſcript.Et quid ſi vacat per regulam cancella.34.alibi dicam,interim cogita. ¶ Sequit̃

¶ Si quis vero. Hic.§.duas continet partes. prima dicit collationem factam contra ordinem iam diſpoſitum,eſſe nullam, & de

uolui ad proximum ſuperiorem. Secunda cui immediatus ſuperior teneatur cõferre. ſecunda ibi, qui eiſdem perſonis &c.

Fœmina [...]ſtatis p[...]dere de [...]s;

a ¶Quis. comprehendit fœminam habentem collationem iure eccleſiæ, vt patet per hoc verbũ quis, quod comprehẽdit tam maſculos, quàm fœminas. l. 1. ff. de verb. ſignifi. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdic. omnium iudi. & dixi in. q. 8. tracta. nomina. nume. 9. licet fœmina non poſſit ordines ſumere, & ſi ſumeret, non reciperet characterem. glo. in. c. diaconiſſam. 27. quæſt. 1. Cardin. in clemen. 2. de ætа. & qualit. Panor. in. c. noua. de pœniten. & remiſſ. Decius in regu. fœminæ. nume. 41. ff. de reg. iur. Rationem tradit Soci. in. c. ad audientiam. quæſt. 5. principa. circa finem. de homicid. Vide rotam deciſio. 21. quędam. de præbend. in antiqu. Feli. in. c. cum venerabilis. nume. 36. de exceptio. dixi plenius hoc anno extraordinarie interpretando titulum de verb. ſignifi. in. l. prima.

¶Si quis[a] vero cuiuſcunque ſtatus,[b] etiã ſi cardinalatus,[c] patriarchalis[d], archiepiſco

b ¶Cuiuſcunq; ſtatus. eccleſiaſtici, vt in ſequentibus declaratur. ſiue ergo fuerint cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, vel alij inferiores collatores, hic comprehendũtur, etiam capitula eccleſiarum, vt ſupra dixi, & fuſius in. 8. q. tracta. nomina. quibus dirigi poſſint nominationes &c.

Poſitio [...]n comprehendit [car]dinales [n]on expri[m]ãtur.

aut Pamphilus, vno mortuo alter ſolus dandus eſt.l. Stichum.ff. de ſolut. l. iij §. idem Iulianus.& ibi doct.de eo quod cer. lo. nota. in.§. hiuc quoq;. inſtit. de actio. Item non eſt veriſimile quòd conditores ſtatim ſe correxerint.l non ad ea.ff.de conditio. & demonſtratio.corrigerent ſe ſi vellent illam tertiam partem iam affectā qualificatis conferre graduatis. Præterea iſta concordata ſunt introducta in fauorē literatorum graduatorum regni & nominatorum,vt in proœmio ſupra patet. Ad hæc graduati in ſuis menſibus grauantur, vt ordinarius habeat inter eos gratificationem,ergo in alijs releuari debent, videlicet vt eiſdem debeantur beneficia etiā ſi non ſint nominati,vel non proſequantur,vacantia in menſibus nominatorum. arg.l.eum qui.ff.de iureiur. Vlterius illud debet ſeruari,licet non ſit ſcriptum,quando veriſimile eſt ꝙ ſtatutū fuiſſet ſi quęſitum fuiſſet.glo.ſing.reputata in.l.tale pactum.§.fin.ff.de pact.ſecundum Barba.in tract.de præſtan.Cardina.in.7.parte primæ partis,penult.col.& in repet.c.Raynaldus. col. 97. & col.109. & col.137. de teſtamentis. & in repe.l. cum acutiſſimi. col.21.C. de fideicommiſſ.Iaſ.in.l.barbarius.nu.3.ff.de offi.prætoris. &.l.cum res. col.2.de leg.primo. & conſil.108 . col.3. volum.4.& in dicto.§.fin.congeſſi ferme ſexcentas allegationes in hac materia:quas mihi hic citare facile eſſet,niſi timerem turba allegationum lectorē fatigare. Item dicitur expreſſum illud quod fuit in intentione condentis. l. cum mulier . ff. ſol. mat. Ange. per illum tex.in.§.j.inſti.de leg. patro.tute.Et prouiſio teſtatoris facta in vnū caſum,porrigitur ad alium, in quo veriſimile eſt teſtatorem idem prouidiſſe ſi de illo cogitaſſet,aut de eo fuiſſet interrogatus. tex.ſolē.in.l. Titius.§. Lucius.ff.de lib. & poſthu.& ibi dicit Iaſ.ꝙ diſpoſitio facta in vna perſona extenditur ad aliam, ſi ex coniecturis colligi poſſit quòd diſponens idē diſpoſuiſſet,ſi fuiſſet de illa interrogatus, Sed veriſimile eſt quòd conditores qui iſta fecerunt in fauorē literatorū, ſi fuiſſent interrogati deficientibꝰ nominatis, an beneficia in illis menſibus vacantia debeantur graduatis,reſpondiſſent quòd ſic,quia octo menſes liberos tantum reliquerunt ordinarijs:ergo alios quatuor voluerunt eſſe affectos & graduatis, & nominatis: & alteris deficientibus, alteris accreſcere, cum ſint coniuncti & re, & verbis. de quibus in. l. re coniuncti.ff. de lega. 3. Non obſtant ſupradicta. Primum, quòd certi menſes ſunt ſtatuti nominatis, & certi graduatis, ergo beneficia nominatorum non debentur graduatis ſimplicibus: alioquin vana eſſet aſſignatio ſupradicta in.§. præfatique ordinarij.Reſpond. Fateor extantibus nominatis qualificatis,graduatis non deberi beneficia vacantia in menſibus præſtitutis nominatis:ſed illis non extantibus,vel minus qualificatis,ſecus. ideo ſingula ſingulis referemus vtriſq; ſtantibus. Nec obeſt prædicta declaratio poſita in dict.§.præfati.quia fuit facta confuſionis tollendæ gratia inter graduatos & nominatos, & ne inter eos lites orirentur,per illam rubr. infra, declaratio primi menſis.Tamen non intendit aliquid tollere graduatis quo minus ſemper ſit eiſdem affecta illa tertia pars.alioqui ſequeretur ꝙ non ſtantibus aliquibus nominatis non eſſet affecta tertia pars, ſed tantum dimidia tertiæ, quod eſſet loqui contra dictum §. præfati, & ordinationes regias, & venire contra mentem conditorum, & verba quæ afficiunt tertiam partem,& non ſolum dimidiam tertiæ. Nec refragatur iſte textus hic, ſed mecum facit, dum dicit collationem non eſſe irritam quando graduatus aut nominatus diligentias non fecerit. ergo ſi alier fecerit diligentias, collatio erit irrita, ſumendo argumentum a contrario, quod eſt validum.capitu. cum apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat. Et ſicut primo nominato deficiente venit ſecundus, vt habetur §. ſequente, ita & nominatis defi-

cientibus, vel non rite qualificatis debe-tur beneficium etiam vacans in menſibus nominatorum graduatis rite qualificatis. & iſta opinio eſt æqua & iuſta, quæ tenenda eſt. Et deficientibus nominatis ſecularibus, an debeatur regularibus, vide in

Si tamen graduatus ſimplex aut nominatus beneficiũ poſt inſinuationẽ gradus aut nominationis, in menſibus eis aſſignatis vacans petierit[r], & inter ſuam inſinuationem, & præfatam requiſitionem non ſuperuenerit quadrageſima, in qua nomen & cognomen inſinuare debuerit, ad beneficium ſic vacans eum capacem[s], ipſumque illud conſequi poſſe & debere decernimus.

.§. volumus. in fin. infra eodẽ. vbi dr̃ ſecundũ conformitatem videlicet bñficia ſecularia ſecularibus, regularia regularibus eſſe conferenda.

Petere debet benefi cũ gradua tus & nomi natus.

r ℭPetierit. nominatus ergo & graduatus beneficium petere debet, ſi velit obtinere: alioquin collatio alteri facta tenebit, vt hic. Hoc enim iudicium (dicit iuriſcõſultus) certam conditionem habet, ſi poſtulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de damno infecto. & magiſtratus qui non dedit tutorem vel curatorem, tenetur ſi interpellatus fuerit. l. 1. §. magiſtratibus. ff. de magiſtrat. conuenien. facit quòd non valet proceſſus, ſi iuramentum calumniæ non præſtetur, ſi fuerit petitum intelligitur: alias ſic. not. in. l. 2. §. ſed verum. C. de iureiur. prop. cal. dan. c. 1. eodem titulo. in ſexto.

ℭItem ſi lex mandet præſtare fideiuſſores, alias annullat actum, ſi fideiuſſio non fuerit petita, actus non erit nullus. Paulus in l. vniuerſa. C. de precibus imper. offer. per l. peto §. fratre. ibi, ſi cautio non fuerit poſtulata. ff. de leg. 2. vbi etiam dicit idem Paulus ſe reſpondiſſe ad quęſtionem ſtatuti dicentis quod appellans petens reſtitutionem debet cauere cum fideiuſſoribus de reficiendis expenſis, & aliter proceſſus nõ valebit, ſi cautio non fuerit petita, proceſſus non erit nullus, per illum textum. imo ſi iudici imponatur pœna ſi cauſam non expedierit intra inſtantiam, non imponetur illa pœna, ſi pars non requiſierit & inſtiterit, ſecundum Panorm̃. in cap. penulti. colum. vlti. de iudic. Barb. in cap. de cauſis colum. 6. de offic. delega. Multa alia poſſem adducere, quæ de induſtria omitto. vide tamen Hippolytum in. l. vnius. §. cogniturum. 2. notab. ff. de queſtioni. & in ſua practica. §. nunc vidẽdum eſt. col. 2. cum ſequen. vbi plene videre licet. Ego multa addidi ad dictũ. §. hoc autem iudicium. & ad clem̃. vnicam de foro compet. in fine. vide Feli. in capitu. ſi autem. colum. 3. nume. 4. de reſcript. & in capitu. ex tenore. in fine. & ibi in additione ad eum ibidẽ, an poſſit quis ſine peccato petere beneficium: quòd non, ſi non procurar prodeſſe, tradit Angelus in ſumma Angeli. in verbo beneficium. §. 32. & Panorm̃. & alij in cap. cum M. in. 4. notab. de conſtitu col lec. in cap. epiſcopus. de præbend.

ſ ℭCapacem. quia nominationes ligant à tempore primæ inſinuatiõis, vt dicitur in .§. ſiquis vero. ſupra eodem. ideo ſi vacat beneficium ſtatim facta inſinuatione, & nullus alius reperiatur antiquior nominatus, huic debebitur, vt hic: vel ſi ſit graduatus, poterit in menſibus eiſdem præſtitutis gratificari, vt dicam in. §. ſequen. & ſic patet ex hoc textu quòd in primo anno inſinuari debẽt literæ gradus, & aliæ, in ſecũdo nomen & cognomen ſine literis. ſi tamen in primo anno vacauerit beneficium, poterit requiri, vt hic, etiam ante inſinuationem factam de nomine & cognomine ſeparatim ſine literis: & ita profecto debet intelligi textus, licet multi male intelligant. & ſic poteſt teneri cõcluſio quòd ſine inſinuatione beneficium nominato de-

Nominatus ante nõis & cognominis inſinuationẽ bñficiũ petere poterit.

betur.intellige,ſine inſinuatione ſolius nominis & cognominis,quando vacat beneficium primo anno. ſecus ſi diceretur ſine inſinuatione nominis facta in literis, quia non poteſt negari inſinuationem nominis factam, cum literæ gradus & aliæ exhibẽtur. ſed iſinuatio nominis fit ſeparatim, vt dico in tractatu nominationũ in quæſtio.14.

¶ Statuim9[a] quoq; & ordinamus quod collatores ordinarij & patroni eccleſiaſtici præfati inter graduatos qui literas gradus cũ tempore ſtudij & atteſtatione nobilitatis debite[b] inſinuauerint, quo ad beneficia in menſibus eis deputatis vacãtia[c] gratificare[d]

a ¶ .§.Statuim9 Tres habet partes. Prima declarat plurib9 graduatis exiſtentibus cui ſint beneficia cõferenda, ſi in menſibus illis præſtitutis vacent. Secũda ſtatuit de nominatis, cui conferẽdum ſit,& dicit antiquiori. Tertia tradit quando omnes nominati ſunt eiuſdẽ datæ, quis præferri debeat. Secunda ibi, quo vero ad beneficia. Tertia ibi,concurrentibus autem &c.& eſt .§.primus ſtatuimus, quia infra eſt alius.§. ſic incipiens.

b ¶ Debite. id eſt iure, & ſic non ſufficit inſinuare,niſi iure inſinuetur,quia illud intelligimur poſſe,quod poſſumus iure.l. nepos proculo.ff.de verbo.ſignifi.patet etiam hic quæ debent inſinuari per graduatos ex neceſſitate. Primo literæ gradus,ſecundo literę temporis ſtudij,tertio literæ atteſtatorię nobilitatis,ſi fuerit nobilis.alioqui prædicta duo ſufficiunt: nec de neceſſitate alia requiruntur. Vide tamen quæ in tractatu nominatio.dixi in .14.q.prin.in.6.q. & cũ hic habeamus determinationem,non debemus vlterius inueſtigare rationem,vt dicit Bal.ĩ.l.gall9.§.ſi ei9.not.2.de libe.& poſthu.refert Iaſ.cõſi.105. quia ĩ dicto.ĩ.4.vo.

Quæ debẽt graduati iſinuare

e ¶ Vacantia,ſiue per mortem,quæ omnia ſoluit.§. deinceps.in authen. de nupti. collatio.4.vide tamẽ caſus in quibus beneficiũ non vacat per mortem, per Feli. in cap. cum acceſſiſſent. colum. 1. de conſtitut. ſiue per depoſitionem, vel tranſlationem.

Vacare quid dicatur beneficium.

glo.in.cap.ſi propter.de reſcrip.in.6.in verbo vacabunt.& in cap.quia.de præbend.illo lib. Idem ſi propter non promotionem. cap.licet,de elect.in.6.vel per adeptionem epiſcopatus. cap. cum in cunctis.§. cum vero.de elec. Idem ſi adipiſcatur aliud beneficium incompatibile. cap.de multa.de præbend.& idẽ ſi cõtraxerit matrimonium. ca. 1.de cleri.coniu. vel ſpõſalia per verba de præſenti.glosa & docto. in capit. vno,illo titu.in. 6.& idem in alijs vacationibus traditur per doctor. & maxime per Ioannem Franciſcum in tractatu,de offic. & poteſta.cap.ſede vacante.in vltimo prę ludio. Fallit tamen quando vacat per reſignationem ſimplicem, vel permutationis cauſa factam, vt in .§. volumus. verſicu. inſuper.infra eodem.dico in tracta. nominatio.quæſt.15.

d ¶ Gratificare. Gratificauit nos deus in dilecto filio ſuo.ad Epheſ.1. cap. & gratificare eſt gratum facere.tex.in cap.in domo.§. ſic itaque.& ibi gloſ. de pœniten. diſtinct. 4. & ſic vult dicere textus, quod collator poteſt ex pluribus graduatis vnum eligere, & eidem conferre beneficium quod vacat in menſibus præſtitutis graduatis. & ſic eſt liberalitas & gratia in cui conferendo.gloſa in cap. relatum. de præbend. & in capi. quanuis. 1. illo titu. in. 6. & non mera, quia eligit vnum de certis, videlicet de graduatis. & ſic quodammodo neceſſaria videtur, & dico in tractatu nominationum,quæſt.14.& ille cui fit gratificatio, eſt naturaliter obligatus ei qui eum gratificauit, ſecundum Panorm̃. in cap. poſt electionem.notabil.primo,de conceſ. pręben.per textum in cap.cum in officijs. de teſtamen. & in quibus caſibus ſit locus gratificationi, vide textum, & ibi glo.

Plura beneficia collator vni cõferre nõ poteſt.

poſſint illum ex eis quem voluerint[e].

in.l.fina.ff.de religio.& ſumpti.funerum. & per Alex.in. l.Si titius.in fine de verbo. obliga.& Bart.in.l. ſi vt certo .§. quod vero ſenectute commoda. Roma. ſingulari 698.Attende. & aduerte, ꝙ non poſſet collator plura beneficia in dictis menſibus vacãtia etiam cõpatibilia gratificando vni conferre, tum ne quis vendicet ſtipendia pluſimorum. cap. quia.de cleri.non reſidenti.& ne vnus graduatus ebrius ſit pluralitate beneficiorum, & alius eſuriat, vt dicit Diuus Paulus. 1. ad Corinth.11.cap.tum etiam quia indigẽtia plurium graduatorum debet ſubleuari, & non vnus ditari. cap. quia intantum. de præbend.vbi etiam aliæ aſſignantur rationes pluralitatis reprobatæ. Ad hæc quia concordata, vt in procemio patet, volunt prouideri graduatis pauperibus, vt dico in tracta.nominatio.quæſtio.3. & qui habet beneficium,non eſt pauper.cap.poſtulaſti. de reſcriptis. & non eſt intentionis papæ ꝙ perſonæ pluribus redditibus abundantes, pauperes clericos ſuper bñficijs inquietent. cap. ad aures. de reſcriptis. Item ratione fraudis vitandæ, quia ordinarius cõferret plura beneficia vni in fraudem alterius graduati qui prim⁹ promitteret reſtituere vnum ordinario, & ſic alij pauperes graduati non haberent beneficia. certe his malicijs eſt obuiandum. ca. ſedes.de reſcriptis.alioqui vnus graduatus vel canonicus vel collator propitius haberet omnia beneficia in mẽſib⁹ graduatorũ. Ad qđ debet aduertere curiæ ſupmæ:quia multæ in dies agitant & exercent calũniæ cõtra noiatos & graduatos:& vix cõfert ordinari⁹ noiatis aut graduatis niſi illicitis pactionibus pcedentib⁹,aut ſuis pmittẽtib⁹ aliqd date vel facere.Poſtremo nõ eſt idone⁹ ad bñficiũ,q iam vnũ haber. c.is cui. de præb. in.vj.& idoneis beneficia ſunt cõferenda, vt in.§.præfatique ordinarij.& ibi dixi ſupra eodẽ.& ſingula beneficia ſingulis ſunt committenda.capi. cum ſingula. de præbend.in.6.Idem in nominatis dicerem, vt antiquiori nominato duo beneficia ſimul vacantia conferre vnus collator non poſſit Nã ideo inuentum eſt, vt plures nominationes dẽtur, vt ad plures collatores, & qui plures non haberet, vel ad plures, ei eſſet imputãdum: quia ab vno ſufficit ſemel eſſe prouiſum quo ad illum.Nam ſermo intelligitur de primo.l. boues .§. hoc ſermone. ff.de verborum ſignificat.nec refragatur ꝙ illa duo non excedant ſummam taxatam in.§. volumus. infra eodem.quia eſto ſane,quia a diuerſis poteſt vſque ad ſummam illam ſibi facere prouideri,non ab vno.ideo facta antiquiori prouiſione de vno, alter ſuccedit cui deber de ſecundo prouideri: alioqui fieret fraus, vt ſupra dixi,& antiquior nominatus totum deglutiret, & alij nihil haberẽt. nec obſtat gloſſa in.§.quod ſi quis, in verbo tempore vacationis,eodem titu.in pragmatica. vbi dicit poſſe nominatum acceptare beneficium ſi non habeat ſummam taxatam in dicto.§.volumus. quia hoc intelligerem quando non haberet, nec vnquam habuit. ſecus ſi illi fuerit ſemel prouiſum vſque ad ſummam, & is reſignat poſtea, vt non ſit amplius capax ad excludendum alios nominatos vel graduatos qui nil habuerunt, per rationes prædictas.eſſet tamen capax quo ad ordinarium nominatis non exiſtentibus, quia iſta in fauorem nominatorum fuere introducta, & graduatorum, vt ſupra non ſemel dixi. & ſi ſemel gratificauerunt, non poſſunt variare, argumen.l.ſerui electione.ff.de legatis primo.clementina vna, de renunciatio. de clauſula gratificationis apponenda in impetrationibus dico in tractatu de pacificis.poſſeſ.numer.300.v.limita.17. *Gratificās vnum nõ poteſt variare.*

e ¶ Quem voluerint.Et ſi hoc verbum

in prophanis importet liberā volūtatē.l. ſi deicōmiſſaria.2.§.fina.ff. de fideicōmiſ. liber.l.cū quidā.de lega.2.glo.in verbo videbitur, in extrauag.ad reprimēdū. qūo in leſæ maieſta.crimi.proceda. tamen in beneficijs importat voluntatem iure regulatam. c. graue.de præb. & ibi plene docto.c.cum in cūctis. de electio. Et quando datur ampla poteſtas, intelligitur dummodo quis ex fide agat.textus in.l.creditor .§. Luciꝰ. & ibi Barto. ff. manda. Alexan. & Iaſ.in.l. ſi ſic.de lega.1.& nota quod quando ſubiecta materia ſuadet vt verbum voluerit intelligatur de voluntate rationabili, & iuſta, tunc ſic intelligetur.tex.& ibi glo. in.c. 1.in verbo vultis.prima diſtinct.Feli. in.c.ſignificauerunt.col.vlti.de teſtibus. dico in tract.nominatio.q.21. princi. vbi dico qualis debet gratificari.videant ibi collatores. Poſſet tamē ſuum naturalē diſpenſatum & rite qualificatum gratificare, per hoc verbum voluerit. & latius dixi in .§. præfatiq; ordinarij.glo.idoneis, ſupra eod. facit quod ſi Papa faciat gratiam epiſcopo ꝙ poſſit conferre duo beneficia vni ex ſuis clericis cui volet, non tamen poterit ea conferre illegitimo, quia indulgentia eſt ſecundum ius commune interpretanda, teſte collecta.in.c.ex parte.de conceſſ.præbend. ſed ſi ſit legitimatus, ſufficiet. Pe.de vbald. in tracta.de ſucceſſ. ab inteſt.in vlti. modo legitimandi.

Quo vero ad beneficia in menſibus graduatis nominatis deputatis antiquiori[f] nominato conferre ſeu antiquiorem nominatum qui literas nominationis temporis ſtudij & atteſtationis nobilitatis debite inſinuauerit, præſentare ſeu noīare teneanť. Cócurrētibꝰ autē nominatis eiuſdē anni,[g] doctores[h] licēciatis, licentiatos bacchalaureis dēptis bacchalaureis formatis in theologia, quos fauorē[i] ſtudij theologici licētiatis in iure canonico ciuili aut medicina[k] præferēdos

f ¶Antiquiori. Antiquiorem dico non ætate maiorem, vt in authen.de monach. in .§.ordinationem.colla.1.ſed tempore, id eſt qui primo fuit nominatus.c.fina.17.diſtinctio.gloſ. in verbo antiquiores.capi.fina. de conſuetu.in. 6. Fuſius declaro in tracta. nominationum, quæſti.21.vbi videre licet.

g ¶Eiuſdem anni. Nec refert ſiue fuerit quis nominatus in principio quadrageſimę, ſiue in fine, nec maiorē habet prærogatiuam is q in principio, quàm is qui in fine quo ad hoc, etiam ſi is qui primo erat nominatus, prius ſuas præſentaſſet nominationes: quia hic non attenditur præſentatio prior, quod ſecꝰ eſt in mādatis. tex. in.c.duobus.de reſcriptis.in.6.dicas tamen vt infra verſic.& ſi in eiſdem &c.

h ¶Doctores. Cuiuſcunq; facultatis fuerint. ideo doctor in medicina præfertur licentiato in theologia, quando ſunt eodem anno nominati, in quacunq; vniuerſitate ſint nominati, dum tamen famoſa, vt ſupra dictum extitit.

i ¶Fauore. Multa in fauorē ſtudij theologici priuilegia comperta ſunt, quæ tradunt iura & docto. in rubri. de magiſtr. per totum. & ego late ſcripſi inter priuilegia ſcholarium quæ congeſſi in authen.habita, ne filius pro patre.C.

k ¶Aut medicina. Secus ergo ſi eſſet licentiatꝰ in vtroq; iure, vel in iure ciuili & medicina, quia vult præferri baccalarium formatum vni, ergo non vtriq;: quia duo vincula ſunt vno fortiora.c.1. de treug. & pace.& docto.in.c.clerici.de iudi.dico in dic. tracta.nominatio.q.20.princi. Nam abſurdum eſſet ꝙ bacchalarius formatus forte pannoſus præferretur licētiato in vtroq;, vel doctori.in reg.cācel.in.4.pte. nec vult hic tex.contrarium, licet forte eſſet diffici-

le obtinere in practica.

l ℭMagiſtris in artibus. Qui in hoc cōditores defeciſſe dicunt, tum quia baccalaureatus non eſt gradus, tum quia ipſi dicūt ſe habere dignitatem per glo.in.l.lege. in princip.ff.ad legem iuliam de vi publ. quam baccalaurei etiā in theologia nō habent ſecundū eoſdem. Ideo dicunt ex affectione iſta concordata eſſe facta, & acceptionem perſonarum in Euangelio reprobatam, ad Roman.j.& Act.10.c.hic eſſe admiſſam. Quibus reſpōdetur quòd etſi in Italia baccalaureatus non eſt gradus, nec requiritur ad doctoratum. glo.in reg.cancel.Iulij ſecundi in tertia parte, tamen in Frācia eſt gradus: & qui habet gradum in nobiliori facultate, eſt præferendus alteri qui in infima facultate habet gradū, ſicut ſunt magiſtri artium, qui habent tantum gradum primæuum & præparatiuū ad alios gradus: & ideo alij grad⁹ iſti præparatiuo præferri debēt, ſicut dicimus quòd tonſura eſt ordo apud canonum profeſſores, & apud theologos non.c.cum contingat.de ætate & qualitate. Silueſter in ſumma in verbo ordo.j. Item maiorem dignitatem habere dicitur graduatus in nobiliori facultate, quàm alius non ſic graduatus, & per conſequens baccalaureus in medicina eſt maiori dignitate prædit⁹, quàm magiſter artium: tum quia habet duo vincula & duos gradus, videlicet & gradum magiſterij in artibus, & gradum baccalaureatus in medicina. Et ſi non haberet gradum in artibus, tamen quia habet ſcientiam artium, & vltra habet etiam nobiliorem ſcientiā & gradum in ea, ideo præferri debet iſti magiſtro artium. & ſic conditorum affectio fuit in bonum, & ob id laudanda: ſecus ſi in malum, Ioann.7. cap. fugienda eſt turba affectuum malorum. Nec dicitur acceptio perſonarum, quando circa inæqualia ſeruatur inæqualitas. nam & deus hoc facit. cap.ad hoc.89.diſtinct. qui ordines dignitatum ſecundum merita habet. Panormita. in cap.de multa. col.iij. de præbend. & Thomas ſecunda ſecundæ, quæſt.73. Et Silueſter in ſua ſumma, in verbo acceptio. poſt Angelum de claua.in eodem verbo. Igitur ceſſent magiſtri artium obloqui in conditores, quia iuſte leges huius tituli & ſancte tulerunt, vt lippis & tonſoribus patere poteſt, quod adagio dicitur: de quo glo.in.l. quidam cum filium.ff.de verb.oblig.

eſſe decernim⁹: baccalarios iuris canonici aut ciuilis magiſtris in artib⁹ [l] volum⁹ p̄ferri. Cōcurrentibus autem pluribus doctorib⁹ in diuerſis facultatib⁹ doctorem theologum [m] doctori in iure [n]: doctorem in iure canonico, doctori in iure ciuili: doctorē in iure ciuili, doctori in medicina præferēdos eſ-

m ℭDoctorem theologum. Ab vniuerſitate promotum, & non ſub bulla.§. primo.&.§.2.ſupra eodē. probatur etiam in §. præfati.2. ſupra eodem. vbi tenetur fidem facere de literis gradus ſignatis ab vniuerſitate. ergo ſi ſub bulla, nil eidem prodeſſent. vide quæ dico. in tractatu nominationum.quæſt.21. vbi dico quamobrem præferatur theologus alteri doctori, & de alijs ſcientijs, vbi licet videre. & intellige etiam theologum legitime promotum, & ſecundum ſtatuta vniuerſitatis in qua eſt promotus, vt in.§. monemus.infra eodem, in quacunque vniuerſitate promotus fuerit, ſi tamē ibi eſſet ius promouendi, & vniuerſitas eſſet famoſa, vt ſupra dixi, & in vniuerſitate regni vel delphinatus.

n ℭIn iure. Cuius appellatione venit hic ius canonicum & ciuile, vt patet infra, vbi etiam poſtea diſtinguit. facit tex. in cap. nouit.de appella. quia hic erāt conditores iuris canonici & ciuilis, papa videlicet & Iuris appellatione qd veniat

i

ſe decernimus. Et idē in licentiatis [o] & baccalarijs ſeruari debere volumus. Et ſi in eiſdem facultate & gradu concurrant, ad datam [p] nominationis ſeu gradus recurrendum eſſe volumus. Et ſi in omnibus ijs concurrāt, tunc volumus quòd collator ordinariꝰ inter eoſdē cōcurrētes gratificare [q] poſſit.

rex.ille ius pōtificium tradit,hic in regno ſuo ordinationes facit & promulgat. ideo appellatione iuris hic vtrunque ius venit. facit tex.in.c.cum veniſſent.de eo qui mit. in poſſeſſ.vbi Bal.dicit ꝙ ſi rex non facit mētionē de iure intelligit de iure regio. ſequit Feli.in cap.cauſam. col. 11. de reſcrip. Aliquādo tamen ſecundum ſubiectam materiā capitur ꝓ iure humano poſitiuo canonico ciuili ſynodali vel municipali. gloſ. in in proœ.cle.in verbo iuris. & ibi late Barba.cap.j.vt lite penden.vbi etiam per illū tex.dixi in pract.mea ad ſtylū biturigum in art.5.glo.droit cōmun. & inter hos do-

Chriſtꝰ reſpe.tꝰ iter iuris doctores.

ctores fuit repertꝰ Chriſtꝰ,vt patet Lu.2.

o ℂIn licentiatis. videlicet vt theologus licētiatꝰ præferatur oibꝰ alijs licētiatis,eo deficiēte licētiatus in iure canonico, & eo remoto licētiatus in iure ciuili,poſtea venit medicus. & idē in baccalaureis intelligendum eſt,vt ſequitur. & nota.in.c.clerici.de iudi.per docto. & in.l.cum quid.ff.ſi certum petatur.

p ℂAd datā.Et ſic quando nominati eiuſdem anni concurrunt in eadem facultate, vtpote ſunt plures doctores theologiæ,tūc inſpicitur data nominationum, vt ſi vnus fuerit noīatus in prima hebdomada quadrageſimę,alter in ſecūda,vr ille præferri debeat,qui eſt nominatus in prima. *Si* vero omnes fuerint nominati eodem die,attenditur prioritas gradus: vt qui primo ſumpſerit gradum,is præferatur.alia dico in tracta.nominationum.quæſt.21.In his vniuerſitatibus Franciæ omnes nominati vnius anni ſunt cōmuniꝰ vnius datæ, quanuis in vniuerſitatibus alijs patriæ iuris ſcripti contrarium ſeruetur.

q ℂGratificare. Et debent gratificare legentem non legenti, vt not.in.l. prima. & ſequen.C.vt dignita. ord. ſerue.lib.12. Et ſecundum illa quæ ſcripſi in dicto tractatu nominationum.q.21.vbi fuſius videre licet.alioqui hic alia multa ſcriberē.Nota tamē quòd ſi collator nollet gratificare,poſſet cōpelli, vel ſuperior gratificaret.Ioan.mona.in.c. penult. de reſcrip.in.vj. vbi dicit in illo text. canonicos cōpellendos ad gratificandum iudice imminente,per cap. nullus. de iure pat.facit.l.huiuſmodi.§.fina.ff.de lega.primo. & poteſt ordinarius gratificare etiam nominatum iuniorē, vel graduatum quādo parochialis eccleſia vacat in menſibus ordinariorum,dummodo gratificet graduatum idoneū, & rite qualificatum. & dico infra eo .§. ſtatuimus.ij. in glo.præmiſſo modo. *Sequitur*

ℂ .§. Volumus. Quatuor partes habet. prima præcipit noiatis in literis noiationum beneficia per eos poſſeſſa exprimere, alioqui literas noiationū annullat. *Secūda* tradit quando noiatus in vim noiationū non poteſt petere beneficiū,vtpote quando habet duas præbēdas in eccleſia metropolitana,vel cathedrali,vel alia beneficia vſqꝫ ad valorem ducentorum florenorum auri de camera. In tertia ſtatuit nominatis ꝓuideri ſecūdum perſonę cōdecētiā,videlicet noiatis ſecularibꝰ de ſecularibꝰ bn̄ficijs, noiatis religioſis de bn̄ficijs regularibus, nec ſuffragatur diſpēſatio apoſtolica in cōtrariū. Quarta pars ſtatuit beneficia vacātia cauſa reſignationis ſimplicis vel cauſa permutatiōis nō eſſe affecta noiatis,etiā ſi vacēt in mēſibꝰ eiſdem deputatis. *Secūda* ibi,ſi qs vero. Tertia ibi,& inſuper. Quarta ibi,quodqꝫ bn̄ficia. & legit vſqꝫ ad.§.ſtatuimus. Et hæc ſint loco ſummarij.

¶Volum9 [a] autē ꝙ nomīati [b] lr̄as noīatiōis ab vniuerſitatib9 i [c] qb9 ſtuduerint obtinētes, in noiationū [d] lr̄is beneficia [e] p eos [f] poſſeſſa, [g] &

Per verbū volum9 fit cōſtitutio.

a ¶Volumus. Et ſic per verbum volum9 fit hic conſtitutio.l.voluit.ff. de interrog. act.l.nolum9.C.de teſtamē.clemē.vna.de offi.vicar.clemē.fin. de elect.quia qđ principi placuit,legis habet vigorem.§.ſed & quod principi. inſti. de iure naturali. l. prima. ff. de conſtitu. prici. & quādo ꝓfertur ab illo qui poteſt præcipere,inducit præceptū. Card.in clemē.j.§. volum9. de foro competē.& volūtas eſt declaratio mētis ad aliquid amplectēdum vel reſpuēdum.Bal.cōſi.17.in fine.in.3.volu.Ego vero dicerem ꝙ aliquādo volūtas nō declaratur.Ideo definitio non eſt bona,per legem ſi repetendi.C.de condi.ob cauſam dato. ideo definirem ſic quòd eſt declaratio vel cogitatio mentis &c.l. cogitationis.ff.de pœnis.l. labeo. de ſupell.lega. vbi multa congeſſi.vnde dicit glo.in.l. prima, verb. ſed ego . ff. quod iuſſu.quòd rogationes dominorum & principum ſunt præcepta.Archi.in cap . quod præcipitur . 14. quæſt.prima.Alexander conſil.124.in fine,volumine primo, & conſil. 16. nume. iij.in. iij. volumine.Immo blanditiæ potentum inducunt iuſtum metum . gloſ. ſingula. in.l.vna. C. ſi rector prouinciæ. quam ſingu.not. Barb.in clemen.j.col.4. de teſtib.& cōſil.60.col.6.in.j.vol.& cōſil. 30.col.3.in.3. volu. Iaſ.in.l.de pupillo.§.ſi quis.in.5.quæſ.Bart.ff.de noui ope.nūcia. ideo dicit Lucas de pēna in.l.litibus. col.3. C.de agricol.& cenſi.lib.10.ꝙ rex ſola frōte aut verbo inducit iuſtū metū,p tex.in.c. cōuenior.poſt princi.23.q.8.quia indignatio regis nūcius eſt mortis, & vir ſapiens placabit eū.Prouerb.16.c.Intellige tñ prędicta ſecundū ea q̄ tradunt Panor.Imol.& alij i .c.cū inter R.de elec.Fel.in c.1.de of. delega. Steph. Maleret in tracta. de electi. fol.6.col.3.& ſequent.

Voluntas principis eſt præceptū.

Rex frōte aut verbo inducit iuſtū metū.

b ¶Nominati.Ergo graduati non debent exprimēre in literis gradus bñficia per eos poſſeſſa,quia hic tātum grauat noiatos,ergo alios nō.arg.l.cum prætor.ff.de iud.ca. qualis.25.diſtin.probat etiā infra ibi,in nominationum literis.ergo nō in literis gradus,quia ad textum nil addendum eſt. alia dico in tractatu nominatio.q.9.

c ¶In quib9 ſtuduerint. Si i pluribus vniuerſitatib9 noiatus ſtuduerit,in illa quā eliget,poteſt nominari,cū hic dicat, in quib9 ſtuduerint. & ita ſeruat, arg.l.fina.C. vbi in rem acti.exerc.deb.authen.habita.& ibi dixi in priuileg.ſcholariū,ne filius pro pat.

d ¶In nominationū.& ſic, vt proxime dixi,non requiritur in graduato nec ſufficeret exprimere in literis gradus vel temporis ſtudij,ſed oportet ꝙ in literis nominationū hoc exprimatur,vt hic dicit.& ſi velis videre quæ in nominationibus ſunt exprimenda,vide in tract.meo nominatio.q. 9.vbi fuſius dixi.

e ¶Beneficia.cōprehendit dignitates perſonatus & quæcūq; alia beneficia.glo.in.c. 1.de reg.iur.i.6.dico in.d.tract. noiatio. q. 9.& intellige in beneficijs perpetuis, ſecus ſi eſſet eidē datū ad tempus, quia illud nō tenetur exprimere,ſicut de dignitate dicit Panor.in.c.de multa.col.penul . de præb. vbi dicit p adeptionē dignitatis non perpetuæ nō vacare primā perpetuā. vide ibi.

f ¶Per eos.Idē ſi per alios,nomine tamē eorum , quia qui per aliū facit,perinde eſt ac ſi faceret.l.1.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma. & is poſſidet,cuius nomine poſſidet.l. quod meo.ff.de acquir.poſſeſ.ideo ſi locaſſet fruct9 alicui etiā laico, qđ pōt.c.vr̄a. de re.pmuta.haberet locū hic tex.vt teneret illud bñficiū in noiarionū literis exprimere.

Poſſidens beneficiū per alium an teneat illud exprimere.

g ¶Poſſeſſa.Quę poſſeſſio ꝓbat eo ipſo ꝙ ꝓbat noiatū detinere bñficiū vel detinuiſſe tpe impetratę noiationis,quia ea q̄ aliquis detinet vel detinuit,p̄ſumit poſſidere, niſi cōtrariū ꝓbet.glo.viti.in.c. pontifices. 7. quęſt.1.nota.in.c.ad decimas.de reſtitutio.

ſpoliato. Domi.in.c.fin.col. prima. vt lite penden.in.vj.Bal.conſil.357. No.pro duce.col.2.in quinto volu.& in dubio quando fit mentio de poſſidente vel poſſeſſore,intelligit̃ de poſſeſſione iuris,non facti, id eſt de poſſeſſiõe naturali vel ciuili.l. ſtipulatio .§. hoc quoque.ff. de verb. obliga. non de nuda detentione,niſi ratio ſub iectæ materiæ aliud inducat.

eorum verum valorem [h] exprimere teneantur, alioqui literæ nominationis huiuſmodi eo ipſo nullæ ſint,& eſſe cẽſeantur.

Bal.in.l.j.C.cõmunia de vſuca.Feli.in.c. cauſam.col.6.de preſcrip.nume.11. Idem ſi poſſideat tantum vnum, quia etiam illud tenetur nominatus exprimere,vt dico in tract.nomi.q.9.vbi trado multas quæſtiones ſuper hoc.vbi licet videre.Et an appellatione poſſeſſionis veniat quaſi poſſeſſio,vide Iaſ.& alios in.l.3.ff.de acqui.poſſeſſio.in principio.intellige ſi poſſideat nomine ꝓprio: ſecus ſi alieno: quia ſtatutũ loquens de poſſeſſore,intelligit̃ quando noĩe ꝓprio poſſideret. Areti.in rub.ff. de acquí. poſſeſſio.refert Frãciſcus curtius cõſi. 108. nu.28.& ſic eſt bona limitatio ad hũc text. per quem poſſet ſuſtineri concluſio, ꝙ nominatus beneficia poſſeſſa non tenetur exprimere,intelligendo vt ſupra.

Poſſidens noĩe alieno exprimere non tenetur.

h ℭVerũ valorẽ.in pecunia vſuali.not. in cle.vltima de decimis.& non ſufficit exprimere valorem conſuetũ regni, videlicet ꝙ non excedit ſummã.25.ducatorũ auri de camera ſecundũ cõmunẽ æſtimationem &c. per hoc verbũ,verũ.& etiã quia in noĩatiõibus ceſſat ratio conſuetudinis exprimendi, quia ob verã expreſſionẽ non ſoluit̃ annata,nec pecuniæ ex regno extrahunt̃, vt dico in tracta.noĩatio.q. 9.Notãdũ eſt ꝙ ſi quis verũ valorẽ expreſſerit, licet tunc haberet vltra ducentos florenos auri de camera, non tamen ſunt nullæ nominationes, quia hic non annullant̃ ſi concedantur ab

Verus valor debet exprimi.

Nominationes conceſſæ habẽti bñficia ducẽtorũ aureorum non ſunt nullę.

vniuerſitate.Sed per hunc tex. ſi tempore vacationis alterius beneficij illud velit acceptare,non poterit,vt hic:& ſic eſſet vtile nominato tunc reſignare beneficium antequam aliud requireret.glo.prag.ſanctio.eo dẽ verb.§. quod

Si quis vero ex dictis qualificatis graduatis ſimplicibus,aut nominatis tẽpore vacationis [i] beneficij in mẽſibus eis deputatis vacã

ſi quis ex dictis. non debent tamẽ vniuerſitates habentibus ſummam hic taxatam. nominationes concedere:nec obſtat ꝙ ſpiritualia æſtimationẽ non recipiũt.c.ad queſtiões.de ſimo.quia ipm bñficiũ ꝑut ſonat ĩ ius & in titulũ non æſtimat̃ pecunia.ſed tpalia,quæ ex bñficio pcipiunt̃,vt ꝓuentus,locari poſſunt.c.vr̃a.de locat.& vendi.cap.1.&.2.ne prelati vices ſuas.Sic tenet expreſſe Ancha. in clem.vna.4.oppo.de cõceſ.præbend.

i ℭTpe vacatiõis. & ſic non inſpicit̃ tẽpus datę,ſed vacationis,cõtra.c.ſi eo tẽpore, de reſcri.in.6.Reſpõ.iſpici tẽpus datę quo ad expreſſionẽ.Sed an habeat ſummã hic taxatã,inſpicit̃ tp̃s vacatiõis,& ſic itelligit̃ tex. hic.Vltra dico inſpici debere tp̃s datę regulariter.ca.eam te.& ca.cõſtitut⁹. de reſcrip. Nec refragat̃ ca.ei cui.de præb. lib.6. quia ibi agit̃ ſecũdum doct. de habilitate impetrantis.Ego vero dico illũ tex.non obſtare, quia etiã ibi attẽditur tẽpus datę.nã non poteſt ꝓuideri de præbẽda ſacerdotali, ſi non fuerit id tpis in etate legitima.nec debet capi ibi argumentũ à contrario, qđ nõ ſumit̃ qñ tendit ad correctionẽ iuriũ.glo. ſing.in verbo petere.in.c.cupiẽtes.§.ꝙ ſi ꝑ viginti de elec.in.6.Iaſ.& alij in.l.1.ff. de offi. eius &c.ſed ibidẽ dicit̃ in tex. ꝙ aliã expectare debet,videlicet cuius erat capax tpe impetratiõis. & ſic tẽpus impetratiõis inſpicit̃. Vide an poſſit hic nouus intellectus cõuenire ad ea q̃ dicit Feli.in.d.c.eam te.vbi tradit limitatiões.vide Imol.in cle. ſi.de reſcr. & q̃ dico ĩ forma mãdati infra in glo.datũ.

Tẽpus vacationis inſpicitur.

Nouus intellect⁹ ad c.ei cui.de preb.in.vj

Et quid ſi tempore impetratiōis nominationum beneficium poſſeſſum non valebat ducentos aureos,ſi poſtea plus minuſve valuerit,vide Barb.i.c.ad aures.nūe.42.&.c. in noſtra.nu.133.de reſcript.Soſi.conſil.81. non eſt dubiū.in 3.volu.& quę dico in dicto tractatu nomiatio. q.9. & quando quis debeat eſſe habilis,tradit Feli.in ca. cum dilect⁹.de accuſa. & in.c.poſt ceſſionem.col.2.de probatio.

tis,duas obtineat præbendas in cathedralibus[k] etiam metropolitanis aut collegiatis[l], ſeu dignitatē vel præbendam, vel aliud ſeu alia,beneficium ſeu beneficia, quorum inſimul, vel cuius fruct⁹, redditus,& prouentus tempore reſidentiæ & horis diuinis intereſſendo,ad ſummam ducētorum florenorum auri de camera aſcenderent, beneficium in vim gradus[m] ſeu nominationis huiuſmodi tunc petere ſeu conſequi non poſſit.

k ℭIn cathedralib⁹.idem ſi obtineret vnam præbendam in cathedrali, & alteram in metropolitana eccleſia: vel vnā in eccleſia cathedrali,& alteram in collegiata,cum ſit eadem ratio,idem ius ſtatuetur. l.illud.ff.ad leg.Aqui. Nota tamen ꝙ grauius eſt habere duas præbendas in eadem eccleſia,q̄ in diuerſis.c.de multa,circa finē. de præb.& ibi dicit Panor.& alij ꝙ diſpenſatus ad duo beneficia vel duas præbendas non eſt diſpēſatus vt in eadē eccleſia habeat & vt dicūt,ſub eodē tecto,niſi hoc expreſſum fuerit in diſpenſatione.Ideo ſis cautus vt facias exprimere. quod eſt ſingulariter notandū ſcd̄m Card.in.d.c.de multa.verſi. hoc idem. nec has duas præbendss poterit ſine diſpenſatione ſedis apoſtolicæ obtinere.ca.ſanctorū.70.diſtin. Quæ dicatur cathedralis,declaraui ſupra.§.1. vide quæ dixi infra titu.proxi.in verbo,ita tamē quod in eadem eccleſia.

Diſpenſat⁹ ad duo non poteſt duo obtinere in eadem eccleſia.

l ℭCollegiatis.Et ſi de iure omnis eccleſia cathedralis ſit collegiata.c.nouit.&.c.quanto.de his quæ fiunt à prælа. tamen non omnis collegiata eſt cathedralis.Card.in cle. vt hi.col.3.in.2.q.de æta.& quali. Et dicit eccleſia collegiata,quando plures canonici collīgūtur in ea habētes commune ſigillū. c.ſignificauit. de appel.arcā cōmunē.l.1.ff. q̄d cuiuſq; vniuer.noie.tractatū communē. c.tertio loco.de ꝓba.Feli.in ca.attēdentes. col.1.de prę̨ſcript.Barb.alia tradit cōſil.17. prę̨clare.col.3.in.1.vol.Et hoc in dubio.vbi vero ex fūdatione cōſuetudine vel priuilegio cōſtat eccleſiam eſſe collegiatam, vel non,illi ſtandum eſt dictis qualitatibus circunſcriptis. Nico.Milius in repertorio, in verbo eccleſia.collegiata. Et hæc quādoq; dicitur conuentualis de iure,licet non de conſuetudine, quia ex communi vſu loquendi conuentualis dicitur eccleſia religioſorum. Panor.in.c.edoceri.&.c.capitulū.de reſcri.c. cum eccleſia ſutrina.de cau.poſſeſſ.c.nobis. de iure patro. vide gloſ. in ca.1.§. ſed quod per electiones.in verbo collegiatis.de elect. in prag.Et intellige ſecundū quoſdā noiatū excludi a ſuis noiationibus etiā ſi illę prę̨bēdæ nō eſſent ducentorū florenorū,quod raro euenit p glo.in prag.in verbo duas.§. ꝙ ſi quis ex dictis.quod reprobo in tracta.nominationū.q.vltima per hunc tex.dicentē, quorū inſimul,vel cuius fruct⁹ &c.vbi alia verba tex.elucidata reperies.

Collegiata quæ dicatur & quō conſtituatur.

m ℭIn vim gradus. Non prohibetur ergo hic obtinere in vim mādati,vel per nouam prouiſionem,vel ſi alio modo ſibi canonice cōferatur,quia poſtq̄ de vno negat,de alio cōcedere videtur.c.qualis.25.diſtin. glo.in c.de multa.de prę̨b.Immo ſi habēs bñficia vſq; ad hanc ſummā in vim gradus vel nominationis beneficium non peteret, ſed eidem conferretur per ordinarium, non vacaret ipſo iure,quia multa tenent facta quæ ꝓhibētur fieri.l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& etiā hic,quia non an-

Collatio facta noīato habēti vltra ſummā nō eſt nulla.

Et inſuper quod tam graduati ſimplices q̄ nominati beneficia in menſibus eis aſſignatis vacantia petere & cōſequi poſſint ſecundum propriæ perſonæ condecentiam[n] & conformitatē[o], videlicet ſeculares ſecularia, & religioſi regularia beneficia eccleſiaſtica, ita quod ſecularis nominatus beneficia regularia in mēſibus deputatis vacantia præ-

nullatur collatio illi facta, nec ſit incapax ad illud beneficiū ipſo iure, ſi nullus alius noīatus aut graduatus ꝓſequatur. In hoc ergo caſu poſſet alius nominatus illud beneficiū requirere a collatore, & proſequi: quia poſtq̄ non debetur iſti nominato, ergo alteri debebit qui ſit debitæ qualitatis, per ea quę notātur in clem. vna de ſuppl. negli. præla. An poſſit papa iure præuentionis iſti cōferre vltra dictā ſummā? videtur ꝙ ſic, & hoc ex in rub ſeq. quod an ſit verum, ibi examinabitur. Prohibetur tamen ab ordinario iſti conferri tā in vim gradus quàm nominationis, & etiā in vim vtriuſq;, in. l. certi condictio. §. 1. ff. ſi certum petatur. & not. doct. in. l. 2. de verbo. obligatio.

n ¶ Condecentiam. etiam ſi in noīationib⁹ religioſi nō exprimeretur, ad beneficia regularia, vel illius ordinis, quia verba in nominationib⁹ poſita debēt intelligi ſecundū qualitatē perſonę ad quā referuntur. c. cum de bñficio. de pręb. in. 6. c. poſſeſſiões. & ibi Barba. & alij de reb. eccle. nō alien. l. plenū. §. equitij. ff. de vſu & habita. & ibi addidi alia ad hāc rem facietia. Et priuilegiū cēſet conceſſum ſcḋm qualitatē perſonæ cui cōceditur. l. ex militari. ff. de teſta. milita. & ibi Bal. & facit dictū Ioā. mona. in. c. cū aliquibus. de reſcript. in. 6. An requiratur ꝙ ſit expreſſe ꝓfeſſus anteq̄ impetret noiationes, vel antequā in vim illarū prouideatur? Reſpōde ſufficere eſſe profeſſum tpe vacationis, per hunc tex. & ſufficiet etiam tacita ꝓfeſſio: quia in electionibus eſt ſtaturū, vt quis debeat eſſe expreſſe profeſſus. ca. nullus. de elect. in. 6. & in prioratibus & adminiſtrationibus. in cle. 1. de ſtatu monach. & poſſet fieri electio vel collatio illi, vel dęco ſtatim poſt ſuā profeſſionē. Fed. conſi. 258. factum tale eſt, quidam abbas, &c. In mandatis apoſtolicis declaratur per legem regni, quòd non debent concedi religioſis niſi profeſſis, in ordinatio. regijs, rubri. des mādatz art. 6. An ī collationib⁹ vel ꝓuiſionib⁹ ſeu poſtulationib⁹ habeat locū dictū ca. nullus, vide Ioan. And. Panor. & alios in cap. 2. de teſta. & not. in clem. 1. de electi. Ioan. de ſelua in tracta. de beneficio. in. 3. parte, quæſt. 51. An ſufficiat quòd tempore vacationis ſit regularis, vel ſecularis, vt qualitas beneficij expoſcit, vide Feli. in cap. eam te. colum. vltima. de reſcript. poſt glo. in verbo religioſis, in §. illi vero. eodē titu. in prag. & dominū Probum in additio. ad Ioannem monach. in cap. eum qui. de pręb. in. 6. pulchre Bald. in conſil. 492. Petrus de ferra in. 1. volu.

o ¶ Et conformitatem. Conformitas & cōdecentia eſt, vt religioſis ſancti Auguſtini prouideatur de beneficijs illius ordinis & religionis, & religioſis ſancti Benedicti de beneficijs illius ordinis: & in eccleſijs vbi monachi gererent habitum nigrum, decet prouideri alijs deferentib⁹ nigrū habitū. & ſimilem vbi eſt habit⁹ albus, ꝓuideatur ex decentia habentibus album habitum. c. de⁹ qui. de vit. & honeſta. cleri. Nā dicit, Non arabis in boue ſimul & aſino, id eſt, homīes diuerſæ profeſſionis in vno officio ſimul non ſociabis. Deutero. 22. ca. & cap. in noua. 16. quæſt. 7. facit ca. vt lex. 27. quæſt. 1. clem. ne in agro. §. 1. de ſtatu monach. Deficientibus tamen monachis nigris poſſent conferri beneficia illius ordinis monachis albis vel canonicis, quia iſti in iure æquiparantur. cap. quod dei timorem, de

ſtatu monach. & quia iſtæ religiones conueniunt omnes in tribus ſubſtãtialibus regulę de quibus in.c.cum ad monaſterium. de ſtatu monacho. & iſta diuerſitas facit potius religiones differre in qualitate accidentali q̃ in ſubſtãtia. text. & ibi Barba. not. in cle.1.de electio. vide Domi.ĩ cõſil.41.pro clariori.& tex.in.c. nullus.61.diſti.glo.in.c.poſſeſſiões.de reb. eccle.non alien. Et an deficientibus nominatis vel graduatis regularibus, poſſint beneficia regularia vacantia in menſibus eis deputatis iſtis ſecularib⁹ cõferri: quod nõ, probatur in hoc tex.& in.c. cum de beneficio.de præb.in.6.vbi ſtatus beneficij non poteſt immutari niſi omnino deficerẽt religioſi, tunc ſecularibus dari poſſent, quia neceſſitas non habet legem.c.ſi quis propter. de fur.l.vna.ff.de officio conſul.& neceſſitas facit licitum, quod alias non eſſet.l.2 .§. cum in eodem.& ibi gl.ff.ad.l. rhod.de iactu.& .c.dilectiſſimis.12.q.1. Petr⁹ gerard. ſingulari vltimo. vide tex.in.c. inter quatuor.de religio.domi. Deciũ in.c.cum M.c. cum in cunctis.in fi.princi.de electio. poſt Imol.in cle.vna.col.3.de ſuppl.negli. prælaquæſtio.6.

Deficientibus nominatis regularibus an ſecularib⁹ cõferri poſſint beneficia regularia.

p ℭDiſpenſationis. Non excludit diſpenſationẽ apoſtolicã & regiã, quia nil tã naturale eſt q̃ eo gñe vnumqdq; diſſolui, quo ligatum eſt.l.nihil tam naturale eſt.de reg.iur.ff.& omnis res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluit.c.1.de reg. iur. Poſſet tamẽ Papa diſpenſare vt religioſus vnius monaſterij habeat beneficia in alio alterius ordinis: & ille ſic diſpenſatus poterit beneficia in vim gradus vel nominationis obtinere: quia hic tex.tantum prohibet diſpenſationem in regularibus vt ſecularia habeant beneficia, & contra, ſed non vt regulares habeant regularia alterius etiam ordinis. vide Panor.& alios in.c. dgus qui.de

Papa quãdo poſſit ſuper religioſis diſpenſare.

textu cuiuſuis diſpenſationis[p] apoſtolicæ; nec econtra religioſus ſecularia beneficia petere, aut cõſequi minime poſſint: quodq; beneficia ſimpliciter vel ex cauſa pmutationis[q]

vit.& honeſt.cleri.& regulam cancel.66. Poſſet etiã papa iure præuẽtionis regulare beneficiũ conferre ſeculari, vt in titu.ꝓxi. .§.1.patet.ſed diſpenſare ꝙ nominatus ſecularis habeat beneficiũ regulare per ſuas noiationes, hoc nõ poteſt, vt hic & dico infra titul.ꝓximo. Nec poſſet diſpẽſare circa qualificationes in tex.poſitas, cũ altera pars ſuper contractu nõ diſpẽſet.l.1.& .2.C.qñ liceat ab emptio. diſced. & ſic nõ valeret ſi diſpẽſaret ꝙ qs poſſet ſumere nominationes ſine ſtudio, vel poſt biẽniũ, vel ſine gradu. An monach⁹ ꝓfeſſus in vno monaſterio, ſi ad aliud tranſeat, debeat ibi profeſſionẽ facere nouã? quod ſic ꝓbatur, in.c.abbate ſancti ſiluani.& ibi Panor. in.4.not.de verb.ſignifi.& cõſi.96.cũ ad aures.in fine volu.1.quod eſt verũ qñ diuerſæ ſunt regulæ, & vt monachus dicat̃ ſecũdi monaſterij: ſec⁹ quo ad ſubſtãtiã regulę. Decius in.c.præterea.de præb. De diſpẽſatione vide quę dico in glo.diſpẽſationũ, infra in forma manda.apoſtoli.

Profeſſionem nouã facere an teneatur monach⁹ ad aliud monaſterium trãſlatus.

q ℭPermutationis. Niſi fieret in fraudẽ nominatorũ vel graduatorũ: quia tunc illa beneficia licite cõferunt̃ nominatis vel graduatis, cum reſignatio teneat, & quia reſignantes non fuerũt vſi beneficio iuris, ſed in fraudem legis, & ſic non habet locũ cle. vna de rer.permuta.ibi, ne conceſſione iuris.& ibi hoc tenet gloſ.facit cap.cum vniuerſorum.eodem titu.&.l.auxilium.in fine ff.de minorib⁹. Idem ſi reſignarem meum beneficium vt tuus nepos haberet illud, & tu reſignares tuum vt ego illud haberem, quia iſta reſignatio eſt ſimoniaca. Card.& alij in dict.cle.vna.facit.c.ex pte.1.de offi. deleg.Innocen.in.c.cum vniuerſorũ.de rer. permuta. Multas cõgererẽ hic quæſtiones de pmutatiõe, ſed ꝓpriã materiã ꝓſequor. & bene multa licet videre in tract.permutatiõis benefi.& p doct.in locis ordinarijs

Beneficiũ in fraudẽ permutantium nominatis debetur.

de rerum permutatio. Notandũ eſt tamen ꝙ in permutatione beneficiorum requirũtur ſequẽtia. Primũ, ꝙ reſignẽt beneficia. c. vno de rer. permutatio. in. 6. Secundum, ꝙ interueniat collatio beneficiorum reſignatorũ cauſa permutatiõis. c. inter. de præben. Tertium, ꝙ epiſcopus vel alius ſupior auctoritatẽ preſtet. c. q̃ſitũ. de rerũ permuta. Quartũ, conſenſus illorũ ad quos ſpectat collatio, electio vel præſentatio. glo. in cle. vna eodem titulo. Quintum, conſenſus permutare volentium. cap. 1. ibi, communi conſenſu, de rer. permuta. Petrꝰ de vbal. in tract. de permuta. benefic. q. 4. nume. 42. Vltimum requiritur ꝙ permutentur ſpiritualia cum ſpiritualibus, & ius in re, cum iure in re, non cum iure ad rem Fedèricus in tract. de permuta. benefici. q. 13. allego tex. in. c. fin. de rer. perm. & Hoſtien. in ſumma illius titu. §. quid põt permutari.

Requiſita in reſignatiõe bñfiſciorum.

in menſibus graduatis ſimplicibus & nominatis aſſignatis vacantia, eis non ſint affecta nec debita, ſed ex cauſa permutationis cum permutantibus duntaxat. ſimpliciter vero vacantia beneficia huiuſmõi pſonis idoneis p ipſos ordinarios libere conferri poſſint. ¶ Statuimꝰ quoq; ꝙ parochiales eccleſiæ[a]

Parochiales eccleſiæ quę dicantur.

a ¶ Parochiales eccleſiæ. Parochiales eccleſiæ dicuntur quæ habẽt parochiam ad eius curam deputatam, & territorium limitatum. Archid. in. c. licet canon. col. 2. de electio. in. 6. Nico. miliꝰ in repertorio in verbo eccleſia parochialis. a parochia eis deputata. c. eccleſias. 13. q. 1. quę dicitur partitio curę: quia rector eccleſiæ habet curam totius populi intra illos limites congregati, vnde dicitur regere populum. c. 1. de capel. monacho. Et ſic parochia eſt locus in quo degit populus alicui eccleſię deputatꝰ. Ex quo infertur ꝙ ſi ſit aliqua eccleſia ruſtalis, & ad eam de nouo, veniant homines ad illic habitandum, non dicetur tamẽ parochialis eccleſia ſi non habeat certum territorium deputatum, licet poſſit dici eccleſia curata. Card. in cle. vna quæſt. 5. de offi. vica. & cle. 1. de præben. & ſic omnis eccleſia parochialis habet curam animarum vt plurimum, ſed non omne beneficium curatum dicetur eccleſia parochialis. Ioan. and. & alij in. c. ſuper eo. de præb. in. 6. Et ad probãdum eccleſiam eſſe parochialem primo eſt neceſſe ꝙ habeat locum certis finibus cõſtitutum in quo degat populus illi eccleſiæ deputatus ſecundum Rom. conſi. 356. circa primum. col. 1. vbi tradit ĩ quo conſiſtat ius parochiæ. & docto. in rub. de parochi. & etiam requiritur auctoritas ſuperioris cõſtituentis eam parochialem. c. nullus. 16. q. 7. Et. c. ſicut. de exceſſi. præla. Egid. de bella mera in conſil. 38. ſuppoſito. col. 2. cum ſequen. Barb. conſi. 17. pręclare. col. 5. in. 1. volu. Quis dicatur parochianus, ponit Frede. cõſi. 254. queſtio ſubſequens. quem ſequitur Panor. in repeti. c. extirpandæ. §. qui vero. de præbend. & ibi dixi hoc anno interpretãdo illum. §. & totum titulum. vbi dixi eſſe illum qui de facto habitat in aliqua parochia animo manendi, ita ꝙ ſit vere tranſlatus, nõ iuris fictione, ſiue audierit ibi diuina, ſiue nõ. c. 1. 18. diſtin. c. ſi quis tranſlatus. 22. q. j. c. 3. de ſepult. in. 6. c. vt dominicis. & c. fin. de parochi. Alia multa dixi quæ hic non repeto Nota tamen vnum ſingul. ꝙ ſi pater meus vel alius impetret eccleſiam parochialem pro me ignorante, & retinet bullas per annum, ideo ego non ſum promotꝰ, illa eccleſia non vacat, per tex. in. c. commiſſa. de electio. ĩ. 6. & ibi Domi. in. §. ãnus. hoc expreſſe tradit ponderando ibi tex. dum dicit, tibi nõ currit, ſi promoueri iuſto impedimẽto detentus infra tẽpus huiuſmodi nequiuiſti quia licet pater potuerit mihi filio acquirere, non tamen acquiſitum renunciare, arg. c. ſi tibi abſenti. de præbẽd. in. 6. & not. per

Quid ſit parochia.

Eccleſia parochialis quando probetur.

Eccleſia parochialis quando non vacat per non promotionem.

doct. contra Bart. ibi in l. qui Romæ. §. flauius. in fi. ff. de verb. oblig. vbi donans T i 110 vt poſt mortẽ acquiratur Caio, nõ poteſt reuocare vt non acquiratur Caio, per l. quotiẽs. C. de dona. quæ ſub modo. ſic cõſuluit Deci. cõſil. 58. & iſta eſt cõmunis, teſte Benedicto, ſecũdum quam fuit prolatũ arreſtũ Burdegale in repe. c. Raynuci⁹. in verbo ſi abſq. 2. in ſubſtitutione fideicõmiſſ. nu. 23. cum ſequenti. de teſtamentis.

i ciuitatib⁹ [b] aut villis muratis [c] exiſtẽtes nõ [d]

b ℭIn ciuitatibus. Ciuitas dicitur quę habet epiſcopum, teſte Bar. in extrauag. qui ſint rebelles, in verbo Lõbardię. quem ſi interfecerit, eo priuatur. c. ita nos. 25. q. 2. Alexan. in l. ij. ff. de verb. ſig. in additio. ad Bar. & cõſtituit ciuitas auctoritate principis expreſſe vel tacite hoc agentis vt ſit ciuitas, & habeat priuilegia ciuitatis. & etiã ſine auctoritate ſuperioris cõſtitui poteſt, cum ſit de iure gẽtiũ. patru⁹ me⁹ Rebuf. & Platea, & alij in l. vna. C. de metropo. berito. lib. xj. Feli. & alij in c. Rodulphus. de reſcrip. Geminianus & cæteri in cap. ſi ciuitas. de ſentẽ. excõ. in vj. Leges in ciuitatib⁹ docẽdæ ſunt. in proœ. ff. §. hæc autẽ tria. Sex requiſita ad gubernationem ciuitatis tradit Ioã. de ſelua in tract. de benefi. q. 5. primę partis. nu. 6. Quid veniat eius appellatione, Alber. in tracta. ſtatutorũ, in. 2. parte. q. 176. Et in ciuitate conſtruẽda de nouo requiſita ponit Lucas de pena in l. fin. col. 3. C. de quib⁹ munerib⁹. lib. 10. Et an ſi verberetur ciuis, poſſit ciuitas bellũ ob hoc indicere, tradit Lucas in l. 2. C. de apparito. ꝓconſu. & lega. lib. 12. & quando obligetur ciuitas per ꝓcuratores vel per ſyndicos ei⁹, not. Bar. & alij in l. ciuitas. ff. ſi cer. peta.

Ciuitas ſi interficiens epm, eo priuatur, & quõ cõſtituatur ciuitas.

ſbi,qui iure dati ſunt.ff. de teſta. tute.l.j. C. de vectigal.c.faciat homo.22.q.2.& ibi glo.condemnatum eum accipere debemus, qui iure & rite condemnatus eſt.l.4.§.cōdemnatū.ff.de re iud.alioqui meli⁹ faceret mandatarius ſi expenſis inanibus ſe non vexaret,cum obtinere ſpem non laboret.l.j.ff.de inoff.teſta. ¶Quæro quādo dicatur non proſequi, & ſic tunc finietur mādatum.Reſpon.duobus modis, primo .ſi expreſſe iuri ſuo renunciauerit,& literis mandati.c.ſolicite.&.c.audita.de reſti.ſpolia.data pēſione,vel nō.c.ad audiētiam.2. de reſcrip.Secundo tacite dicitur renūciare & non proſequi,quando cōtra eum eſt lata ſentētia,a qua nō appellauit,ſed illi acquieuit.glo.in.c.j.de cōceſſ.præbē. Domi. in.c.j.de litis conteſta.in.vj. Idem ſi aliud beneficium incompatibile adept⁹ ſit,quia tunc ſuæ gratię videtur tacite renunciare. cle.gratiæ.de reſcrip.Idem ſi duxerit vxorem.c.j.de cleri.coniuga. etiam ſi contraxerit tantum ſponſalia de præſenti.glo.& doct. in.c.vno.de cleri.coniuga.in.vj. Nō minus tacite renunciauit qui eiecit habitum clericalem.c.j.de apoſta.Vel fact⁹ eſt miles.arg.c.1.&.2.51.diſt.&.c. eos.20.q.3.c.clericum.50. diſt.Collecta. in.c.fin. de cleri.non reſiden. Vel aliud fecit contra clericatum.arg.l. profeſſio. C.de muneri. patrimo. lib.x. Item finitur & perditur mandatum,quando forma infra deſcripta non eſt ſeruata,quia omiſſio formæ facit actum corruere.l.1.ff.de lib.& poſthu.&. l. cum hi.§.ſi prætor.de tranſact.Idem quando erat ſubreptitium.c.ad aures.de reſcrip. & quando conditio in eo requiſita non potuit verificari.Ancha.conſi.58.c. ſi pro te. de reſcrip.in.6.vide fuſius i tract.nomina. in.q.vlt.Vltimo finitur mandatū ſi mandatarius fuerit negligens.c.tibi qui.de reſcri. in.6.c.ſi clericus.de præb. Et quando dicat negligens,relinquitur arbitrio iudicis ſecūdum glo.ibi.& bonus iudex arbitrabitur, vt ſaltem intra ſex menſes petere debeat.c. 2.de conceſſio.præbend.gloſ.in.§. item ꝙ omnia. in verbo ſcilicet.de colla.in prag. plene Feli.in.c.capitulum.col.3. verſi. fallit primo.de reſcrip.poſſem allegare Ioan. de ſelua in tract.de benefi.in.3.parte.q. 12. in fi.&.q.15.ac.q.34. & D. Ruſeū in tracta.de mand.apoſt.in.4.parte,& in tract. regalio.in.4.priuileg.alioſq; multos adducerem niſi putarem iſtos ſufficere.Nota tamen quod ſi capitulum in fraudem ſecundi modicū dederit primo mandatario, vt renūciaret ſuo mandato,& is renunciauit, quia etiam eo non dato volebat dimittere clericatum,tunc talis titulus pro non titulo habetur,arg.l.etiam.§.1.ff.de petiti.hæred.& ſic non excludetur ſecundus, etiam in habente collationem decem tātum beneficiorum . Idem ſi primus mandatarius compulſus miſeria,& fatigatus laborib⁹ & expēſis ceſſit,& modicū quid accepit, arg. c.ſi.de reſcript.Compoſtella.& Barb.in.d. c.mandatum.col.10.vide quæ dixi in tract. nomin. in.q.vlti. vbi late dico, quot modis perdantur nominationes,& mandata iiſdē pene modis amittūt. & an executor poſſit conferre beneficiū ſine acceptatione mandatarij:q; ſic,tenet Collecta.in.c.inter.i fi. de pręb.per not.in cle.vna de conceſ.pręb. ¶Quid ſi mandatarius in his caſibus velit probare quod non renunciauit ſuo mandato, an poſſit? Videtur quòd ſic, quia contra præſumptionem poteſt probatio admitti. l.ſi.ff.quod met.cauſ.cap. is qui.de ſponſa. Contrarium videtur tutius , quia iſta præſumptio dicitur iuris & de iure,contra quā non admittitur probatio , vt dicitur in dictis iuribus ſupra adductis.l. vna in princi. C.de rei vxor. actio.l. antiquæ. ad velleia. ſecus ſi eſſet præſumptio iuris tantum , contra quam bene admittitur probatio. ¶Nota vltimo quòd ſi mandatarius ſemel requiſierit ordinariū qui recuſauerit eidē cōferre, ſi poſtea habuerit recurſum ad ſuū executorē, qui diſtulit cōferre per annū,nō per hoc excludit quo min⁹ poſſit ꝓuidere, quia executori apoſtolico nō eſt certū tēp⁹ pręfixū,intra quod debeat prouidere,ſicut

alijs collatoribus,vt dixi in.c.2.de cõceſſ. præbẽ.ita in proprijs terminis tenet glo. & Card. in cle.ſi de beneficio.de præbẽ. Peruſ.in.c.gratia,in fi.de reſcrip.in.vj.gl. in.§.viſum,i verbo reſpectiue,de colla.in ptag. vbi iſta limitantur.

ad beneficia ſub illis comprehenſa y

Quę bñficia non ſint comprehẽſa ĩ mãdatis apoſtolicis.

y ¶ Cõprehenſa. Quæ ſunt omnia,niſi ſint excepta.c. mandatum.de reſcrip.Doct.in.c.dilect⁹. in.2.de prębẽ.Quæ ergo ſunt nõ comprehenſa? Reſpon.regulare non comprehenditur ſub mãdato ſecularis,& ſeculare beneficium non cõprehenditur etiã ſub mandato regularis.§.volumus.ſupra titu.proximo.vide Archid.& alios in.c.ſi poſtq̃. de prębẽ.in.vj.& illa fere quæ non comprehẽdũtur in nominationibus,quę tradidi in tract.nomina.q.15.non cõprehendũtur in mandatis.vide ibidem trigintaquatuor.Item religioſus ſancti Auguſtini nõ poteſt impetrare mãdatum vt prouideatᷣ illi in eccleſia ſancti Benedicti,ſed tãtum poteſt impetrare in illo ordine in quo eſt profeſſus.extat lex regia in eo.titu.arti.6. not.in.c.deus.de vita & honeſta. clerico. c.in nona.16.q.7. Item beneficium generaliter vel ſpecialiter reſeruatum dicitur non cõprehẽſum.Aufre.in deciſio. Tholoſa.q.434.vbi dicit ſuper hoc extare regulam cãcellarię.Et an lite pẽdẽte impetrãs apoſtolicus poſſit beneficiũ vacans per obitum rei & poſſeſſoris acceptare,vide Egid. de bella mera conſil.35. vtrum. Item non eſt comprehenſum in mãdato apoſtolico, vt mandatario debeatur beneficium quod ordinarius vniuit ante vacationẽ,quia ante vacationẽ mandatarius nõ habebat ius. & ſicut de illo beneficio poterat fieri permutatio.c.vno.de rerum permuta.in.6.ita & vnio,non tamen poſt vacationẽ, ratione fraudis vitandæ,quam ordinarij facere poſſent.not.in cle.vlt.de reb.eccle.nõ alienand.hoc expreſſe tenet Collecta.in.c. cõſtitutus.col.3.de reſcrip. Item ſi beneficiũ vacet in curia,non debetur mandatario. c. 2.de præb.in.6.niſi ordinarius poſt menſem illud cõferret,quia tũc de nouo in partibus incipit vacare.Lappus alleg. 84. dominus papa.col.2.per.c.ſtatutũ. & ibi no. de præb.in.6.Item ſub mandatis apoſtolicis non cõprehenditur beneficiũ villę muratæ parochiale,ſi non ſit mãdatarius qualitatis requiſitę,videlicet graduatus, per. c. quia ſæpe.de præben.in.6.&.c. ei cui.ibidẽ Domi.in.c.ſi eo tẽpore.col.vlti. de reſcri. eodem lib. quia nõ videtᷣ fuiſſe de mente cõcedentis,quod probatur hic in verſi. declarantes,ibi, ſub illis cõprehenſa, vbi vult mandatarios præferri graduatis & nominatis in beneficijs comprehenſis in mandatis. ergo ſunt aliqua quæ non comprehenduntur, vt villæ muratæ, & præbendæ theologales, & alia beneficia, de quibus in quæſt.15.tracta.nomina.& ſic in illis non pręferuntur.nam in mandatis comprehenduntur beneficia ſecundum qualitatem perſonarum quibus dantur mandata. l. plenum.§. equitij. ff. de vſu & habita. ideo dicitur in tex. ſub illis comprehenſa. Nec duo ſpecialia hic videtur papa voluiſſe inducere, videlicet & quòd nominatis & graduatis præferatur, & quòd habere debeat beneficia quorum non eſt capax, ſaltem per concordata, nam hoc prohibetur in.l.1.C.de dotis promiſſio.expreſſiſſet enim ſi voluiſſet.c.ad audientiam. de deci. & quia in.§.ſtatuimus. prohibuit ne conferantur alijs q̃ ibidem expreſſis, inter quos mãdatarius non eſt.& ſi his deberentur,peruerteretur ſtatus eccleſiarum parochialium regni,quod eſt prohibendum.

Beneficia ſita in villis muratis nõ debẽtur mandatarijs.

¶ Item infra eodem papa retinuit ſibi & ſucceſſoribus, vt poſſint conferre beneficia quomodocunque qualificata. ergo alius extra eum conferre non poterit, etiam ſi ſit executor datus ab eo in mandato, quia ſibi tantum retinuit, vt conferret,non autẽ vt mandaret conferre.ideo quando in mandatis ſcribitur executori

vt conferat, non videtur mandatum vt conferat has eccleſias parochiales in villis muratis ſitas: & ſi mãdaret, non reciperet in regno, vt aliquis beneficia qualificatis aſfecta cõferret, etiam ſi eſſet legatus, vt alibi dixi. Et non eſt mirandum de hoc, quia longe ordinarijs collatoris[a] ſimplicibus & aliud eſt cõferre, aliud mãdare cõferre. glo. in.c. eum cui. &.c. ſi poſtq̃. de præb. in.6. & c. duob⁹. de reſcri. illo lib. l. aliud. ff. de reg. iur. & ibi Deci⁹. & ita declarauit rex, vt infra dico. & not. Collecta. in.c. ſignificatũ. in ſi. de p̃b. ℂ Item maiorẽ poteſtatẽ ſibi retinuit põtifex, q̃ cõmiſerit. c. dudum. de p̃b. in.6. ergo non cõmiſit, quia non potuiſſet maiorẽ poteſtatẽ ſuper illis beneficijs habere: & quando duo ſunt impedimenta, vno ſublato, remanet reliquũ. e. ex tuorũ. de vſu & auctori. pallij. Panor. in.c. ad aures. col. penult. de reſcript. ſic conſuluit Ancha. con ſil. 364. viſo.

z ℂ Ordinarijs collatorib⁹. Sẽſus eſt ꝙ mãdatarius debet prẽferri in beneficio primo vacaturo, ſiue vacet in menſib⁹ in quib⁹ ordinarius libere confert, ſiue in mẽſibus nominatorũ vel graduatorum. & dicitur ordinarius collator, vt declaraui in glo. ordinarij. §. prẽfatiq; ordinarij. ſupra titu. ꝓximo. Si fuerint duo mandatarij, præferetur primus. e. eum cui. de p̃b. in.6. Fallit in caſibus poſitis per glo. magiſtram in. c. quia ſæpe. de præb. in.6. & p tex. in. c. ei cui. eo titu. & c. ſi. de cõſue. in.6. & cle. ſi. de reſcri. not Philip. Peruſ. in.c. ſuſceptum. col.2. de reſcript. in.6. vide gl. in verbo præferẽdos. infra eo.

a ℂ Graduatis ſimplicib. Hi dicũt, qui nõ habent nominationẽ, ſed tantum gradum, dixi ſupra titu. proximo §. præterea. glo. graduatis ſimplicibus.

b ℂ Nomiatis. Etiã anteriorib⁹ tẽpore, & quibuſcunq; prẽfertur, etiã graduatis & nominatis ſimul, cũ non ſit dabilis noiatus ſine gradu. etiã præfertur illis qui ſtuduerũt per trienniũ, de quib⁹ in.§. ſtatuimus.2. ſupra titu. ꝓximo. Etiã ſi eſſent doctores in theologia, extra tamẽ præbendã theologalem, vt infra dico, quia hic indefinite loquitur, q̃ æquipollet vniuerſali. c. vt circa. de electi. in.6. Etiã præfert nominatis qui prius acceptauerũt q̃ mãdatarius, etiã ſi vacaret ribus[z], & graduanominatis[b] in menſibus deputatis nominatis, ne fiat fraus iſtis mãdatarijs. & hoc ꝓbat in hoc. §. & ſic differunt mandatarij a noiatis, vt hic.

ℂ Scđo differunt, quia mãdatarius tenetur acceptare primũ beneficium vacãs, alioqui ſuo priuat mãdato. c. tibi q. de reſcrip. in.6. c. ſi clericus. de p̃b. illo lib. etiã ſi in mandato non dicat de primo bñficio. glo. & doct. in. c. ſi poſtq̃. de p̃b. in.6. glo. & doct. in cle. vna. in verbo notitia. de cõceſſ. p̃b. Imol. & Feli. in. e. conſtitutus. de reſcri. lec⁹ in noiatis & graduatis, vt dixi in glo proſequentibus. §. ſi. de colla. ſupra. Mandatarij in quibus differant a nominatis

ℂ Tertio in mãdatis requiritur habilitas tẽpore datæ. c. ſi eo tpe. de reſcri. in.6. ſecus in nomiationib⁹. §. volumus. ibi, vacatiõis tẽpore. & ibi declaraui ſupra titu. ꝓximo.

ℂ Quarto extinguitur mãdatũ p adeptionem beneficij quantũcunq; modici in vim mandati collati. e. ſi motu. &. c. non põt. de præbẽ. in.6. Secus in nominationibus quæ non extinguũt p adeptionẽ beneficij niſi illud aſcẽdat vſq; ad ducẽtos florenos auri de camera. d. §. volumus. & dixi in tra. noia. q. vlti. quot modis perdantur nominationes.

ℂ Quinto ſemel mandatum eſt præſentandũ. c. tibi. &. e. penul. de reſcri. in.6. c. ſi capitulo. de cõceſſio. præb. illo lib. Itẽ noiati literas noiationũ etiã ſemel inſinuãt, ſed nomina & cognomina in ſingulos annos, donec eis plene fuerit ꝓuiſum. §. teneantur. de colla. ſupra. & quare hoc fiat, dixi in tract. nomina. q.14.

ℂ Sexto, duo mandata non poſſũt dirigi collatori, niſi habeat collationem quinquaginta beneficiorũ, vt in hoc titu. dicitur. ſecus in nominationib⁹. ꝓbatur in. §. prẽfatiq; ordinarij. ſupra titu proximo, & ob id cõquerũt ordinarij collatores cur noiationũ numerus nõ eſt taxatus,

℄Octauo inſinuatio vtriuſq; eſt facienda de literis originalibus, non de exemplo. .§. præfatiq; graduati .de collatio.ibi, per patentes literas.cle.cauſam.de elect.l. ſancimus. C.de diuerſ.reſcriptis.c. penulti.de reſcriptis.:n.6.

in alijs fere æquiparãtur, niſi ſit cõtrarium expreſſum. præferendos[c] eſſe, noſque &ſucceſſores[d] noſtrum. & ſequẽ.

c ℄ Præferendos. Apoſtolicus præferri de iure debet.c.hi qui.de præbend. in. 6. dictum extitit in glo.declarantes,ſupra eo. dum tamẽ acceptet intra tempus ſibi præſtitutum.cle.vnica de conceſſ.præbend. & ibi glo.in verbo menſem. vide Feli. in.c. capitulum.de reſcrip.Hodie habet ſex mẽſes ad acceptandum & requirendum,vt dixi infra in forma manda.Fallit quando eſſet inhabilis, quia tunc non præferretur, quia ſermo intelligitur de habilitate.l.1.C. de ſacroſanct.eccle. Quando dicatur inhabilis,dixi plene in tracta.de paci.poſſeſ. in 4.limita.Etiam dicitur inhabilis, quando habet præbendam in eccleſia, & vacat altera in eadem eccleſia.nam ſub eodem tecto non poteſt duas obtinere præbendas.c. literas.de conceſſ.præbend. ſed aliud beneficium expectabit. Et intellige præferri alijs habentibus ius ad rem,ſecus ſi in re.c. ſi a ſede.de præbend.in.6.Peruſ.in.d.c. hi qui.poſt Domi.ibidem. ℄Item præfertur mandatarius etiam alteri recepto in canonicum ab ordinario,vel auctoritate capituli,cum ſit gratioſa receptio, quæ non dat ius ad vacatura.c.hi qui.iuncto.c.ſi poſtq̃. de præben.in.6.Feli.in.c.in noſtra.col.4. verſi.limita tamen.de reſcrip. quia hæc receptio tantum dat recepto ius agendi corã ſuperiore,vt cõpellat capitulũ ad præbẽdam conferendam.c.relatum.&.c.dilect⁹. 2.de præb.glo.in.c.veniens de renunci.niſi papa illam receptionẽ confirmaſſet,quia tunc confirmatus,auctoritate papæ receptus cenſetur.cap. ſi apoſtolicæ.ibi,noſtra prouiſio.de præbend.in ſexto. facit. l.1 .§. omnia. C. de veteri iur. enuclean. & ſic præfertur iſti ratione prioritatis, & etiam præfertur apoſtolicus nominato ab imperatore vel Rege, dum dirigit primarias preces. Idem ſi eſſet nominatus per archiepiſcopum in vim ſpecialis priuilegij.Rota deciſio.15. vide in rubri.de præbend.vide tamen Collecta.in cap. dilect⁹. 1.de præbend.contrarium tenentem.

Mandatarius quando nõ præferatur graduatis.

℄Tertio fallit,quando eſſet tertium mandatum conceſſum nepoti collatoris, vel alij,tunc collator illum mandatarium præferre non poterit graduatis aut nominatis in beneficijs eiſdem præſtitutis, quia iſte tertius non cenſetur tunc receptus auctoritate apoſtolica.cap.cum aliquibus. de reſcript. in. 6. nec executor, vbi alias non eſſet ordinarius,iſtud mandatũ exeq poterit. Barb.in cap.mandatũ.col.4. de reſcri. ſi duo prima valeant, vt ſupra dixi.

d ℄Succeſſores.Nõ iure ſanguinis,ſed ratione nouę electionis,aut alterius prouiſionis dicuntur ſucceſſores.Barba. per illum tex.in.c.2.de rerum permu.glo in.c. quod ſicut.in verbo conſentire.in fi.de elec.Feli. in.c.ex literis.col.3.nu.8.de proba. cum in beneficialibus non ſit ſucceſſio ratione ſanguinis.c.1.de præben.& iſte ſucceſſor nihil iuris habet a ſuo prædeceſſore.gloſ. poſſedit. de pacific. poſſeſ. in pragmati. ſanc. Ideo hic ſucceſſor non tenet̃ ſtare locationi factæ per prędeceſſorẽ,niſi ſit facta pro eccleſiæ vtilitate,vel neceſſitate.e.ſi. ne plat. vices ſuas.& ibi multa addidi in gloſ.Bal. in.l.emptorẽ.C.loca.Alex.in.l.ſi filiofa.in 1.§.ſi.ff.ſolu.matri.nec tenet̃ ſoluere debita p̃deceſſoris.not.in.l.2.C.de repudiã.hære. p illũ tex.vbi filiuſfa.nõ tenet̃ ſoluere debita paterna,ſi nõ poſſideat illa bõa ex ſucceſſione paterna,ſed ex emptione alterius,vel donatiõe bona fide facta,qa nil habet a pr̃e ſic nec ſucceſſor bñficij.plene hoc diſputat Lucas de pẽna i.l.2.col.3.& ſeq.C.de fun. rei priua. lib.11. Item ſubrogatus vel ſucceſſor in beneficio non tenetur reſtituere

fructus quos prædeceſſor percepit, quia nihil iuris ab eo tenet. & ita fuit prolatum arreſtum per ſupremum ſenatum in hoc menſe Februario. Ioan. monac. & alij in. d. c. ſi hi qui. & c. ſi tibi abſenti. de præb. in. 6. Ioan. and. in. c. ex parte. de arbit.

Succeſſor triplex eſt

¶ Notandum eſt triplicem eſſe ſucceſſorem, Primum rei, iuris & cauſæ, vt in hæreditatibus temporalibus. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. Secundum rei cauſæ, & iuris, vt quando quis ſubrogatur in locum defuncti. c. ſi hi qui, vt lite penden. in. 6. & ibi Guillelmus, & Decius in. c. cũ omnes. nota. 4. de conſti. Tertium rei, tantum, nõ iuris nec cauſæ, vt in beneficijs nõ litigioſis, in quib⁹ ſucceſſor ſimpliciter prę deceſſori ſuccedit. 11. q. 3. c. anteceſſor. Guillelmus de monte lauduno in. d. ca. ſi hi qui. De multiplici etiam ſucceſſore tradit Lucas de penna in. d. l. 2. col. penul. C. de fund. rei. priua. lib. 11. vbi licet videre. Sed proſequamur hanc tantum materiã, ne prophana diuinis miſceam.

De ſubrogatione beneficiorũ hic traditur.

¶ Poſtremo ſignandum eſt, ꝙ licet vno ex litigantibus moriente, alij ſuperſtite proſequente non poſſit fieri collatio. cle. vna, vt lite penden. in. 6. Imo nec alius ſubrogari niſi per Papam. d. c. ſi hi qui. vt lite pẽden. in. 6. ceſſio tamen facta alicui litiganti per tertium lite pendente, bene valet. Rota deciſio. 176. cõmiſſio. in no. Hodie tamẽ ordinarius vel alius altero litigante mortuo confert, & is cui de nouo facta collatio eſt, impetrat literas a Rege in hoc regno, vel a cancellaria, vt ſubrogetur in locum & inſtãtiã defuncti vel cedentis, & ſibi conceditur. ita vidi practicari, & hoc fit ex æquitate, vt concludit Do. Ruſeus in tracta. iuris regalio. in. 5. priuileg. ¶ Item hic ſubrogatus non debet cauſam de nouo inchoare, ſed in eo ſtatu in quo eſt, cũ ſuperſtite, vel eius procuratore proſequi. d. c. ſi. vt lite pen dẽ. in. 6. & ex eiſdem actis, & cauſa in eodẽ ſtatu manente. de Rota. deciſi. 3. no. quòd ſucceſſor. in antiq. Non poterit tamẽ procurator ſuperſtitis proſequi cauſam cum iſto ſubrogato ſine nouo mãdato, tum quia mandata procurationis ſunt ſtricti iuris, ideo non extenduntur niſi ad perſonas vel cauſam in mandato expreſſam. c. qui ad agendum. de procur. in. 6. cle. non poteſt. illo titu. tum quia mutata perſona, mutata eſt cauſa. c. veniens. 2. de teſti. & not. in. c. cum ſuper. de re iud. Peruſ. in. d. c. ſi hi qui. vide tex. & doct. in. l. nulla. C. de procura. & Guido. Papæ. q. 86. procurator. Bonifa. in ele. 1. vt lite penden. Rota deciſio. 171. ſi A. conſtituat. in nouis. quod ego intelligerem niſi ille procurator eſſet generaliter cõſtitutus ad proſequendam totam cauſam cõtra titium & quoſlibet alios, arg. l. a procuratore. C. manda. ſic debet intelligi deciſio Rotę. 440. ſi agẽs. in no. vbi dicitur intimationem factam ꝓcuratori cauſæ, ea nõ finita valere. ſi tamen ipſe petat dilationẽ ad dominum conſulẽdũ, erit eidem danda: alioqui appellare poterit. c. dilect⁹. de procur. & quid ſi nil iuris habet, an ſubrogat⁹ poterit dare obiectus pro iure tertij, vide Rotam deciſio. 433. no. nunquid. in antiq. Imo ſi lite pendente ſuper beneficio reus vel poſſeſſor transferat beneficium in aliũ permutãdo, vel alio modo, & moriatur, huiuſmodi permutatio reuocabitur per viam attentati, etiam cõtra illum ſuperſtitem, eo tamẽ vocato. arg. nota. per Inno. in. c. cum M. de conſtitu. & c. cum teneamur. de appella. hoc expreſſe refert Rota deciſio. 56. ſi lite. in nouis. & deciſio. 400. no. ſi lite. & ibi in additio. dicitur an valeat collatio lite pendente facta, vel adeptio poſſeſſionis, an facta altero mortuo, debeat per viam attẽtati reuocari. de Rota deciſio. 411. ſi lite pẽdente. in no. tenet ꝙ ſic, ſed non ſeruatur in Francia. & an pars aduerſa poſſit ſe dicere ſpoliatam, vide de Rota deciſio. 429. not. nunquid. in antiq. & deciſio. 4. nunquid. de reſti. ſpolia. Sentẽtia tamẽ lata pro vno etiam ſi eſſet mortuus, mittetur executioni pro ſubrogato ad illud beneficium. l. cũ qua ſi. ff. de fideicommiſ. liberta. quæ licet loquatur in libertate, idem dicẹmus fauore

eccleſiæ, quæ iiſdem priuilegijs fulcit. Soci. in. l. eius qui. ff. ſi cer. pet. poſt Paul. ibi, licet regulariter non valeat ſententia contra mortuum, vel pro eo. l. in ſumma. ff. de re iudi. l. paul⁹. j. quæ ſententiæ ſine appella. reſcindāt. Et ꝙ per ſubrogatum poſſit exequi, ita in proprijs terminis tenet Bal. in l. vna. §. inprimo. C. de cadu. tollen. & Iacobi. in. §. præcedeñ. Et iſta faciunt contra Paul. qui conſuluit quod arreſtū laiū contra abbatē Cluniaceñ. & eius tēporale expirat eo mortuo, nec poterit exequi cōtra monaſteriū vel ſucceſſorē, teſte Do. Boer. in additio. ad Benedict. de plūbino in d. l. cum quaſi. Subrogatus in ius mortui vel reſignantis poteſt cauſam in eo ſtatu in quo eſt proſequi. nam ad poſſeſſionē cēſetur etiam ſubrogat⁹, per illa verba poſita in ſubrogationib⁹, & ad omne ius quod eidem cōpetebat quomodolibet, ſeu cōpetere poterat tēpore ſui obitus &c. ſic concluſum eſt in rota, vt patet in deciſio. 64. ſubrogatus. Feli. in Rub. de reſcrip. col. 3. Sed de conſuetudine regni eſt vt apprehēdatur poſſeſſio anteq̃ ſubrogatus petat ſe ad cauſam admitti, in quo ſtatu eſt. ita vidi ſeruari. ¶ Itē in hac ſubrogatione debet fieri mētio de beneficijs obtentis, quia vim collationis habet. c. 1. & 2. vt lite pēdē. in. vj. de Rota deciſio. 274. licet in ſubrogatione. in nouis, niſi referat ſe ad aliā gratiā, in qua fuerunt neceſſaria expreſſa Nico. de milis in Rep. in verbo gr̃a. q. 91. gr̃a per quam &c. & an valeat īpetratio lite pendente, vide per rotam deciſio. 310. ſi reus & poſſeſſor. in nouis. & quando litigans venit intra menſem a die impetrationis factę per tertium, debeat pręferri? extat regula cancellarię. 27.

Succeſſio e⁹ in appellatione qui cōprehens dantur. ¶ Quęro quid ſi teſtator velit bona venire ad ſucceſſores, qui veniant appellatione ſucceſſoris? Reſpoñ. ſucceſſores deſcendentes ab ipſo teſtatore, per rationem legis, cū acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. ita expreſſe concludit Soci. cōſil. 249. materia. col. 8. verſi. ſecunda difficultas. in. ij. volu. vbi plene licet videre. & conſil. ſequen. in cauſa, col. prima & ſeq. & venit ſucceſſor vniuerſalis, non ſingularis. Iaſ. in. l. quædā. §. 1. ff. de edend. Peruſ. in. c. 1. num. 110. de teſta. in. vj. Feli. in. c. quia. v. col. penult. de iudi. niſi in duobus caſibus ibidem poſitis.

ſtros iure præuētiōis^e

e ¶ Iure pũetiōis. Pro hoc eſt tex. in c. dudū. §. nos igit. de preb. in. vj. & præuenire dicitur, quando prius confert. ſi ergo ordinarius etiam nulliter prius contulerit non graduato, poſtea papa, demum nominatus requirat, & obtineat collatione ab archiepiſcopo, is nominatus in ſuis menſibus erit pręferendus, quia ſibi papa tantum retinuit pręuentionem hic, non pręlationem, ergo extra preuentionem nō valebit ab eo geſtum ſuper his, vt dicitur de firma & irreuoca. cōcorda. ſtabi. in verſi. necnō irritū & inane quicq̃d fec⁹ ſuper his, vel eorū aliquo, a quoq̃ quauis auctoritate, etiā per nos & ſucceſſores noſtros pręfatos ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. ¶ Et dicitur etiā pręuenire ratione horę vel momēti, ſi poſſit probari. glo. in. c. penult. de reſcript. in vj. & c. ſi a ſede. de pręb. ibidem. & poteſt probari per teſtes, vt ibidē dicitur, quod ſequitur Decius in. c. cauſam. col. 3. de reſcript. Feli. in. c. paſtoralis. illo titulo per glo. in. l. ſi ex pluribus. in fine. ff. de ſolu. Et quando poteſt dubitari de viribus inſtrumenti, apponenda eſt hora in inſtrumento. Bal. in. l. cū proponas. C. de interdic. matri. allego tex. ad hoc in. l. titius. §. lucius. ibi, hora diei ſexta. ff. de lib. & poſthu. Feli. in. c. ego. n. de iureiur. Alioqui hora in inſtrumento non eſt ponenda neceſſario. ita tenet. Barb. in repet. Rub. de fide inſtru. col. 61. verſi. quid de hora. dicens nō eſſe in inſtrumēto neceſſario ſcribēdā, niſi in caſu. l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clam. Idē tenuit in cle. ſi. col. 9. de reſcript. vbi dicit bonum eſſe apponere horā propter reſcripta quę in pari data reperiunt. Papa qñ dicat̃ pue nire.

dignitates [f], pſonat[9] & adminiſtrationes &

Et ſicut quando ſunt plures iudices, vnus poteſt præuenire alium. l. ſi quis poſteaq̃. ff. de iudi. c. penult. & ibi Soci. de foro cõpet. & iudices præuenire diem non debẽt c. ſignificante. de appella. Ita quando ſunt plures procurarores inſolidum conſtituti. c. ſi duo. de procura. in. vj. c. penult. de elect. eo lib. & de multiplici præoccupatione tradit Anto. in. c. capitulum. col. 5. & ſeq. de reſcript. ſic & prę uentio hic procedit in papa, qui prę uentus dicitur quando nominatus aut graduatus ſolum iure requiſiuit beneficium ſibi conferri, licet non fuerit collatum, vt ſtatuit lex regni in ordina. regijs Rub. des graduez, articu. 14. Tamen Feli in. c. i noſtra. correla. 18. dicit ꝙ ſi inueniretur acceptatio per graduatum, & collatio per papam eodem die factæ, præſumetur pro collatione, & valebit. Feli. in c. capitulum. de reſcrip. Ioã. And. in. c. ſi poſtquam. de prę b. in. vj. quod non procedit in hoc regno, vt dixi. Item per collationem nullam non dicitur papa præuenire ordinarium, ſicut citatio nulla non inducit prę uentionem. l. ſi pater. & ibi glo. C. ne de ſtatu defunct. glo. vlti. in. c. ſi plures. de off. delega. in. vj. Iacobi. in. d. l. ſi quis poſteaquam. col. ij. vbi poſt Angel. tenet etiam per captionem perſonæ nullam, non induci præuentionem. Soci. in. d. c. propoſuiſti, arti. 4. q. 5. & ſeq. glo. in. §. viſum. in verbo non valeant. de colla. in prag. Ideo cũ collatio facta nõ graduato ſit valida non pro ſequente nominato, vt ſupra in. §. ſi quis vero. titu. proximo dictum extitit, quãdo eſt facta non graduato, prę uenit papam, vt dico in tract. nomina. q. 17. nu. 19. Intellige hanc præuentionem papę valere, quãdo tantum tempus effluxerit a die mortis ꝙ veriſimile ſit eum cui eſt facta collatio, potuiſſe ad papam perueniſſe, alioqui prę uentio papę etiam non valebit, ne votum captandę mortis ingeratur. Reg. cancella. 28. niſi prę textu renunciationis ante mortem cucurriſſet, quia computabitur tempus a die conſtitutionis procuratorij, & non a die mortis, quia habuit bonum initium. glo. in. §. neq;. in verbo faciendas. de colla. in prag. Io. de Selua in tract. de beneficio in. 3. parte. q. 46. & an illa regula habeat locum in ordinario, vide glo. in. d. verbo faciendas, & in. d. regula. 28. Multa de veriſimili tradit Feli. in. c. quia non eſt veriſimile. de prę ſump. multo plura. D. An. Tiraquel. in. l. ſi vnq̃. C. de reuocan. donatio. in princi. nu. 37. cũ ſeq. verſi. ſed iã &c.

Sola requiſitio graduati afficit beneficium.

Regula de veriſimili notanda declaratur.

f ℭ Dignitates. Exceptis ẽpalibus, quæ non veniunt appellatione dignitatis, cum epiſcopatus ſit culmen dignitatis. c. venerabilis. de prę b. glo. in. c. 2. illo titul. in. vj. Et ſic appellatione dignitatis in materia pœnali & odioſa non venit ẽpat9, per glo. in. d. c. 2. quam not. Barb. ſing. in tract. de preſtã. cardinal. q. prima partis primę col. 4. & q. 12. eiuſdem partis, & in prooemio cl. in. 2. lectura, col. 3. & in cl. auditor. col. 12. de reſcript. pro illa glo. eſt tex. in cle. vna de renuncia. Innocen. in. c. dilectus. de conceſſ. prę b. vbi dicit Innocẽ. ꝙ diſpenſatus vt obtinere poſſit dignitates, nõ poterit habere ẽpatũ, vide ibi latius. & Nico. Milius in reper. in verbo gratia. q. 57. Itẽ hic nõ cõprehẽdunt abbatię, prioratus, nec alię dignitates, in quibus eccleſia eſt viduata paſtore, & ſeruat forma. c. qa propter, quia illarũ noiatio in hoc regno ſpectat ad regẽ. ſupra in Rub. de regia ad prę latu. nomina. faciend. nã non eſt veriſimile ꝙ tã cito conditores ſe correxerint. l. non ad ea. ff. de conditio. & demonſtr. plene Lappus allega. 84. dominus papa. col. penul. Fallit quando illę ſupradictę dignitates vacarẽt in curia, tũc ad papã libera ptinet prouiſio etiã ſine regis noiatione, vt patet in Rub. de regia ad prę la. noia. faciend. §. j. Itẽ dignitates eccleſiaſticas intellige vt dixi ſupra titu. proximo in. §. prę fatiq; ordinarij.

Epiſcopatus an dignitatis appellatione cõprehendatur.

g ℭ Perſonatus, declara iſtas voces vt

per gl. in.§.pręfatią ordinatij ſup tit.pro xi. vbi dixi.

h ℭ Cęteraq; beneficia. Eccleſiaſtica, etiã ſi eſſent altaria vel capellanię fũdatę etiã a laicis, dummodo auctoritate epi, aut papę ſint conſtructę, quia beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad papam pertinet. c.ij. de pręb.in vj.dixi in tract. nomina. q. 21. nam nõ dicitur bñficiũ ante epi approbationem. Fel.in.c. ex parte.S. de reſcript.col.j.

i ℭ Quomodocũq; qualificata. Hic poſtea declarat ſiue vacet in mẽſib9 graduatorum ſimplicium, ſiue nominatorũ. & per hoc verbum patet, quod etiam iure pręuentionis poteſt conferre beneficia ſita in ciuitatibus vel villis mutatis nõ graduatis: ſed quia peruerteret ſtatum eccleſiarum parochialiũ regni, videtur quod non poſſit, vt infra dico in prębenda theologali, quod cogitãdum relinquo. et an poſſit cõferre habenti ad ſummam ducentorum aureorũ beneficia, videtur per hoc verbũ, quia non agitur tunc de qualificatione. vnde in ſimili dicit glo.in extrauag. execrabilis, in verbo perſonat9, in fi.de præb. ꝙ ſi papa in collatione dignitatis dicat, nõ obſtante ꝙ alia beneficia habeas, quotcũq; & qualiacunq; ſint: tunc poteſt tenere prima, etiã ſi eſſent electiua, per cle.ſi Romanus.de præb.nã hæc verba gñalia duos habent effectus. primus, quia tollũt ſubreptionem.c.nõ poteſt.in fi.de præb.in.6. Scdus effect9 eſt, ꝙ ſimul obtineri poſſũt quęcũq;, quotcũq;: quia tantũ valet genus in ſuo gñe quãtũ ſpecies in ſua ſpetie.l.ſi duo.ff.de adminiſt.tutor. Feli.in.c.nõnulli.col.8.ver. addatis.etiã glo.de reſcri. Nõ poterit quoq; non theologo præbendã theologalem cõferre: quia totius reipublicę intereſt habere theologũ, & immutaretur ſtatus eccleſiæ Gallicæ, quod papa facere non poteſt. not.glo. & doct.in.c.propoſuit.de cõceſſi.pręb. vbi quãdo immutatur ſtatus eccleſię, papa non poteſt aliquid attentare, vel quãdo deſolaretur ſtatus eccleſiæ, ſicut hic. nã poſſent tunc conferri aſinis, & ſic parochiani ciuitatum & villarum mutatarum paterentur, quia nec pdicationes haberent, nec docerentur, quod eſt abſurdum. Etiam ratione conuentionis & concordati, niſi alia deputaretur theologo, vt dixi in.§. 1.ſupra titu. proximo.

Iure præuentionis papa bñficia in villis mutatis ſita an cõferat.

Nõ theologo papa pręb̃endã theologalem non cõfert.

officia, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica h ſecularia, & quorumuis ordinum regularia quæcunq; & quomodocũq; qualificata i, tam in mẽſib9 graduatis ſimplicibus & nominatis ꝗ ordinarijs collatoribus pfatis aſſignatis vacãtia, ac etiã ſub dictis mãdatis compreheſa,

ℭ Item non confert ratione præuentionis ea quæ iure regali ſpectant ad regem. not. in cap.generali.de electi.in.6. doct. in cap. 2.de prębend.ibidem. & D.Ruſeus in tracta. de iure rega. pulchre hoc tractat. Nec etiam regularia beneficia poterit ſecularibus conferre, vel econtrario, vt in.§.volumus.ſupra titu. proximo dicitur: etiam prætextu diſpenſationis apoſtolicæ, & ibi dixi. nec videt hic ſe correxiſſe, cum in alijs poſſit intelligi.

l ℭ Ac etiam ſub dictis mãdatis cõprehẽſa. Non tãtam poteſtatem dedit papa, quantam ſibi retinuit. tex.in.c.dudum.de prębẽ. in.6. & ſic poteſt conferre beneficia ſub mandatis comprehenſa, vt hic, ſicut legat9 beneficia reſeruata. glo.in.c.pręſenti.in verbo, illa pendente.de offi.deleg.in.6. Cald. conſil.3. an ſi legatus.de præbend. poterit etiam conferre præbendam primam, quãuis fuerit conuentum & confirmatum per Papam, vt prima vacans diuideretur, & ex illa fierent duæ, per rationem ſupra adductam. Requiritur tamen mentio & derogatio præcedentis conuentionis, alioqui non videretur velle derogare, nec ſuæ fuiſſe intentionis, ex quo non exprimit.

Papa beneficia ſub mandatis cõprehenſa confert facta expreſſione.

c.dilecto.de verbo.ſigni.ideo collatio per papam facta alias erit ſubreptitia. Collecta.in.c.relatum.col.j.in fi.de præben. Itē ſi fuerit ſtatutum iuratum & confirmatū a papa, quòd decætero non erūt niſi duodecim canonici in tali eccleſia, & nullus recipietur in canonicū,donec.xx. canonici fuerit reducti ad duodecim,tamen ſi vnus ex.xx.velit permutare, poterit coram ſummo pontifice, facta expreſſione ſtatuti iurati,corā alio non.Imol. expreſſe in cle.vna.col.3. verſi. quærit hic Guillelmus.de rerum permuta. quia eſſet nouum canonicum recipere, & ſtatutum violare,quod inferiori a papa non eſt conceſſum, vt ibi. Limita quando beneficium vacaret in curia:tunc etiam non facta mentione mandati, valebit collatio.cap.2.& ibi Io.And.de præb.in.6. refert Peruſ.in.c. ſi poſtquam.col.2.illo titu.

libere conferre.k

¶Statuimꝰ a inſuper quòd in prouiſionibꝰ quas perſonis quibuſuis de beneficiis vacātibus,ſeu certo modo vacaturis, per nos & ſucceſſores noſtros ac ſedem prædictam,etiam motu proprio etiam promotis ad eccleſias cathedrales b

¶Secundo fallit quādo tale beneficium nō eſſet affectum mandatario, quia tunc collatio ordinarij valeret, a fortiori & papę.c. dilectus.2.de præben.

¶Tertio limitat Peruſ.in.d.ca. ſi poſtquā: quando motu proprio cōferret:tamen per illam clauſulam non intendit præiudicare iuri tertij.ibi vide alia.

k ¶Cōferre.Poterit ergo papa cōferre,ſed mandare conferri,non: quia tantū retinuit poteſtatem conferendi: & ita cōuenit cum rege:& ſic non poſſet etiā legato dare hāc poteſtatem conferendi:iure præuentionis, nec regnicolæ paterentur,per hūc tex.cum aliud ſit cōferre,aliud mandare conferre.c. ſi.de offi.vica.in.6.& quādo papa iure præuentionis cōfert, mandatum valebit ſuper alio beneficio.d.c.mandatum.& ſic non finitur.Sed quot modis finiatur,reſpō.ꝙ eiſdem fere modis ſicut nominationes,vt dixi in tracta.nomina.q.vlti.& ſupra eod.in verbo proſequētes.Quid in legato,an poſſit conferre in præiudiciū mandatarij? Dicerem ꝙ nō,quia inferior non tollit legem ſuperioris.cle.ne Romani. de elect.ita tenet Archi. Domi.& Peruſ. in c.ſi poſtq̄.col.2. de prę̄b.in.6.fallit ſi data eſſet ei dē ſpecialis conferendi poteſtas a papa.arg.c. 2. de pb.i.6. quod intellige vt ſtati dixi.& dic, qn̄ reſignaret in manibꝰ legati ſine fraude,tūcvaleret p̄dicta reſignatio.argu.c.dudū.de præb.in.6.

a ¶.§.Statuimus. Hic §. non eſt receptus a regnicolis,ſed conſuetudinē habēt exprimendi quod fructus beneficij non excedūt ſummā vigintiquatuor ducatorum auri de camera,& illa expreſſio in hoc regno ſeruatur,ideo hic non ſcribo an de iure ſit exprimendus valor,de quo per doct.in.c.ad aures.de reſcrip.glo.in.cle.1.de præben.Et qui primꝰ hoc ſtatūit, fuit Vrbanus ſextꝰ vt not.glo.& doc.in cle.1.de præb.hic multa ſcriberem,quæ de induſtria miſſa facio, cum in hoc regno vſu non veniant.

Valor ve[rus] bene[fi]ciorum nō expri[m]it in frā[n]cia,ſed cō[muni] fructus.

b ¶Eccleſias cathedrales. Hic ergo vult exprimi verum valorē etiam per promotos ad eccleſias cathedrales,vel metropolitanas.nam per electionem,confirmationem,& conſecrationem,vel poſt lapſum tēpꝰ de conſecrādis,vacāt beneficia q̄ qs habebat ante ep̄atū,vel archiep̄atū.c.cū in cunctis.§.cū vero.de elect. Et hoc quatuor interueniētibus, Primo requirit electio,vt ibidē dicit. Secūdo reqrit cōfirmatio.c.fin.de elect.in.vj. Tertio reqrit ꝙ electus & cōfirmatꝰ bonorū adminiſtrationē habuerit,& poſſeſſionē ep̄atꝰ,vt no.in ſimili in.c.de multa.de præbend. Quid ſi ep̄atꝰ poſſeſſionē habere non poſſit, vt pote quia eſt apud infideles,vide per Car.in cl.pleriſq;.in fi.de elec. Quarto reqrit cōſe

Beneficia electi qu[a]tuor ſte[r]ueniētibꝰ vacant.

& metropolitanas, ac monaſteria⁊, vt obtenta per eos beneficia retinere poſſint, fieri cōtigerit, illorum verus annuꝰ ꝑ florenos aut ducatos auri de camera, aut libras Turonēſes, ſeu alterius monetæ valor, ſecundum communem æſtimationē exprimi debeat. Alioquin gratiæ ipſæ ſint ipſo iure nullæ.

cratio, vel ꝙ tp̄s de cōſecrādis ſit elapſum. c.qm̄.100.diſt.&.d.§.cū vero. & etiam ꝓuiſi beneficia non vacāt ante cōſecrationē, & ante adminiſtrationē bonorū, licet prouiſio habeat vim electionis, & confirmationis. Panorm̄. & alij in.c. eam te.de reſcript. & in. c. cum ſuper electio.de cauſa poſſeſſ. & proprieta.glo. ī cle. j.in verbo collato. vt lit. pend. Curia tamē ex ſtilo habet, vt ſtatim beneficia prouiſi conferat, quia non

Vix recuſetur epiſcopatus.

præſumit quod recuſet epiſcopatum. Decius in dicto.§.cum vero.col.2.& quia beneficiorum quorundam valor eſt taxatus

Exprimit̄ ver⁹ valor beneficij taxati Romæ.

in curia Romana, vt licet videre in prouinciali: & tunc papa non eſt ſolitus expedire bullas, niſi det̄ ſibi annata ſecundū valorē illius taxationis, licet quis non exprimeret tam magnū valorem, vt vidi practicari.

c ¶ Monaſteria. Promotus ergo ad abbatiā, ſi retinere velit beneficia quæ antea habebat, debet exprimere verum valorem, & hoc anteq̄ adipiſcatur poſſeſſionē pacificā abbatiæ. Alioqui per poſſeſſionem pacificā

Per adeptioné abbatię, an vacent beneficia.

abbatiæ, ſicut per adeptionem pacificam alterius dignitatis vacant beneficia priora, etiam ante benedictionem. Oldra. conſil. 14. cum quæritur. c. de multa. de præbē. & extrauag. execrabilis. illo titu.

¶ Nota tamē, ꝙ licet per promotionem ad epiſcopatū vacent priora beneficia, tamē ꝑ adeptionem dignitatum vel beneficiorum non vacat epiſcopatus. tex. ſing. in ca. cum noſtris. de conceſ. præb. quia epiſcopus ſine conſenſu papæ epiſcopatum dimittere non poteſt, vt. c. inter. c. fina. de tranſl. epiſco. &

Limitatio ad cap. de multa. de præbend.

per hoc limitatur. d. c. de multa. quod licet loquatur de dignitatibus, tamen non procedit in ep̄atibus, cum ſit odioſum. & ita not. Panor. in. d. c. cū noſtris. quod eſt notandū.

¶ Quæro an electus in epiſcopū ante cōfirmationem poſſit permutare beneficia quæ habebat tempore electionis? & breui decidit glo. i. §. item inſuper. in verbo diſponere. de collat. ī prag. vbi dicit ꝙ nō, cū ſit incapax ad obtinēda beneficia cū epiſcopatu. c. cū in cunctis.. §. cū vero. de elect. & ſic dicit interueniſſe arreſtum, licet in fine videatur cōtrariū tenere. Quædā ad hanc materiā facientia vide per D. Leobinum Dalerium in trac. de manda. apoſt. & per d. Ruſeum in ſuo eodem tracta. vbi eleganter & pulchte hanc materiam explicant.

¶ Forma mandati apoſtolici.

¶ Ex hac rub. patet quòd ſcriptura mandati infra ſcripta eſt de forma, cuius omiſſione actus corruit. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. j. de lib. & poſthu. & forma eſt diligenter obſeruanda. l. diligenter. ff. manda. cap. cum dilecta. de reſcript. etiam ſi actus fiat per æquipollens, tamen adhuc actus erit nullus. Bal. Angel. & alij in dicta l. j. Paul. in. l. mancipia. C. de ſeruis fugit. quod ſic probatur, vbicunque lex vel diſpoſitio dicit ſe tradere pro forma, tunc cenſetur ibi forma tradita. l. hac conſultiſſima. ibi, ante latæ formæ. C. qui teſta. facere poſſunt. & maxime quando in rub. dicitur de forma ſeruanda in conſilio, tunc illa rub. ꝓbat ꝙ ſit de forma, ſicut hic videmus. Feli. in cap. cum dilecta. verſi. decimum & vltimum. de reſcript. plene tradit Albert. Brunus in trac. de forma & ſolenni. actus, rub. quando aliquid cenſeatur traditum ꝑ forma. fol. 34. verſ. quinta concluſio. probatur etiam ſupta de mandatis apoſto. verſicu.

iuxta formam inferius annotatam. & ibi, ſub forma &c.& ibi ponderaui.

¶ Secundo probatur quando lex vel alius actus diſponit circa modũ conficiendi actũ aliter quàm ius cõmune diſponat, illud diſpoſitum cenſetur eſſe traditum pro forma. Feli.in.d.c.cum dilecta. Alioqui nil operaretur, quod eſſet contra.l.ſi quando.ff. de lega.j.& c.ſi papa.de priuileg.in.6. & ſic in vanum fieret.

¶ Tertio quãdo congregãtur multi actus ſimul, tũc illa diſpoſitio eſt vtilis, & nõ ſuperflua, vt dicũt iuriſcõſulti in ſubſtitutione breuiloqua.l.Lucius.ff.de vulga.probat etiam in rub.ff.cõmunia prædio.& in rub. C.coĩa vtriuſq; iu.& in rub.C.coĩa de leg. & cõmunia de ſucceſ.& coĩa de manumiſſ. hoc ſequitur Alberi. in rub.ff.de vulga.col. 45.in.4.oppo. ſed hęc forma multas antiquas formas cõgregat, ergo vnã formã pręſtituit, quam ſeruare regnicolis neceſſe eſt.

¶ Quarto formam hic annotatam vult publicari, & regiſtrari in quinterno, qd in vanum fieret, ſi non obſeruaretur. ſed nõ obſeruaretur niſi eſſet de forma, ergo de forma erit, vt etiam ſupra dixi.

¶ Quinto ad perpetuam rei memoriã vult illam formam publicari, non eſſet perpetua memoria ſi non eſſet de forma, quia nõ ſeruaretur, & ſic extingueret, vt etiã ſupra dixi. ſed repeto, vt hic cõgregem diſperſa.

¶ Sexto iſta forma eſt ſcripta & data ad obuiandum litibus, quæ occaſione literarũ mandatorum oriri poſſent, vt ſupra proximo titulo dicitur. ſed non obuiaretur litibus, ſi non eſſet de forma, quia vnus impetraret mandatum ſub vna forma, alter ſub altera, & deinceps poſtea maiores eſſent lites, quàm olim, quia crederent Galli quòd iuxta conuentionem factam in titulo proximo deberent impetrare ſecundum hanc formã. tamen hoc modo non cõcederetur: & ſic deciperẽtur ſub hac promiſſione, contra id quod dicitur in.l.1.C. de his qui veniam ætatis impetra. vbi dicitur neminem debere decipi principali beneficio. nam veriſimile eſt quòd poſtquam papa & rex ſupremi in terris ſic conuenerunt, quod nolunt aliam formam ſeruari, quia actus principis debent eſſe ſtabiles, & perpetuo manſuri. Feli.in cap. cum olim. colum.3. de re iudi.per.c.decet.de reg.iur.in.6. vnde in ſimili dicit Calder.conſil.7.rub.de reſcript. quòd ſi papa ſcribit pro beneficio a ſe reſeruato, non facta mentione reſeruationis, præſumitur circumuentus. ſic conceſſio regis Franciæ contra ſuam pronunciationem eſt nulla, quia pręſumitur circũuentus. Bal. expreſſe in.d.cap.cum olim.

¶ Item ea quæ non ſunt de forma, vel ordine, poſſunt ordinis fieri & formæ per principem, quia quod illi placet, legis habet vigorem.l.1.ff.de conſti.princi. Bal.in.l.prolatã.col.3.verſi.& nota quòd princeps. C. de ſenten.& interlo.ſed voluit eſſe de ordine.in.§.ſi quis vero.ſupra de colla.ergo erit de ordine ſubſtantiali, vt dico ibidem. Nec obeſt declaratio ſummi pontificis facta per Clementem ſeptimum anno tertio ſui pontificatus ſexto Idus Ianuarij, quia nil nocet ſine declaratione regis, nam contractus ſemel factus a duabus partibus non poteſt declarari nullus, vel alio modo, in præiudicium alterius partis, nec valet declaratio in contrarium facta, argu.l.1.& ſequen. C. quando liceat ab empt.diſcedere. Imo declaratio papæ iniqua, eſt ipſo iure nulla, & eſt attribuenda circumuentioni, importunitati, aut errori. Egidius de bella mera.deciſi.734.etiam extra Rotam verſi.ſexta ratio. Soci.cõſil.260.in cauſa.col.9.verſi. ex quibus infero.in.2.volu.

¶ Item quando declaratio papæ non conſonat verbis declaratis, vt hic, habendus eſt pontifex pro circumuento. Calderinus conſil.7.rubri.de reſcript.Feli.in.c.ex parte decani.verſicu. & ob eluſionẽ ibidẽ, & in dicto.c.cum olim.col.4.de re iud. imo ſtatuere ſuper iam confirmatis non eſt proponere remedium ęquitatis, ſed calũniam pręteritis inuenire. Ancha.conſil.398.permitto. quẽ refert Feli.in.c.ſi qñ.col.1. de reſcript.

Nec refragatur quod interpretatio ſeu declaratio ſummi pontificis ex ſingularis poſtulatione perſonę facta ad legē vel ordinationē pręcedentem conſtituit ius generale inter omnes.nota.in.c.in cauſis.de re iudica.l.vlti.C.de legib. ſic conſuluit Roma. cōſil.260. in propoſito.Reſpō.loqui quando papę declaratio eſſet facta ſuper ſua conſtitutione:ſecus in concordatis,quæ ſunt tam a papa q̄ a Rege condita,& ſic ſua declarationil poteſt obeſſe, nec poteſt hæres vel ſucceſſor declarare voluntatē defuncti.no. in.l.idem Pomponius.§.fi.ff. de rei vendi. Ideo ad regem,qui erat vnus ex contrahentibus,ſpectabat declarare,potius q̄ ad Clementē ſeptimū,qui nō nouerat mentē cōtrahentium,Leonis videlicet & regis,ſicut Rex,qui in ſua declaratione dicit ſe fuiſſe memorē illius formę,& ꝙ pro forma ſubſtantiali erat poſita inter eoſdem contrahētes,& ſic Rex declarauit anno.1527. ante paſcha die.29. Martij,quæ fuit lecta,publicata, & regiſtrata in magno conſilio anno 28.die.13.Iulij,ſuę fuiſſe intentionis mandata impetranda eſſe ſecundum formam hic immediate deſcriptā,quam ſubſtantialem vult eſſe,ita quòd nil addi huic formæ poſſit,nec diminui,vel alterari in ſubſtātia, ſed ad verbū,vt eſt hic deſcripta,debet mādatum impetrari,nec aliæ clauſulę inſolitæ ſunt apponēdæ,alioq declarat mādata nulla,& nullius roboris, vultq; omnes curias ſecūdū iſtā declarationē debere iudicare:ac pręcipit mādata contra hanc formā impetrata reijcienda & reſpuēda.quę declaratio eſt ſumme vtilis pro regnicolis, & iuſte ac rite facta: ideo ſequēda .Nec me mouēt nota.in cle.j.de iure patro.vbi qn̄ actui non ua dat̄ forma,tūc ſi nō apponat̄ clauſula de creti,valebit actus in cōtrariū factus, nec dicitur ille actus eſſe de forma ſubſtantiali, quia Reſpō. ꝙ clauſula decreti ē appoſita in.d.rub.de firma & irreuoca.cōcor. ſtab. verſi.necnō.infra eo.Ideo nō eſt ampli⁹ hę ſitandū,nec refragat̄ ꝙ ſi curet̄ de effectu, ſufficit implere per ęqpollēs.l.ſi §.fi.ff.mā da.Iaſ.in.d.l.hac cōſultiſſima.i.fi.&.l.3.no. 1.C.de inſti.&.l.puberem. C.de iure deliberand.Reſpond. eſſe verum quando tantum reſpiceret̄ effectus,& nō eiſet appoſita clauſula irritans,ſecus qn̄ illa clauſula eſſet appoſita,per not.in.d.c.cum dilecta. vt hic & ſupra dixi.Minus obeſt ſi dicatur de forma accidentali,quę omiſſa non vitiat actū. Bar.in.d.l.cum hi.§. ſi prætor.ff. de tranſ. & plenius in tract. de alueo.verſi.quod ſi. vbi ponit multa exempla.Et illa dicit̄ accidentalis,qn̄ actui iam ꝓducto accidit.Subſtantialis vero forma dicitur,quādo requiritur ad actū producendū, vt hic: & ponitur exemplum,in pileo concauitas & rotūditas ſunt de forma ſubſtantiali.Bal. in. l. vniuerſa. C.de preci.impera. offer. Et ſic dico hanc formam ſequentem eſſe ſubſtantialem mandatorum,ſine qua in hoc regno mandatum non valebit. vide quæ dixi in repet.l.quod iuſſit.in præfatio.nu.18. cum ſeq.ff.de re iudi.Et nota ꝙ mandatum papæ debet intelligi ſecundum ius.c. dudum. 2.de electio.&.c.1.de conceſſio.præbend. in.6.Et ſecundum ius canonicum interpretari.Bal.in.c.ſi quando.in princi. de reſcri. refert Iaſ.in.l.beneficium.nu.36. ff.de conſti.princi.Ideo hic aliqua iura ad huius elucidationem duxi inſerenda,vt ſequitur. Quādo dicatur forma ſubſtā tialis vel accidentali

¶Leo.[a]

a ¶Leo. Leo græce idem eſt quod Rex latine,eo ꝙ rex eſt omniū animalium teſte Iſidoro lib.12. etymolog.capit.2.ſic papa eſt Rex omnium, & ei vicario Creatoris eſt ſubdita omnis creatura,vt dicit̄ Pſal.8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Ita expreſſe tenet Innocen.& alij in cap. primo de conſti.ipſe enim non puri hominis,ſed veri dei vicem gerit in terris.capit.quanto. de tranſlatio.epiſcopi.Barb.conſi.1.col.15 in.1.volu. Vnde Leonis virtus apparet in pectore, firmitas in capite. dormit apertis oculis,ignem timet,& ſtrepitum rotarum: & cum ambulat,veſtigia eius cum cauda delet, ne venatores inueniant locum De natura Leonis

ſuum.hæc Iſidorus vbi ſupra.Sic papa debet habere virtutē in pectore,quo ad charitatem & dei dilectionē.firmitatē in capite,id eſt, in intētione,q̄ debet eſſe firma ac bona ad deum.Dormire debet oculis apertis,per diſcretionē & ſagacitatē iuxta illud Cantico.5.Ego dormio, & cor meum vigilat. dicitur etiā pſalm.120.Ecce nō dormitabit neq; dormiet,qui cuſtodit iſrael.Veſtigia, id eſt peccata præterita delere debet per confeſſionem,& per claues eccleſiæ indulgentias concedendo. Strepitū rotarū,id eſt cōminationes ſacræ ſcripturæ,& ignem æternum timere debet,per frequentē cogitationē.& ſic a venatoribus, id eſt,a dæmonibus non poterit reperiri,ſed dicet,In me non habēt quicq̄.hæc Berchor.in reducto. morali lib.10.c.57.Ideo bene cōuenit ſummo pontifici Leo. Et nota q̄ prima litera mandatorū,& literarū apoſtolicarū debet eſſe magna,& capitanea,& ſolēniter ſcribi & extenſe. verba ſunt Specula.in tit.de reſcri.p̄ſenta.§.prio gitur.col.3.verſ. & quoniam ex forma . Et ſi reſcriptum non haberet tractus ſolitos,non faceret fidem,vel ſi imagines amborum apoſtolorum in plūbo non eſſent.Domi.in.c . quis neſciat.11. diſti.Feli.in.c.2.nu.11.de reſcript.Nota tamen q̄ ſi papa ſcriberet ſub nomine proprio,non intitulando ſe papam,illę literę nō facerent fidem.Feli.in.c.2.col.7.nu.17. in fin.de reſcript, quia iſte eſt ſtilus contra quem literę impetratæ non valent.c.q̄ graui.de crimi.falſi. & de hoc ſtilo poteſt informari cum practicis & expertis in illa materia teſte Bar.& Iac.i.l.3.§.fi.ff.de teſti.

episcop⁹ [b]ſeru⁹ ſeruorū dei,venerabili [c]frī [d]

b ℂEpiſcopus. Ab ordine vocatˀ ep̄us,non a dignitate,quia non reperitur par vel maior ordo in eccleſia.glo.& docto. in proœmio ſexti.in verbo epiſcopus. ibi licet videre.dixi in.§.ſi quis vero. in gl.cardinalatus. ſupra de colla. . Epiſcopi enim ſanctiſſimi Chriſti legati exiſtunt, ſpirituales ſunt patres,papęq; fratres,& coepiſcopi colum

Epiſcopi ſanctiſſimi Chriſti legati ſūt.

nę comprobantur eccleſiæ.verba ſunt tex. in cle.1.§.penul.de pœnis.& quare dicitur ſeruus ſeruorum dei,traditur in proœmio ſexti,& Barb.in proœmio cle. vbi multa iactantur,quæ non multū ſeruiunt practicantib⁹.Ideo ea miſſa facio,quia multa effundit Io.dayma in.1.rub.de conuento. approba. in verbo epiſcop⁹.ſupra eo.vbi licet videre.

c ℂVenerabili.Hæc dictio & omnes aliæ in mandatis ſeu gratijs apoſtolicis poſitæ extenſe ſcribi ex ſtilo debent, his exceptis quæ ſi abbreuiate ſcribantur,ſtilo nō repugnat,vt ep̄us,ſeru⁹,ſeruorū,dioce.ſalm. & apl̄icam bn̄dictionem,eccl̄ia.nomina ciuitatum, vel diœceſium, vt dioceſ. Pariſieñ. Bononieñ.ac nomina menſium,Septemb. Octob.Nouemb.In data,Datum id.non. Kalē.vt in prouincia.fol. 14.

d ℂFratri.Omnes epiſcopos,archiepiſcopos,& patriarchas,Papa fratres vocat de ſtilo curiæ.c.q̄ graui.de crimi.falſ.Sunt autem ſacerdotes leuitici generis, fratres noſtri,qui nobis iure Leuitico in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. c. per venerabilem.§.ſunt autē. q filij ſint legiti.Ideo papa,cardinales epiſcopos vocat fratres,etiam ſi aliqui mixti ſint non epiſcopi.alios vero cardinales non epiſcopos, ſeparatim vocat filios.gl.in.c.1.de offi.dele̢ga.in.6.Barb.in.c.in præſentia.col.4.de probatio.&.c.1.col.2.de loca. & eo vocat illos fratres per participationem eiuſdem dignitatis.c.pręterea.51.diſtin.c.fratres.de pœniten.diſtin.5.ipſi enim epiſcopi cum papa vocati ſunt in partem ſolicitudinis.c. fundamenta.§.decet.de elect.in.6.quod eſt verum quando ſunt conſecrati.ſi vero tantum ſunt electi, eos filios vocat, vt in prouincia curiæ Romanę habetur.fol.14.ver ſicu.literę apoſtolicę &c.Aliquando vocantur fratres aliqui dilectione.Ideo amic⁹ vocat amicum fratrem.l.nemo.ff. de hæred. inſti.aliq̄n illi qui ꝓfitentur tria ſubſtātialia regulę.c.cauſam.dę iudi.vbi dicit Pa

Frat quot modis dicatur.

not. illos fratres appellari ex communi
o ¶ Proſequať.Idẽ ſi iam ꝓſecutus eſt,qa pſens trahiť ad prǫteritũ qđ durat de pñti, & prǫteritũ ad præſens,arg.c. nam cõcupiſcentiã.& ibi glo.de cõſti.l.nulli.C.de epis & cleri.l.ſi quis id qđ.ibi,ꝓponiť.& ibi docto.ff.de iuriſ.oimiud.& qui cõſecutus eſt bñficiũ,dicitur ꝓſequi,eo quòd actu recipit redditus.Calder.& Barb.in.c.mandarũ.de reſcript. Itẽ actualis ſolutio debiti plus grauat debitorem,q̃ dilatio.c.vno de plus peti.ſic diciť plus grauari ordinari⁹ quãdo vigore gratiæ iam ꝓuidit mãdarario,q̃ ſi nõ eſſet ꝓuiſum,quia poſſet interim mori impetrans,vel alias a gratia excludi.cle. gratiæ.de reſcrip. quod non poteſt eſſe quãdo iam eſt ei prouiſum. Et ſic excluditur ſcđs mãdatarius,ſi fuerit ꝓuiſum primo, quando collator non habebat niſi collationẽ decem beneficiorum, etiam ſi nõ eſſet niſi eidem de penſione prouiſum. c. ad audientiam. in.2. de reſcrip. intelligendo vt dixi ſupra titu. ꝓximo. in glo. proſequẽtes. qa non debet quis pro eadẽ re duplici onere grauari.gl. vl.ſing. ĩ.l.vna.C.de mulieri. & in quo loco munera.libro.10. facit textus in.l.plane. §.j. &.l.nõ quo cũq; §.qui Caium.ff.de lega.1.quia Roma. pontifex concedendo mandatum ſecundo poſtquam primo eſt prouiſum,veniret contra concordiam factam in titu. proximo, quando is collator non habet collationem quinquaginta beneficiorum.

mile mandatum, aut ſimilem gratiam proſequatur o, canonicatũ & præbendam, aut dignitatẽ, perſonatum, adminiſtrationem vel officiũ, veſtræ vel alterius eccleſiæ, aut aliud beneficium eccleſiaſticum, cum cura vel ſine cura (etiam ſi parochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit) ad veſtram collationem, prouiſionem, præſentationem, nominationem, ſeu quãuis aliam diſpoſitionem pertinentem, etiam ſi dignitati, perſonatui, adminiſtrationi, vel officio huiuſmodi, cura immineat animarum, dummodo talis dignitas electiua non exiſtat p,

p ¶ Non exiſtat.Hoc ponit ad tollendum dubium ratione generalitatis in mandato poſitæ,vt ea non obſtante non compreheñdatur dignitas electiua, intellige vere, ſecus ſi eligendo cõferant.glo.in cle.quia contingit.de religio.domi.etiã ſub clauſula generali non comprehenditur electio.cle.j.de præb.dixi in.§.præfatiq; ordinarij. de colla.ſupra.& in tracta.nomina.q.8. & ſic in mãdato non cõprehẽdeť dignitas vere electiua.d.cle.1.Oldra.cõſil.146.factũ tale.Feli.in.c.in noſtra.correla.32.de reſcri.ſed ratione generalitatis mãdati dubitari poſſet. ideo excipit,vt hic.¶ Aduertendum eſt q̃ ſi fuerit data poteſtas legato conferẽdi oia beneficia eccleſiaſtica, etiam ſi dignitates vel pſonatus aut officia exiſtant,& curam

habeāt animarū ſuorū capellanorū, poterit cōferre etiā dignitates, & alia bñficia, etiā electiua, & pbēdas eccleſiarū cathedraliū. tū qa iſtæ literę cōtinēt gratiā, ideo latā recipere debēt interpretationē. c.is cui. & cap.ſi cui.de præb.in.6.& beneficia pricipū pleniſſimam interpretationem recipiūt. l.ij.C. de bonis vacāt. lib.x.c. cū dilecti.de donat. tū propter dictionē oia. c.ſi Romanorū. 19.diſ. l.Iulia.ff.de leg.

cū creatione in canonicū veſtræ vel alteriꝰ eccleſiæ [q], Et ſi in ea ſtatuto & priuilegio expreſſe caueatur, ꝙ nulli de dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio prouideri poſſit, niſi cū effectu illius eccleſiæ canonicus exiſtat, canonicatū huiuſmodi eccleſiæ cū plēitudine iuris canonici [r] & nō obſtāte de certo canonicorū numero [s] ad effectum hmōi dignitatē, perſonatū, adminiſtrationē

3.ſic expſſe cōſuluit Cald.cōſi.4.an p.rub. de pbē.qđ itellige in hoc regno, vt declaratur in tit.de regia ad pla.nomina. faciēda. ℭNotādū eſt ꝙ qñ papa taxatiue loquiť, vt hic, etiā illa q̄ nō ſunt exprimēda de iure, vitiāt gratiā, ſi exprimanť: vt cōferimꝰ, Effectus qñ aliqd exprimi tur taxatiue vel declaratiue. dūmodo ſit bñficiū in tali loco, quia papa nō itēdit alio modo ꝓuidere. ſecus ſi exprimať gr̄a demōſtratiōis, & etiā cōferať. Panor.i.c.ſup literis.col.7.de reſcr.de Rota deciſ.35.nota ꝙ falſa.in antiq.qa hoc caſu falſa demōſtratio nō vitiat.l.falſa. ff. de cōditio. & demonſtra. ℭAliqñ etiā ſolet in impetrationibꝰ a papa apponi hæc clauſula, dūmodo nō ſit dignitas maior in eccleſia poſt pontificalē, q̄ etiā non debetur impetrāri, niſi expſſa fuerit. & quomodo cognoſcatur iſta maioritas, tradit Cardin. in conſil.30.in hac. colum.3. verſi.item eſt dare. Er de hac dictio.dūmodo, vide Bald. in .c.dudum.in.2.col.6. num. 27.de elect. q ℭAlterius eccleſię. Hoc dicit propterea, ne ſi in alia eccleſia epiſcopus habeat collationem, vel præſentationem, ab illa repellatur mandatarius, ſi in ea erat ſtatutū vel conſuetudo, ne quis admittatur ſine canonicatu ad illam dignitatem, vt ſupra etiam dixi. & iſta clauſula non ſolet poni in man

datis regulariū, vt infra dico in glo. conueniēs, poſt formā literarū executorialium. r ℭCum plenitudine iuris canonici. Ille dicitur habere plenitudinē iuris canonicalis, q habet ea q̄ ſpectāt ad canonicos. ſ. voce in cpo, ſtallū i choro: licet nō habeat pbendā. ita Domi.& Io. Colonien. in.c. vlt.de cōceſ.pb. in.6. poſt Ioan. and.ibidē.&.c. ꝓpoſuit.illo tit. ideo clauſula nō obſtante, tollit ſolū obſtātia receptioni, nō aūt modificātia q̄litatē recepti. & iō vt ſit derogatū alteri ſtatuto de voce nō dāda, oportet ꝙ inſerať hæc clauſula. Feli.in.c. cōſtitutus.col.vlt.de reſcri. Et iſta aſſignatio ſtalli in choro, & loci in capitulo, fit p eū ad quē ptinet de iure vel cōſuetudine.c.dilecto.de pb.Inn.& Card.in.d.c. ꝓpoſuit.vbi etiā dicūt ꝙ quātūcunq̧ qs ſit electꝰ in canonicū, tñ nō habebit ius adminiſtrādi, anteq̄ ſibi pbēda aſſigneť, niſi eſſet cōſuetudo in cōtrarium.c.eum qui.de præbend.in.6.

ſ ℭEt nō obſtāte. Tollit ſurreptionē, q̄ poſſet allegari qñ eſſet certus nūerus canonicorū.c.cōſtitutꝰ.de reſcri.& ibi vide doc. vide gl.in verbo nūerus.in.§.itē cēſuit. de colla. in prag.& gr̄a nō facta mētione de nūero eſt nulla & ſurreptitia. Nicol.milius in verbo gr̄a.q.104.gr̄a impetrata.& dixi ſupra eo.in verbo ꝓ expreſſis. & hoc ꝓdeſt etiā. Nā etſi p clauſulā gñalē, nō obſtātibꝰ cōſuetudinibꝰ & ſtatutis iuramēto roboratis tollať ſurreptio, nō tñ recipieť vltra numerū, niſi ſit adiecta iſta clauſula, vt expreſſe tradit Collecta.in.d.c.cōſtitutus.col. 2.vbi etiā dicit clauſulā nō obſtāte certo numero. ꝓdeſſe ſi nō erat certꝰ nūerus canonicorū, ſed pbēdarū: qa poteſt referri etiā ad nūerū pbēdarū, cū indefinite ꝓferať ſcđm eū.

t ℭPoſt menſem. Ergo beneficium ante menſem vacans, mandatario non debetur, ſumendo argu. a cõtrario, quod eſt validũ. c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt a prælato. Et quanuis olim eſſet ſtatutũ (vt occurreretur diutinæ vacationi beneficiorum) quod mandatari9 intra menſem teneretur acceptare, a die vacationis computandum, cle. vna de

Quare datur mẽſis mandatariis.

cõceſ. præb. tñ quia collatores aliquãdo datas adulterinas faciebãt, vt excluderẽt mãdatariũ, item prouiſus ab ordinario, vt excluderet mandatarium, quicquid poterat faciebat, ideo ſtatutum eſt, vt non acceptet intra menſem, & etiam ſecundum quoſdã poſſet forte præſumi, ſi ſimul atq; mandatarius præſentaſſet, vacaret beneficium, vt mandatarius vitę illius fuerit inſidiat9, arg. nota. per Bar. in. l. poſt cõtractum. ff. de donatio. Tamen contrarium dicerem, quia in dubio non debet præſumi delictum. l. merito. ff. ꝓ ſocio. Et idem poſſet eſſe ſi vacaret ſtatim poſt menſem. Ideo dicerem alia ratione introductum, vt dixi, & vt valeat interea ſciſcitari de valetudine aliquorum. Et ſi cõferretur eidem ante menſem, poſſet mandatarius acceptare ſi vellet, cum ille menſis ſit introductus in fauorem ordinariorum, cui poſſunt renunciare. c. ſi diligẽti. de foro compet. dũmodo nõ fiat in fraudem nominati, aut graduati, ſeu alterius. non poſſet tamen mandatarius, ſi eidem

Beneficiũ poſt menſem vacãs nõ debetᷣ mãdatario ſi ante vacauerit.

non conferretᷣ per ordinariũ, acceptare beneficiũ quod vacauit ante mẽſem, licet duret vacatio poſt menſem, quia vacatio non contingit poſt menſem, vt debet fieri hic, argumento. l. nouiſſima. ff. iudicatũ ſolui. Feli. in. c. conſtitutus. col. penul. de reſcrip. dixi in. §. præfatiq; graduati. col. penult. in verbo vacationem. de colla. ſupra. hoc tenet Bonifa. in cle. vna. §. ſecus. nu. 36. & ſeq. de

vel officium dũtaxat, & non alias auctoritate apoſtolica tenore præſentiũ conferim9, & de illo etiam prouidemus, ſi quem, quam vel quod poſt mẽſem[t] poſtquam præſentes literæ vobis præſentatæ [u] fuerint, extra

conceſſ. præb. & quia per ordinarios fieret fraus, qñ poſt p̃ſentationẽ, & ante mẽſem vacaret modicũ bñficiũ. nã illud nõ conferrent, vt mãdatari9 poſt mẽſem acceptaret, his ergo obuiari debet, & hoc ẽ ꝓpter incertitudinẽ itroductũ, quia bñficiũ debebatᷣ mãdatario, etiam ſi vacaſſet añ mãdatũ, ſi tpe pręſentationis non erat collatũ. gl. in. c. ſi poſtq̃. & ibi Peruſ. & Ioan. Vãquel. de præbẽ. in. 6. glo. in verbo notitia. cle. vna de cõceſ. pręb. Soci. in. l. ſi iam facta. ff. de cõdit. & demõ. & etiã aliqñ vacatio erat incerta, & ordinarij eã ſecretã tenebãt, vt excluderẽt mandatariũ. ideo ſtatutũ eſt, vt hic, & etiã ſi forte impetrãs ſit excõicat9, vt ante finẽ menſis abſoluatᷣ, vt eidẽ iuᷣ collatio fieri poſſit. dixi ſupra in glo. abſoluẽtes. ℭQuõ cõputetur hic mẽſis? Reſpõ. ſicut dicit gl. i. c. q̃ ſit. de elec. in. 6. vt ſi p̃ſentetᷣ die 10. Februarij, die. 10. Martij finitus erit mẽſis, & poterit bñficiũ acceptari, ſi vacet. vide gl. in. c. q̃ ſit. de elect. in. 6. Alex. in. l. de diuiſiõe. ff. ſolut. matri. Soci. in. d. l. ſi iam. ff. de conditio. & demõſtra. Deci. in. l. vbi. p illũ tex. de regu. iur. Bar. in. l. cũ biſextus. ff. de verbo. ſigni. plene Gomeſius in. §. rurſus. col. 18. inſti. de actio. Bolog. cõſi. vlti. plene etiã cõſuluit in cõpromiſſo Soci. cõſi. 99. ſereniſſim9. in. 3. volu. & i electiõe q; debeãt cõputari prout ſunt in calẽdario, tenet expreſſe Collect. in c. ne ꝓ defectu. col. 2. de elect. Mãdagot. in tracta. de elect. in. 1. parte. c. 3. & ibi in additio. pulchre dominus Boer. quod notes, quia fui de hoc interrogatus.

Mẽſis quo modo cõputetur.

v ℭPræſentatę reqritᷣ p̃ſentatio etiã ſi eſſet clauſula decreti. c. audita. in fine de reſti. ſpolia. c. eccleſia. 2. vt lite pẽdẽte. etiã ſi diceretᷣ ex nũc. Alex. cõ. 197. cõſideratis. i. 5. vo. Quęro an literę executoriales etiã debeant p̃ntari & inſinuari? Breui reſpõd. q; ſic qñ

De pręſentatiõe mãdati muiſta.

Literę executoriales an debeãt pręſentari.

in literis mãdati ẽ facta mẽtio literarũ exe cutoria liũ, vt pote dicũt lrę mãdati, nouerỉtis nos mãdaſſe tali N. vt vobis negligẽtib⁹ aut recuſãtib⁹, qđ abſit, mãdatũ nrm̃ exeq curet. rõ tradit̃ p tex. i authẽ. ſi qs. C. đ edẽ. Sec⁹ ſi nulla mẽtio facta ſit i mãdato. glo. in. c. ſi capitulo. i verbo illorũ. de cõcel. pb. in. 6. cũ ergo in hac forma mãdati nulla habeat mẽtio executoria liũ, non reqrit̃ illarũ pñtatio. ex cõſuetudie tñ vidi pñtari ambas lrãs: & iſtud ẽ tuti⁹. ¶ Preterea ſi dubitetur qb⁹ debẽt pñtari mãdata? Reſpõ. collatori b⁹ qb⁹ dirigũt̃, nõ executori, niſi ex honeſtate. d. c. ſi capl'o. ibi, abſq; alia etiã executoris inſinuatiõe, qa ſola pñtatio facta ordinario afficit, ergo nõ ẽ alia pñtatio faciẽda, vt no. Domi. i cõſi. 14. in cã. col. 2. vbi dicit executorẽ datũ ad cõferẽdũ extãte negligẽtia nõ teneri ad fulmiatione ꝓceſſus, vt dico infra in forma lrãrũ executor. in verbo aut negligẽtes fuerint. Itẽ i. d. c. duob⁹. vult pñtatione fieri debere illis ad quos ſpectat receptio & collatio. ſed ad executores non ſpectat canonicorũ receptio, ergo illis nõ ẽ pñtatio faciẽda. & qa illa decretalis de executorib⁹ nõ loqt̃, ergo in illis nõ habebit locũ. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat. l. ſi ſeruũ. §. ptor. de acq. hęre. & vbi nõ cõueniũt verba, nec diſpoſitio. c. indẽnitatib⁹. §. ſupradicta. de elect. i. 6. l. ita autẽ. ff. de admiñ. tuto. nec obſtat ꝙ executor dicat̃ collator, qa nõ ẽ ordiari⁹ collator, nec ad eũ ſpectat receptio de q̃ loqt̃ ille text⁹. Itẽ vn⁹ ex duob⁹ debet gratificari: ſed q libet executor gratificaret ſuũ impetrãtẽ, & ſic eſſet maior cõfuſio idecifa p. c. paſtoralis, ſup̃ de reſcr. Itẽ nõ poſſet vn⁹ executor q ẽ dat⁹ ꝓ vno, gratificare alterũ: alias formã mãdati excederet, cõtra. c. cũ dilecta. de reſcri. ſic cõſuluit Ancha. cõſi. 55. vltra. Et ſic infert̃ ꝙ is qui pri⁹ pñtauit collatori, eſt pferẽd⁹ illi q antea pñtauerat ſuo executori, q̃uis poſtea ẽt pñtet dicto collatori: quia pñtatio debet fieri ijs ad quos collatio ſpectat. c. duobus. de reſcri. in. 6. & ibi Dominic. Alioqui fieret fraus, nã qs aſſumeret vnũ executorẽ Romæ, & aliũ in patria, & executori Romæ ſtati pñtaret. ſic cõſuluit Dominic. cõſ. 34. graduatus. col. 2. Aufre. in deciſio. Tholoſa. q. 25. q̃uis cõtrariũ teneat Do. de Rota. deciſio. 100. ſi vn⁹. in no. & deciſio. 403. nota ſi vnus. in antiq. quia ſicut nõ liberatur is qui ſoluit ei cui nõ debebat. l. cum marítum. & l. ſeq. inuito. C. de ſolutio. ita pñtatio facta ei cui fieri non debebat, nõ afficit: & ſic prima pñtatio afficit: intellige quãdo fit ordinario: ſec⁹ ſi executori per prędicta. & an ſufficiat pſentare vicario, tradit gloſ. in. §. viſum, in verb. vicario. de collatio. in pragma. quõd ſic abſente epõ. ¶ Quero an ſemp requirat̃ pñtatio? Reſpõd. non qñ eſt creatus canonicus &c. ſi poſtq̃. de pręb. in. 6. vel qñ reſeruatio vel inhibitio executoris eſt interpoſita. in. c. tibi qui. de reſcri. hodie in Francia eo iure nõ vtimur. nam ſemper præſentatio requirit̃ anteq̃ afficiatur beneficiũ. c. ſi capitulo. de conceſſio. præb. in. 6. gl. in verbo ante receptionẽ. in. d. c. tibi qui. & ibi hoc tradunt docto. ¶ Et in hac pſentatione ſiue inſinuatione mandatorũ faciẽda non eſt præſtitutũ certum tempus, ſicut in literis ad lites. c. ſi autẽ. & c. plerunq;. de reſcrip. quia iſtæ gratię ſunt perpetuæ. l. falſo. & ibi Iaſon in primo nota. C. de diuer. reſcrip. Si tamen duo mandata directa fuetint vni habenti tantum collationem decẽ beneficiorum, & primus non præſentauerit ſuum reſcriptum, donec ſecundo fuerit prouiſum, vel primo fuit ſtatutum tempus intra qđ pſentaret, & non pñtauit, tũc primus excluſus eſt, nec poſtea poterit pręſentare. d. c. tibi. & ibi plene Dominic. & Philip. de reſcr. in. 6. Vide intra quod tempus debeant nominationes præſentari, in tracta. nomina. q. 14. nu. 20. & ſeq.

¶ Notandũ eſt tamen quod dicitur in regula cancella. 15. ꝙ quando mãdatarij ſunt in data pares, ſiue impetrantes, prefert̃ is q in literis ſuis habet clauſulam, motu ꝓprio ſi vterq; habeat, vel neuter, graduat⁹ pręfertur nõ graduato, & inter graduatos magis graduat⁹: ac inter æqualiter graduatos,

Quib⁹ debent pręſẽtari mãdata.

Intra q tẽpus debeant mãdatã pſentari.

prius graduati, necnō colorato titulo poſ-
ſeſſores non poſſeſſorib⁹, & nō beneficia-
ti beneficiatis, & ſimiliter cæteris paribus
oriundus nō oriundo, & dioceſano in reli
quis &c. Ecce ergo quomodo iſtę qualita-
tes conſideran-
tur, quādo am-
bo ſunt pares tā
in lr̄is q̄ in præ-
ſentatione, quia
tunc collator te
netur gratifica-
re vnū ex illis.

Romanam curiā[x] va-
care contigerit, cum
plenitudine iuris cano
nici, ac omnibus iuri-
bus & ptinētijs ſuis ei-
dē N. cōferatis,[y] & de
illo aut illa puideatis,
ſeu[z] ip̄m ad illū, illam,
vel illud p̄ſentetis aut
noīetis. Ip̄inq; N. in ca

& in hac gratificatione debet ſeruare has
qualitates regulæ prædictę, prout conſu-
luit Domi. d. conci. 34. graduatus. Ioan. de
Selua in tracta. de benefi. in. 3. parte. q. 15.
Multa de inſinuatione mandatorū hic tra
derē. verū enimuero plene tractaui in ma-
teria nominationū. q. 14. vbi licet cernere.
non repeto hic. Septē requiſita ponit do-
mi. Ruſeus in ſuo tracta. de mandatis apo
ſtoli. in. 3. parte.

x ℭExtra Romanam curiā. Hoc ideo di-
cit, quia beneficia vacantia in curia nullus
extra papā niſi ſpeciali poteſtate munit⁹
fuerit confert. c. 2. de præben. in. 6. & diffi
cilius cōceduntur vacantia in curia per pa
pam, vt ſuis familiaribus poſſit prouidere.
ideo ſolet frequentius papa hoc in ſuis litē
ris excipere, vt hic. Et aduerte q̄ ibi eſt cu
ria Romana, vbi eſt papa, & nō vbi eſt au
dientia vel cōſiliū. glo. in. §. 1. & . §. penult.
de coll. in prag. & . c. licet. §. cēſuit. in verb.
curia. de elec. glo. in regul. cācel. 5. & gloſ.
in verb. Romanę §. nos itaq;. in extrauag.
execrabilis. Ioan. 22. no. in. c. præſenti. de
pręb. in. 6. Itē etiā dicimus ibi curiā Fran
cię eſſe, vbi eſt rex, non vbi eſt cōſiliū. De
curia vide verſus traditos per Domi. in. c.
vno. §. porro. de ſtat. mona. in. 6. Curia ius
curat, meretrix eſt curia dicta. Curia cura
rū genitrix, nutrixq; malorū. Ignotis no-
tos, inhoneſtis ęquat honeſtos. & curię de-
bet honor & reuerentia. Bal. in. c. vno. an
apud iudicē vel curiā quęſtio, do, etiā iniu
ria facta curię cēſetur facta principi, cui⁹
vices reprę ſentat. Io. de Platea in. l. nemo.
C. de dignit. lib. 12. In curijs principū de-
tractores & inuidos abundare, & paraſi-
ti partes non erubeſcentes, Lucas de pen-
na teſtatur in. l.
decurio fortu-
nam. col. 2. C.
de decurio. lib.
10. Multa addi-
di ad Albertum
in dictio. in ver
bo curia. & mul
tá licet videre p̄ Polycra. de nugis curialiū

y ℭConferatis. Et tunc dicitur iure ordi-
nario conferre, quādo alias habebat pote
ſtatē conferendi, quia quoties papa mādat
alicui per ſuas literas vt faciat id q̄d aliàs
iure ordinario facere poterat, non facit eū
delegatū, niſi dicat, authoritate apoſtolica
vel noſtra cōferas. vel aliquid apponatur
vltra formā iuris cōis. tex. ſolē. in. c. cū ali-
quib⁹. de reſcrip. in. 6. c. licet. de off. or. vbi
dicitur iuriſdictionē excitari. plene Anch.
in cōſi. 215. ſcripſit papa. Soci. cōſi. 260. in
cauſa. in col. 3. volu. 2. Collect. in. c. relatū.
de pręb. quod eſt notandū propter appel-
lationes interponēdas. gloſ. i extrauag. ſe-
des. de off. deleg. in cōibus. Do. & Io. Van
quel. in. c. ſi cleric⁹. de prębē. in. 6. & ſi va-
cet prębēda cui annexa eſt dignitas, etiam
eſt cōferēda mādatario. Idē ſi dignitas cui
eſt annexa p̄bēda. tex. in cle. fina. de præb.
Quid ſi mādatario fuerit in vim manda-
ti collatū beneficiū q̄d poſtea ab eo euictū
fuerit: an mandatū per acceptationē expi
rauerit? Reſpon. nō, ſi cum proteſtatione
vel ignorāter illud beneficiū alteri iure de
bitū acceptauerit. glo. & doct. in. c. 2. de re
ſcript. in. 6. plene conſuluit Roma. conſi.
329. pręſens cōſultatio. & q̄d ſi plura vaca
uerit eodē momēto bñficia, q̄d debeat mā
datario, vide Collect. in c. inter. col. vlt. de
præb. & . c. ſi pluribus. illo titulo. in. vj.

z ℭSeu Alternatiue ponit. Barb. & alij in
c. ſi q̄s presbyterorū. de reb. eccle. nō alie.

Roma.conſil. 65.in fine.de ſui tamen natura intelligitur augere.l.ſi quis ita.ff. de auro & argen.leg.ibi,hoc enim verbū ſcilicet ſeu ampliandi legati gratia poſitū eſt. & hoc in legatis,ſecus in cōtractibus.Imo. & Decius in.c. inter cęteras.de reſcrip.vbi lati⁹ tradit.vide duas limitatio.per Iaſ.in.l.penulti. C.de verb. ſig. col.ij.

nonicū & in fratrē veſtræ vel alterius eccleſiæ ad effectum tantū obtinēdi dignitatem, perſonatū, adminiſtrationem vel officiū huiuſmodi recipiatis [a], ſtallum ſibi in choro & locum in capitulo [b] cum plenitudine iuris canonici aſſignetis, inducentes [c] eundem N.

a ℭRecipiatis. Et iſta receptio poteſt fieri per canonicos ſingulariter. Card.in cōſi.103.caſus ſuper quo.col.2.Bal.in.c.eam re.col. penulti.de reſcript.quia in executione quilibet videtur aſſumptus vt facilior ſit executio.ergo qđ vnus ex capitulo cœpit,alter perficere poteſt.vnde lex dicit ꝙ iudicium inchoatum a pupillo cum authoritate tutoris,poteſt perficere ſol⁹ tutor.l.ſi ideo.ff.de euictio.Nec refragatur.c.in Geneſi. de elect. quia loquitur de electione prælati, ſec⁹ ergo in receptione.& hęc etiam receptio poteſt fieri per excommunicatos.c.pro illorum.de præbend. & ibi Panor. & Imol. Bald.in.c.capitulū.col.2.de reſcrip. ℭNotandum eſt ꝙ duplex eſt receptio canonicatus,Vna receptio facti,quando prius facta fuit collatio per papam vel alium collatorem, & poſtea canonici illum receperunt,aſſignādo ſtallum in choro,& locum in capitulo.& de illa poteſt intelligi quod ſupra dictum eſt.Altera quæ ſumitur pro collatione iuris canonicalis & præbendę. & de hac loquitur.c.pręſentium.glo.ipſorum.de teſtibus.in.vj.vbi glo.dicit in hac vocandos eſſe abſentes,ſecus in altera.Domi.in conſi.84.quia iſtud.col.2. per gloſ. in.c.1.in verb.recipiendis.de iureiur.in.6. & iſta ſingulariter non poſſet fieri,per.d. c.in Geneſi.

Duplex ē receptio.

b ℭLocum in capitulo. Iſta ſunt iura canonicorum.c.pro illorum.de præbē.Alia etiam per quæ probatur poſſeſſio præbendę,ponuntur in.c.dilecto.ibidem.

c ℭInducentes.Et ſic non ſufficeret cōferre,niſi eidem daretur poſſeſſio.& hæc miſſio ſeu inductio in poſſeſſionem non precedēte collatione habet vim collationis,quā do is habet vtrāq; poteſtatē, ſcilicet conferēdi & mittendi in poſſeſſionē, vt hic.c. pro illorum.de prębē.c.authoritate.& ibi Panor. de inſtit.vbi dicit quòd inueſtitura habet vim collationis.Idem tenet in.c.2.de conſuetu.per tex.in.c.1.de conſue.recti feudi. vbi inueſtitura dicitur collatio.facit.c.cū aliquibus.de reſcript.in.vj.&.c.cum in eccleſijs.de præben.eod.lib.vbi dicitur receptionem actualem in canonicum habere vim collationis.inductio vero poſt collationem dicitur facti,nullum ius tribuens, ſed primum exequens.c.cū olim.de re iudica.&.c.ex ore.de his quæ fiunt a maiori parte capitu.ſic cōſuluit Roma. cōſi.337. quo ad primum.col.1.vbi dicit quòd hæc inductio cum ſit facti, & executio præcedentis iuris, non poteſt impediri per aliquam exceptionem vel appellationē,niſi opponeretur crimen cum infamia.c. cum eccleſiaſticę.de excepti.c.conſtitutus.2.de appella.c.ſuper his.&.c.accedens. de accuſatio.& per hoc dicit Ancha. in clementi. vna.in decimo notab.de conceſ. præbend. ꝙ cum iſta poſſeſſio ſit facti, non tribuit ius,nec eſt ſub eodem genere cū collatione,& ideo collationem nō poteſt inducere.ſecus in inueſtitura facta ab eo ad quem ſpectat collatio,quia inueſtitura & collatio ſunt multum ſimiles, ideo faciliorem functionem recipiūt, quia in eodem genere ſunt.l.2 §.1.ff.ſi certum peta.& in ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus.l.ſi vnus. §.pactus.ff.de pact.Et vna bonorum poſ-

Inductio in poſſeſſionē quādo ha[beat] vim collatio[nis]

ſeſſio in aliam etiam ſibi oppoſitam conuertitur, quia in eodem genere ſunt. l. ſed cum patrono. ff. de bono. poſſeſſi. l. 2. §. ſed ſi ſub conditione. de bo. poſſeſſi. ſecundum tabu. tamen bonorū poſſeſſio non operatur aditionē, quia non eſt eiuſdem generis cum aditione. l. puberē. C. de iure deliber. Idem dic in l. ſi quis. §. iudicium. ff. de operis liberto. quod ego intelligerē, quando mitteret in poſſeſſionem exequendo mandatum alterius: ſecus ſi citra mandatum, quia tunc mittēdo in poſſeſſionem videtur conferre, alioqui peccaret ſic intrudendo eum: & in dubio non debemus præſumere delictum. l. merito. ff. pro ſocio. ſed vt res potius valeat quàm pereat. l. quoties. 2. ff. de reb. dub. & ſupra dixi.

vel procuratorem eius nomine in corporalem[d] poſſeſſionem canonicatus & præbendæ, aut dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis, vel officij, ſeu beneficij huiuſmodi, iuriumque & pertinentiarum vniuerſorum prædictorum: defendenteſque[e] inductum,

Executor itra quod tēpus debeat conferre. ℭ Quæritur intra quod tempus debeat executor conferre? videtur quòd ſaltem intra ſex menſes, & poſtea excluditur. cap. 2. de conceſſ. præbend. Reſpoñ. contrarium eſt verum, quia non eſt præſtitutum aliquod certum tempus executori apoſtolico de iure, niſi in reſcripto apponatur. cle. vna. & ibi nota. de conceſſ. præbend. clemen. ſi de beneficio. de præb. ideo poteſt quandocunque cōferre, ſicut papa, vt dixi in dicto ca. 2. nam fungitur vice papæ. cap. ſane. de offi. delega.

ℭ Fallit quando grauatur certa perſona, vt in his mandatis. nam tunc executor debet prouidere quandiu durat poteſtas illius grauati, cui directum eſt mandatum. poſtea vero non poterit prouidere donec deuoluatur ad papam. glo. in. §. viſum. in verbo reſpectiue. de colla. in pragma.

ℭ Secundo fallit in executore inferioris a papa, quia is habet tantum ſex menſes, ſicut conſtituens, quia ſubrogatus debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cautio. Ioann. de Selua in tracta. benefi. in. 3. parte. q. 64.

ℭ Tertio fallit quando eſt executori taxatum tempus, tunc tempori limitato nil adderur. l. i agris. ff. de acquiren. rerum domi. alioqui ſine mandato conferret poſt tempus, & ſic non valeret. cap. cum dilecta. de reſcript.

d ℭ Corporalē. Duplex eſt poſſeſſio, corporalis videlicet quæ dicitur naturalis, altera ciuilis, quanuis Bart. triplicem eſſe teneat in. l. 1. in princip. ff. de acqui. poſſeſſ. Et hæc poſſeſſio corporalis probatur in. l. & habet. §. placet. & ibi gloſa in verbo corpore, exponit, id eſt naturaliter. ff. de precario. & ſic idem eſt poſſeſſio corporalis & naturalis, vt Alexander, Iaſ. & communiter omnes doctores tenent in dicta. l. 1. & de duplici naturali tradit Baldus conſil. 338. præmittendum. in. 5. volumine. Vel poteſt dici quòd quædā eſt poſſeſſio de corpore in corpus, vt ſi poſſideo rem corpoream, vt equum. alia de corpore in non corpus, vt ſi homo poſſideat ſeruitutem. Alia eſt de non corpore in corpus, vt ſi fiſcus poſſideat fundum. Nam fiſcus eſt perſona incorporalis, & ideo vbique dicitur eſſe. not. in. l. 1. C. de quadrienn. præſcript. & in rubri. de iure fiſci. lib. 10. Alia eſt de non corpore in non corpus, vt fiſcus & eccleſia, quando habent ſeruitutem. Baldus in cap. contingit. colum. vlti. de dolo. ſicut de damno dicitur in. §. final. inſtitu. de le. Acquilia. Multa de poſſeſſione licet videre in titulis ordinarijs. vide quæ dico in rubr. de annatis. infra in verbo poſſeſſionem.

e ℭ Defendenteſque. Operatur hæc clauſula executori directa, vt etiam contra tertium poſſit cognoſcere turbantem iſtum

mandatarium, licet alias non poſſet. cap. pro illorum. de præbend. cap. 1. de offi. delega. Facit quod dicit gloſa vltima in cap. non ſolum. de appella. in. 6. quòd iudex deputatus in cauſa appellationis, non poteſt cognoſcere contra tertium attentantem. Fallit quando eſt iſta clauſula, vt ibidem dicitur per docto.

¶ Irē facta executione expirat poteſtas delegati. cap. quærenti. de offi. delega. tamen hæc clauſula operatur, vt per aliquod tēpus poſſit defendere poſſeſſorem. Henric. Boyc & alij in dicto cap. pro illorum. Imo mortuo concedente, virtute iſtius clauſulæ non extinguitur reſcriptum inſtar conſeruatoris officij. cap. fina. §. officium. de offi. delega. in. 6. Ioannes And. & alij in cap. ſi cui. de præbend. in. 6. ſic conſuluit. Card. conſil. 10. Iacob. conſil. 3. col. 3. verſicu. hic tamen oritur. in hoc regno Franciæ facta collatione per executorem, extincta eſt ſtatim ſua poteſtas, ita quòd ſi turbetur mandatarius, intentat interdictum vti poſſidetis, & literas manutentiæ ſiue ſayſinæ impetrat a rege, ſeu a ſua cancellaria quas dirigit iudici regio in prouincia vbi beneficiū eſt ſitum. arg. l. penulti. C. vbi in rem acti. & non ſolent concedi hæ literæ à ſeneſcalis vel bailliuis: ſec⁹ in lr̄is in caſu ſpoliationis & de nouis diſſaiſinis. Io. Berbe. in viatorio iuris in practica legum regia. Aufre. in ſtilo parlamenti. in. 1. parte rubri. de cauſa nouitatis. ver. item in cauſa. & in rubri. de modo procedendi ſuper no. diſſaiſinis. Imo in hoc regno executor non excommunicat, nec cauſæ cognitionem recipit, ſed tantum facit collationem, alioqui ſi excommunicaret, appellaret ab eo a notorio abuſu, & reformaretur per ſenatum, vt vidi in practica ſeruari.

ac facientes. N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præbēdam aut dignitatem, perſonatū, adminiſtrationem, vel officium, ſeu beneficium huiuſmodi quodcunque fuerit (vt moris eſt) admitti: ſibique de illius vel illorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis integre [f] reſponderi, non obſtantibus forſan (vt ſupra) de certo canonicorū numero, & alijs cōſtitutionib⁹ & ordinationib⁹ apoſtolicis, ac dictæ vr̄æ vel alterius eccleſiæ iuramēto,

f ¶ Integre. Quia beneficia debent conferri ſine diminutione. cap. vno. vt eccleſiaſt. benefic. ſine dimi nutio. conferā. & fructus per reſidentes integre recipi. cap. licet. de p̄b. & ꝺ prębnda ītegra & dimidia eſt tex. in ca. cui de non ſacerdotali. de præbē. lib. 6. vide textum in cap. cum. M. in fine, ibi, cum integritate. de conſtitutio.

g ¶ Non obſtantibus. Hęc clauſula non iuſtificat impetrantem in literis papæ poſita. Feli. in ca. 1. colum. 3. in fine. verſic. limita tertio. de reſcript. & quanuis per hanc clauſulam non augeatur gratia. clem. 1. de præbend. tamen declaratur intentio circa conceſſa. Bald. in. l. eam quā. col. 9. verſ. ſed pone. C. de fideicommiſſ. Fel. in cap. nonnulli. colum. 28. in. 15. cōcluſione. de reſcri. vbi de his nō obſtātibus plene & ad ſecuritatem licet videre. ego multa cumulaui in extrau. ad reprimendum. in verbo non obſtantibus. quomodo in læſæ maieſtatis crimi. proceda. vbi Bart. multa dicit, ad illum recurrito. Nota tamen quòd in omni materia derogatur per verba generalia emiſſa ab eo qui poteſt derogare ſi per ea appareat de eius mēte, videlicet quòd intendit derogare. Ioan. And. in cap. j. colum. penulti. de exceptio. refert collect. in cap. cum dilecta. col. j. de reſcript.

h ¶ Iuramēto. Hoc ideo expreſſit, quia diſpoſitio derogatoria non tollit actū iuratū. item nec papæ conſtitutio vel ſtatutū ſeu

Actus ratus tollitur verba de rogatoria generali

ordinatio niſi expreſſe exprimatur, vt hic gloſa ſingularis in capit. cum non deceat. de electio.in.6.clement.dudum.§.finali de ſepultur. Poſſem adducere Ludo.Roma. ſingul.7. & in repet.l. ſi vero §. de viro. 23.fallen.ff ſolut matrimo.&conſil.514. & conſil. 404. & conſil. 436. Alexander & Vincen.in.l.1.in princ.ff.ad legem Falcid.& Alexan.conſil.27.in.2.volumi.nume. 25. & conſil.205.ibidem. confirmatione[i] apoſto & conſil.38.q. 2. in.3.volumi.&.52.nume.32.ibidem.& conſil.136.in.6. volumi. Poſſem etiam ad corroboratione huius dicti adducere Barba.in cap.1.colum.17. nume.75. de reſcri. & in clemen.1.colum.15.de electi. & conſil.23.colum.4.in.1.volumi.& conſil.47. colum.19.ibidem.Domi.conſil. 83. Iaſon conſil. 233. colum.6. volumi. 2.& conſil. vltimo ibidem,ac conſil.173.colum.penultima. volumi.4. & in.l. ſi mihi & tibi §. fina.ff.de lega. 1. Albert. Brunum in conſil.12.colum.9.in materia feudali,& in tracta. de forma & ſolennitate actus.fol.94. colum .4. Rota deciſio.633. in antiqu. Thomam ferratium cautel. 55. Feli. in cap.2.nume.20.de ſponſa.Benedict. in repet.cap. Raynutius. in verbo teſtamentum.in.2.nume.18.de teſtamen.Poſſem allegare alios doctores antiquos, maxime Alberic.in.1. parte ſtatuto.q.16.& Vital. de Camba. in tractatu clauſula. in clauſula non obſtantibus.fol.7.in paruo volumine.Et alios quos de induſtria miſſos facio, tum quia recentiores eos allegant,tum ne lectorem turba allegationũ fatigẽ.& pleniſſime Feli.in.c. conſtitutus. de reſcript. Iuuat etiã in alio hæc clauſula, vt licet q̃s iurauerit tempore ſuę receptionis in canonicũ ſeruare ſtatuta & conſuetudines laudabiles eccleſię,ſi tamen poſtea imperret a papa præbendam vel aliud beneficiũ cõtra conſuetudines eccleſię, non erit periurus,& valebit huiuſmodi imperratio. domini de Rot.deciſio. 294.licet q̃s. in no.

Aliquando vidi in reſcriptis apoſtolicis hanc clauſulam apponi,ſupplentes omnẽ defectum.quę tantum defectus iuris poſitiui,nõ naturalis, nec incapacitatem perſonæ tollit.cap.1.& ibi Cardina. Anto.& alij.de tranſlacti.Fel.in cap.ex parte.1.col. 17.verſic. & iſtis.adde &.c.poſtulaſti.col. 16.verſi.terti⁹ caſus.de reſcrip.Deci⁹ cõſi. 441.& cõſi.516.& cõſi.541.& cõſil.602. Guido papę i ſuo tract.de reſcrip.& cõſil. 65.Alexan.cõſil.79.in primo volu.nu.20. Soci.conſi.120.col.5.in.3. volu. vbi licet de hac clauſula videre alia,quia occupatus tam lectionibus ordinarijs quàm alijs negocijs,ac etiam per breuitatem temporis non poſſum alia hic ſcribere. *De clauſula, ſupplẽtes omnem defectum.*

i ℂConfirmatione. Nam ſtatutum cõfirmatum a papa cenſetur eſſe papæ. l. 1 §. omnia.C.de veter iure e nucl.c.ſi apoſtolicæ.de prebend.in.6.Idem dicitur in.c.quia ſæpe.de electi.in.6.& legatus vel alius inferior non poteſt illud tollere.c.inferior. 21. diſtinctio.clemen. ne Romani.de electio. dic tamen q̃ ſtatuentes poſſunt tollere ſtatutum confirmatum. c. pro illorũ.de præbend.quatenus reſpicit vtilitatem propriã, ſecus ſi eccleſiæ vel aliorum vtilitatem vel fauorem publicum reſpiceret,aut quando ſtatutum non teneret ſine confirmatione papæ, vel quando eſſet appoſita clauſula decreti.Feli.in.c.qualiter.1.co.11.in.6.limitatio.de accuſatio.& in.c. cum acceſſiſſent. nota.3.de conſtitu.text.in.c.dilecto.& ibi docto.de præbend. Et iſtud operatur hæc expreſſio, quia clauſula non obſtantibus non tollit diſpoſitiones per principem confirmatas. gloſ. in clement. dudum. in fine, in verbo pacta.de ſepultu.Feli.in.c.conſtitutus.colum.penulti. verſic. conſidera tertio.de reſcriptis.Iaſon conſil.105. in cauſa. colum. 2. in primo volum. Item clauſula non obſtantibus ſtatutis talis eccleſiæ,non tollit ſtatuta illius eccleſiæ, condita per papæ prædeceſſorem. Ludouicus Roman⁹. conſi.327.Iſtæ ſunt.quidifficilius tollit papa conſtitutiones prædeceſſoris, q̃ ſtatuta *Statutũ p papã cõfirmatum an & quãdo tolli poſſit.*

inferiorū. iniuriā enim mihi facio cū prædeceſſorū meorū iura pturbo, dicit papa in c.quod vero.25.q.1.nec refragat.c.1.de cōſtitutio.in.6.quia verū eſt ꝙ ignorare præſumit ſtatuta inferiorū.tñ ſi illa ſciat,ꝙ facilius ea tollat.nō dicit ibi, vel ꝙ nō tollat. Feli.i c.nōnulli.co.11. verſi.nota.2. de reſcrip.De cōfirmatione multa,& quotuplex ſit,tradit Panor.& Decius in rubri.de cōfirmatio.vti.p totū.glo.in.c.qa diuerſitatē.de cōceſ.præb. vbi ponit tres effect⁹ cōfirmationis in forma cōi.tradit etiā Panor.in.c.cū ſup.de cauſa poſſeſ.addit etiā cōfirmationē opari iudicis decretū. Bal.in.l.quæcunq̨.col.2. C. de bonis q̄ liber.Itē tribuit cām pſcribēdi Ioan. and.& alij in.c.dudū.de deci'. & vltra pſtat auctoritatē adminiſtrādi vbi alias elect⁹ nō poſſet adminiſtrare.gl.i.c. quāto 63.diſt.not.in.c.auaritiæ.de elect.in.6.Panor.in.c.noſti.&.c.trāſmiſſā. de elect. Itē cōfirmatio etiā in forma cōi facit ſentētiā pſumi iuſtā.Imol.i.c.ea q̄.de re iudi.Alios effect⁹ vide p docto in. l.more.ff. de iuriſdictio.oīm iudi.quia hic de confirmatione poſſem facere magnum tractatum.

lica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus cōtrarijs[k],quibuſcūq;[l], aut ſi vobis ab apoſtolica ſit ſede idultū[m]

k ℭContrarijs. Ideo dicit,quia papa conſuetudines ſeruari vult.c.fin.de cōſuet.in.6. quando non ſunt contrariæ actui pro quo ſcribit.c.ex parte.& ibi glo.& doct.de conceſſ.præb.de hac clauſula late Feli.in.c.nōnulli.de reſcript.doct.in.c.ſi propter.illo titu.in.6.Vital.in tract.clauſu.fol.7.col.3.& ſeq.D.Probus in.c. fina.de conſuetudin.in 6.apud Ioan.Monach.&.c.ei cui. ibidem.

Nō.de verbo quibuſcunque.

l ℭQuibuſcūq̨.Eo dicit quibuſcunq̨,nam qñ duo vel plura obſtāt,non ſufficit ꝙ vnū vel duo remoueātur,etiā ſi apponat clauſula generalis,ſed oīa tolli debent, vt hic per hæc verba generaliſſima quibuſcunq̨. Bal. in.l.ſi non Helia ſentia.per illum tex.ff.de hæred.inſti.& in.l.1.col.7.C.de furt.Iaſ.cōſil.233.pñs cōſultatio.col.7. in verſi.nono facit.in.2.volu.quod inuenit repetitū inter cōſilia Alberti bruni.cōſil.8.in materia feudali.quia ſi papa ſciuiſſet tot defect⁹,nō diſpenſaſſet,vel nō ita de leui.c.poſtulaſti. in fine de reſcrip.Domi.cōſil.33.ꝑ examinatiōe.col. 3. & Deci⁹ cōſil.542.reuerende.col.pe.hæc clauſula licet ſit bñ generalis,reſtrīgit tamē ſecundum materiam ſubiectā.glo. in ca.ſolitę.de maiori.& ad pſonas habiles. l. qui autem.§.fina.ff.de conſti. pecu.c. quia plerūq̨.de off.ordina.intelligevt plene declarat Iaſ.i.l.2.§.ptor ait.ff.q ſatiſd.cogāt. &.l.qdā.§.1.de edēd.l.qđ cūq̨.de verb.ob. & cōſil. 118.cōtra donationē.col.3.vol.4.

m ℭIndultum.Et per hoc patet,& p verba contrarijs &c.ꝙ ſi mādatum dirigatur ordini Cluniaceñ.qui habet indultum vt non teneatur recipere impetrantes a ſede apoſtolica ſub ſpeciali gratia,vel cōmuni, niſi de ordine Cluniacēſi,vel de huiuſmodi indulto expreſſa fuerit facta mentio,tamen per hæc verba cēſetur facta ſufficiēs mentio,prout concludit Cardi.in cle. dudum.§.nos vero.q.9.& ſeq.de ſepul.Alioqui mandatum non facta mentione de indulto, non valet.c.cū ordinē.& ibi Feli.in fine.vbi tradit tres caſus fallen.de reſcrip. ℭ Primus quādo impetratur mandatū ad collationē prioris,qui in dioceſi eſt vnic⁹ illius ordinis,tūc valēt literę tacētes de ordine,quia non poſſunt verificari niſi in illo.quod reprobat ibi Feli. quia non ſciuit papa illū eſſe de ordine priuilegiato,quod ſi ſciuiſſet,forte non conceſſiſſet.

ℭSecūdus caſus eſt,qñ eſt facta mentio de ordine a quo pciſe deſcēdit ille ordo cuius erat habēda mētio,& eiuſdē naturæ,q̄uis ſint diuerſi habit⁹,& nōis,vt ſancti Bñdicti ſit mētio,a quo ordine deſcendit ordo Cluniac.q habet priuilegiū, de quo ſupra. nā tūc ſufficeret ſcdm eum. ℭ Terti⁹ caſus qñ qs impetraſſet bñficiū nō regulare,neq̨ ſpectās ad collationē prioris,ſed ſeculare ſpectans ſolum ad ei⁹ pſentationē,quia

ꝙ ad receptionem vel prouiſionem alicuius minime teneamini, quodq; de canonicatibus, & præbendis, ſeu dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officijs, veſtræ vel alterius eccleſiæ, aut alijs beneficijs eccleſiaſticis, quibuſcunq; ad veſtram collationem, prouiſionẽ, præſentationem, nominationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, communiter vel diuiſim pertinentibus, nulli valeat prouideri per literas apoſtolicas nõ facientes plenam [n] & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis indulgẽ

tunc non requiritur expreſſio ordinis. nã ex quo indultum dicit ꝙ non teneantur recipere, illa receptio intelligit̃ de bñficio quod libere ſpectat ad religioſos. ſecus in beneficio ad quod præſentationẽ habent, quia in illo non dicũt̃ recipere, niſi diceretur in indulto, in eccleſijs ſuis nemini ꝓuideri poſſe ſine ordinis expreſſiõe. vide Feli. i. c. accedẽtes. de pręſcri. c. nõnulli. colũ. 5. de reſcri. per hanc clauſulam literę tolluntur difficultates.

Pleni qd modis capiatur. n ❡ Non faciẽtes plenam. Plenum dicit̃ multis modis. prio dicitur cui nil addi poteſt, nec minui. c. bene quidem. in princi. 96. diſt. vel cui nil deficit, arg. c. nihil. 7. q. 1. Feli. in. c. cũ cõtingat. col. 4. de reſcrip. Item plenũ dicit̃ validum & firmũ, vt id quod hac auctoritate fit, valeat. l. idem Pomponius. ff. de recept. arbit. Item plenum dicitur omnia neceſſaria & vtilia cõprehendẽs, vt hic, & . l. ſi cũ dies. §. plenũ. & glo. in. l. ita demũ. §. fina. ff. de recept. arbi. vbi dicit plenũ, qñ doli mentionem continet. Aliquando dicitur plenum, liberũ, quod poteſt iniquũ æquo præferre, quaſi volũtariũ. l. fideicõmiſſa. §. quanq̃. ff. de lega. iij. Bald. conſil. 383. in. 3. volumi. Vnde ſi ꝓcurator habeat plenũ mãdatũ, idem poterit facere ac ſi haberet mandatũ gñale, & cũ libera. Bar. in. l. procurator cui libera. ff. de ꝓcur. & . l. ſi procurator. C. illo titu. Feli. in. c. nonnulli. §. ſunt & alij. col. 1. de reſcrip. & princeps faciẽdo grãm videt̃ remiſſionẽ tantũ pœnę facere. Bar. & Sali. in. l. fi. C. de ſentẽ. paſſis. ſed ſi faciat plenã grãm, & bona videt̃ remittere. Iaſ. i. l. ſi tibi. §. 1. circa finẽ de pac. Feli. in. c. inter quatuor. in fi. de maior. Hippol. ſing. 246. remiſſio. De clauſula pleno iure qd iportet, vide p Guido. papæ in ſuis deciſio. q. 537. dixi ſup̃. Alex. cõ. 208. i. 2. vol. & cõſ. 162. viſis in fi. in. 6. volu. ac cõſi. 140. viſo. co. 2. i. 7. vo. Corne. cõſ. 305. col. 3. vol. 1. & cõſi. 329. col. 2. ibidẽ. & Iaſ. cõſ. 128. videret̃. co. 4 in. 4. vol. & i l. ſi ita ſtipulatꝰ fuero ſi titiꝰ. 3. notab. ff. đ verb. obli. Feli. i. c. cõq̃ſtꝰ. de foro cõpe. & . c. auditis. col. 2. de pſcri. & tũc eccleſia dicit̃ ad aliquẽ ptinere pleno iure, qñ ipſe, & nõ alius exercet ibi iura epiſcopalia. c. qm̃. de priuileg. Panor. in. c. q̃relã. col. 2. de electio. & in. c. de monachis. p doct. & . c. in Lateranẽ. de pręb. alia cumulat Hippol. d. ſing. 246. & Deciꝰ cõſil. 43. & ꝓ tenui. col. 2. Et ſic poſtq̃ ſup̃ i gñe ſuſtulit nõ obſtãtia, ibi nõ obſtãtibꝰ qbuſcunq;, hic ꝓſequit̃ magis ſpecifice, & prout faciendũ eſſe cẽſet Iaſ. cõſi. 121. viſo themate in. 4. vol. Quid ſi qs iurauerit nõ reuocare ꝓcuratorẽ, an poſſit eũ reuocare, etiã nõ facta plena & expſſa mẽtiõe iuramẽti? ꝙ ſic tenet glo. ſing. in. c. fi. de ꝓcu. in. 6. licet ſit piurus reuocãs ſcđm Panor. i. c. extirpãdæ. §. q vero. col. 4. in repet. de pbẽd. & Barb. in rub. de rebꝰ eccle. nõ alie. nu. 49. & Iaſ. in. l. duobꝰ. §. fi. ff. de iureiur. & i. l. ſi nõ ſortẽ. §. ſi centũ. col. 3. de cõdict. indebi. & in. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. col. 3. i. 2. lectu. de leg. 1. & in. l. ſi ita qs. §. ea lege. nu. 14. ff. de verbo. oblig. & cõſ. 211. in. 2. vo. ſecꝰ i patro.

no laico,qui ſtatuit nō variare vni⁹ facta pñta tiōe,vt variare nō poſſit teſte Curtio i trac. de iure patron.in verbo ius.q. 12. quod eſt menti tenendum in practica.

o ℭ Differri.Hæc clauſula opat̃,ꝙ licet p verbū nō obſtā▪tib⁹ ſtatutis p q̄ nr̃a cōceſſio ipe diri vel tolli poſ ſet,cēſeāt̃ ſubla▪ta ſtatuta impe▪dietia effectum gr̃æ omnino,& exceptiōes per▪emptoriæ,tñ ſi nō tollāt,ſed dif ferāt,nō cēſent̃ ſublata p illa verba, iō pa▪pa appoſuit,vel differri &c. Domi.in.c. ſi ꝓpter.col.5.de reſcri.p glo.ibi in verbo im pediri.Et ſic tollunt̃ p hāc clauſulā dilato▪rię teſte Feli.in.c.nōnulli.col.11.verſi. not. tertio de reſcrip.Ideo ſi ſtatuto eccleſiæ ca▪ueatur,ꝙ mādatari⁹ nō habeat primū bñ▪ficiū ſi eſſet pbēda eccleſię cathedralis,ſed aliā ſic:ſi prius vacet pbēda,nō debebit̃ mā datario,niſi iſta clauſula eſſet i reſcripto ap poſita.gaudere ergo debēt mādatarij pro▪pter iſta verba.Calder.conſi.1. de reſcript. p ℭ Datū.Et ſic tpus cōceſſi mādati debet in mādato apponi,vt ſciat̃ prioritas & po▪ſterioritas:vt in data ſexti patet,& in.c. pe nul.de reſcri.eo.lib.& iurib⁹ ſequēt.Regu▪la ergo eſt ꝙ ī mādatis a diuerſis impetra tis inſpicit̃ tēpus datę.c.eā te.c.cōſtitut⁹.de. reſcr.c.ſi eo tpe.illo.tit.i.6.Et q prior eſt tē pore,potior eſt in iure.regula qui prior.de reg.iur.in.6.Etiā ſi in ſcđo eſſet clauſula de creti, & in prio nō, adhuc pfert̃ prim⁹,cū pſentatio afficiat pbendā prio,ergo ſcđs nō poterit eā hr̃e.c.ſi capitulo.de cōceſ.pręb. in.6.Et etiā ſi ſcđs primo pñtauerit,adhuc prim⁹ pfert.c.eū cui.de pręb.in.6.&.d.c.ti bi qui.de reſcrip.illo lib.Imo etiā ſi primū mādatū eſſet gñale ad primū bñficiū in di▪oceſi Pariſieñ.vacaturū, & alterū ſpāle in eccleſia ſancti Marcelli illius dioceſis,pfert̃ prim⁹ etiā ſi vacet bñficiū in eccleſia ſan▪

Tēpus da te eſt attē dendū.fal lit vt hic.

tia generali vel ſpecia li cuiuſcunq; tenoris exiſtat,per quam præ▪ſentibus non expreſ▪ſam, vel totaliter non inſertam effectus gra tiæ impediri valeat quolibet vel differri° & de qua cuiuſq; toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpālis, ſeu ſi dictus. N præſens non fuerit ad præſtandum de obſer-

ctí marcelli.c.ex pte.1.de offi.dele.de Ro▪ta deciſio.106.in no. & deciſio. 323. nota. Paul.in antiq.& gl.in.§.viſum.in verbo da ta.de colla.ipṙag.Sed in Frācia nō dat̃ vnū magis gñale, q̄ aliud,per hæc concordata. Quę regula nō procedit qñ in ſcđo reſcripto eſ ſet appoſita clau ſula anferri.glo. i.c.ſi ſoli.& rex. i.c.penul.de cō▪ceſ.pb.in. 6. tūc ſecūd⁹ pferet̃ Cardi.cōſil. 18. diebus elapſis.

ℭSecundo non ꝓcedit,quādo primus fuit negligēs.c.tibi qui.de reſcrip.in.6.c.ſi cleri cus.de præbē.eo.lib.Feli.plene declarat in c.capitulum.de reſcript.& ſupra dixi titul. proximo in glo.proſequentes.

ℭTertio,quando primus non eſſet qualita tis perfectę ad habendum beneficium cu▪ratum,quia forte minor.d.c.ſi ſoli.vel ſecū▪dus expreſſit dignitatem, primus non, & vacauit dignitas, præfertur ſecundus. c. quia ſæpe. de præbend.in. 6.

ℭQuarto qñ eſſet appoſita clauſula,qđ du xerit acceptādū,de qua in.c.1.de cōceſ.pb. in.6.tūc ſi prim⁹ nō acceptauerit,ſecundus pfert̃.Rota deciſio 37.nota ꝙ vbi.in anti.

ℭQuinto,qñ primū erat cōditionale ante purificatā cōditionē,ſecūd⁹ pferet̃.c.ſi pro le.de reſcri.in.6.gl.in.cle.vna de cōceſ.pb. Domi.cōl.107.ſup primo.ℭSexto,qñ pri mus mortu⁹ eſt,vel duxit vxorē,ſeu renūci auit ſuę primę acceptationi ſeu mādato,de quo p gl.& doct.in cle.gr̃e.de reſcrip.&.c. cū inter.de renūcia.de Rota deci.123.nota ꝙ vbi.in antiq.& qñ dicat̃ renūciare taci▪te,dixi ſup eo.tit.ꝓximo iverbo ꝓſeq̄ntes.

ℭSeptimo nō ꝓcedit qñ vnus mādatarius habuiſſet ſuū mādatū ante coronationē pa pæ,alter poſt,p gl.ſing.in verbo pōtificat⁹ in data ſexti. quod intellige vt ibidē dicit̃.

ℭOctauo non procedit quando primum erat ſurreptitiū,vt in.c.ſi eo tēpore.de re▪

ſcrip.in.vj.Ego vero dedi nouū intellectū ad.c.ei cui. iſti dicto pugnās.de prę̄b.in.6. in.§.volumus.in glo.tēpore vacationis.de colla.ſupra.Feli.late ſcribit i.c.eā te.i fi. de reſcrip.& Imo.in cle.vlt.vbi diſtiguit vndecim caſ⁹ illo titu. Et in vltia repetitione quā hic feci,ſuſtinui concluſionem, In mādatis tēpus datę nō attendi. & reſpōdebā ad.c.eā te. ibi,ſi datam literarum diligētius attēdiſſes, quòd ibi nō ꝓbat datam debere inſpici,quia conditio non ponit. Sic reſpondi ad cap.conſtitutus, quod non attendebať tēpus datę, quia nō expreſſerat, quod debebat,videlicet numerū canonicorū,& ſic mandatū non valebat.idē reſpōderē ad.c.ſi eo tēpore. Nec me cōturbauit c.duobus.de reſcrip.in.6. ibi,ſi non appareat qs primo impetrauerit, quia ibi non debuit ſumi argumētū a cōtrario.nā eſſet cōtra iura,& reſultaret iurium correctio. gl.i.c.cupiētes.§.q̄ ſi p vigiil. de elec.i.6. Minus dixi facere.c.eū cui.de prębē.in.6. Nā ibi hoc eſt ratione canonicatus collati, quia ius erat acqſitū ratione illius.c.ſi clericꝰ.illo titu.Et ſic poteſt ſuſtineri iſta cōcluſio.qdā oppoſuit de.c.ſi ſup gratia. de offi.delegat.in.6.quod nil facit, & in actu diſputatiuo poterit ſic reſponderi.

In mādatis tēpus datę non ſpectatur.

uandis ſtatutis & conſuetudinib⁹ veſtræ vel alterius eccleſiæ, ſolitum iuramentum,dūmodo in abſentia ſua per procuratorem idoneum,& quum ad eccleſiam ipſam acceſſerit,orpor aliter. illud præſtet. Datum P &c.

℃Notandū eſt q̄ vltima linea huius mandati debet cōpleri & finiri cū alijs æqualis,nec debet pars ei⁹ prima vel vltima vacua remanere,& debet continere hoc,videlicet Datū Romę tertio Cal. Ianua.pōtificatus noſtri anno ſecūdo.& non debet breuiari ſic,anno.ij.quia hæ dictiones numerales, vt vitet̄ falſitas,debēt extēſę ſcribi.Regula cācella.14.niſi i noie pōtificū, vt tpe Innocētij papę.4.Eugenij papæ.5. & ſic de reliqs,ꝓuincial.fo.14.& tota debet cōpleri linea in qua ſcribit̄ dictio pontificat⁹,& nō debet i alia terminari,nec debet hęc data duas ītegras lineas cōtinere, imo i initio penultię lineę neceſſe ē ad minꝰ duas dictiones pręcedentis clauſulæ contineri,teſte Arch. i ſumma. 25.q.2. vbi pl⁹ dicit, q̄ vna litera nō debet poni ſuꝑ aliā cā abbreuiandi, vt pōtifex,ſed ad lōgū ſcribi deb3,pontifex &c. teſte Specul. de reſcrip.p̄ſenta.§.primo igit̄.col.3.vidi tñ cōtrariū ſeruari,& dixi ſupra i prin.hui⁹ formę glo.1.ideo ī penulti.linea mādati ſic ſolet ſcribi ſi patiat̄,Datū Romę apd̄ ſanctū Petrū,Anno icarnatiōis dñicæ millesimo quingētesimo trigeſimoquito. Poſtea i linea vltia ſequētia ſcribūt̄,icipiēdo a pricipio vſq3 ad finē,licet ſit aliqd̄ ſpatiū in medio dictionū,nō in pricipio lineę vel i fine nō vitiat,vt ſic. Tertio Nonas Iunij pōtificatus noſtri Anno Secundo.

Nota q̄ſo debēt ſcribi duæ vltimæ lr̄æ mandati.

℃Simili modo. Leo &c. Dilectis filijs.N. & N. ac N. officialibus[a] ſalutem & apoſtolicā benedictionē. Hodie cupientes vt dilecto filio N. clerico N.dioceſis,iuxta illius quæ olim ꝑ felicis recordationis Gregoriū

℃Et i lr̄is ap̄licis nō ſcribūt̄ hodie diphthōgi,licet olim ī aliqb⁹ lr̄is antiqſſimis inueniāt̄ ſcriptę:qd̄ voluit Pius papa.ij.ſuſcitare, & ſtilū abbreuiare ac reformare, qa nō eſt cū venuſtate verborū & elegātia cōpoſit⁹,vt teſtat̄ ꝓuincial.fo.14. vbi etiā dicit anno biſſextili ſcribi debere primū diē biſſexti ſic,primo ſexto calēd.Februarij. & ſecūdum ſic, ſecūdo ſexto calend.Februarij.

Diphthōgi an debeant in mandatis ſcribi.

℃Forma literarū executorialiū mandati apoſtolici.

a ℃Officialib⁹.Et ſic reqrit̄ q̄ executores hui⁹ mādati ap̄lici habeāt dignitatem,de qua loqt̄.c.ſtatutū.in prin.de reſcrip.in.6. Poſſet tñ vnus articul⁹ continens merum factū,vtpote miſſionem in poſſeſſionem,

Executores mādati an debeant eſſe in dignitate.

cōmitti alteri, etiam non habenti dignitatem, per glo ſing. in cle. vna. de offi. deleg. & de Rota deciſio. 99. nota ꝙ executor. in antiq. & quando requiritur aliqua purificatio gratiæ, poteſt executor etiam nō cōſtitutꝰ in dignitate dari. & qualitates. c. ſtatutū in executoribꝰ datis in literis gratioſis nō requiruntur, teſte Feli. in. c. poſtulaſti. col. 3. verſ. dū declarat abbas. de reſcript. Oldra. cōſi. 295 orta materia. de ſtilo tamen eſt, vt cōſtituris in dignitate committatur, vt hic patet. ſic dicunt Io. And. & Petruſ. i. d. c. ſtatutū. §. i nullo. Rota deciſio. 369. ſi in forma cōi. & ſeq. in nouis. & deciſio. 397. nota ꝙ ſi in forma. ac deciſio. 565. vtrum capitulum. in antiq. vbi latiꝰ videre licet. & in deciſio. 7. vtrū rub. de reſcrip. in compilatio. Bernar. de biſgneto per Aufrer. in deciſio. Tholoſanis. q. 203. Item quando ſcribitur officiali, non dicitur talis eccleſiæ, quia non ſcribitur niſi officiali maiorum prælatorum: & quod in Francia ſolet cōmitti officiali, in Italia vicario, teſte Prouinciali. fo. 75. quid ſi executor mortuus fuerit, & nūc vacat prębēda, quis exequetur, an mādatarius authoritate propria poſſit intrare præbēdā, vide Collecta. in. c. relatum. col. vlti. de præben. allegat Archi. in cap. ſi poſtq̄. col. 1. illo titu. in. vj.

b ¶ Plenius cōtinet. Et ſic plenius loqui debet mandatū, q̄ literæ executoriales. nā ſi oēs modi vacādi in mandato ſunt expreſſi, & vnꝰ tantū in literis executorialibus tūc ſufficit, ſecꝰ contra. cle. 1. §. ad hæc. & ibi Bonifa. nota. 4. de p̄bē. cle. vna. in fi. de conceſ. præbē. & ſupra dixi.

c ¶ Vnꝰ veſtrū. De hac clauſula eſt text. in. c. prudentiam. de offi. delega. vbi dicitur ꝙ ſi hęc clauſula nō inſeratur, vnus ſine altero procedere non poſſet. c.

LEo epiſcop⁹, ſeruus ſeruorũ dei, chariſſimo in Chriſto filio Franciſco Frãcorum regi chriſtianiſſimo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. ¶Dudum ſiquidẽ inter alia cum irritantis appoſitiõe decreti ſtatuimus & ordinauimus, quod extunc de cætero occurrentibus cathedraliũ & metropolitanarum eccleſiarum ac monaſteriorũ in regno Franciæ, & Delph natu, & comitatu Dien. & Valentinen. cõſiſten. vacationibus, dilecti filij eccleſiarum capitula, & monaſteriorum conuentus, ad electiones ſeu poſtulationes futurorum archiepiſcoporũ, epiſcoporum, ac abbatum, eccleſiarũ & monaſteriorum vacantiũ pro tempore huiuſmodi procedere non valerent, ſed maieſtas tua ad eccleſias & monaſteria huiuſmodi ſic vacantia, infra certum tunc expreſſi temporis ſpaciũ, nobis & pro tempore exiſtenti Romano pontifici, perſonas idoneas certo tũc expreſſo modo qualificatas, ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem, huiuſmodi eccleſijs & monaſterijs eiſdem præficiendas nominare valeret: prout in noſtris inde confectis literis (in quibus voluimus quòd ſi maieſtas tua, omnia in illis ſtatuta, ordinata & contenta, infra ſex mẽſes poſt tunc proximã futuram ſeſſionem Lateranen. concilij tunc vigentis, non approbaret & confirmaret, & a prælatis ac alijs regni tui perſonis tunc expreſſis approbari nõ faceret, literæ ipſæ nullius eſſent roboris vel momenti) plenius cõtinetur. Quũ aũt ſicut exhibita nobis ꝑ parte tua, petitio continebat, maieſtas tua propter varias occupationes quibus ad præſens implicitus exiſtis, ac ex certis alijs rõnabili-

bus cauſis, infra dictũ ſemeſtre infra quod adhuc exiſtis, in dictis literis contenta, per prælatos & perſonas regni tui huiuſmodi approbari facere poſſe commode non confidat: Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ſemeſtre prædictũ (infra quod adhuc exiſtis) ad annum a data præſentium computandum, auctoritate apoſtolica tenore præſentium prorogamus pariter & extẽdimus, non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis: necnõ omnibus illis quæ voluimus in dictis literis non obſtare, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunque.

¶Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prorogationis & extenſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrũ Anno incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo. Calendis Iulij. Pontificatus noſtri anno quinto.

ſuperioris non poteſt tollere. cle. ne Romani. de electio. glo. & docto. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. Quod intellige quando in totũ vellet fori priuilegium tollere. ſecus ſi in certis caſibus, vt in certis caſibus priuilegiatis alibi dixi, & idem credo in cõſuetudine. Maleret in tract. de electio. in. 4. limita. fol. 29. verſi. reſpectu vero inferiorum. Barba. conſil. 45. mandato. colũ. prima, volu. 2.

¶Tertio infertur, quòd conſuetudo etiã vetuſtiſſima centum annorum, vel alterius etiã antiquioris temporis nõ valet, diſponẽs vt clerici coram iudicibus ſecularibus conueniantur, cum ſit cõtra ius, nullo tempore firmatur. cap. fina. de conſuetudi. & ibi hoc tenet Curtius. col. 83. & ſic ex nulla conſuetudine potuit rex Angliæ acquirere iuriſdictionem in clericos in actionibus ciuilibus etiam perſonalibus meræ, vel criminalibus, vbi agitur etiam ciuiliter, ſecundum Innoc. in cap. poſtulaſti. de foro compet. Archi. in cap. Romana. in. 2. glo. illo tit. in, vj. Domi. de Rota. plene deci. 840. vtrum valeat. in anti. & deciſio. 2. tub. de conſuetu. & Aufre. deciſio. 126. Panor. & alij in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in princip. de conſtit. & c. ſolitę. in. 6. notab. de maio. & obedien. Etiã ſi clericus conſentiret quod laicus cognoſceret, & etiam epiſcopus. Alexand. conſil. 8. videtur. col. 2. vol. 1. D. Boer. in §. 21. de iuriſd. om. iudi. in conſue. Bitur.

Cõſuetudo, vt clerici corã iudicibus ſecularib⁹ cõueniãtur, an valeat.

¶Iſtas igiť qualeſcũq; bone lector his cõcordatis addendas putauimus interpretationes, vt noſtris præſertim ſcholaſticis, qui eas benignis auribus in ſcholis publicis receperãt, ob oculos poneremus, notaſq; eis magis faceremus. In quibus ſi quędam vtilia dixerimus, gratias immortales deo ago, qui calamũ noſtrum currẽtẽ ita direxit, & ad finẽ vſq; perduxit.

FINIS. DEO GRATIAS.

Incipiunt rubricæ ſeu tituli Concordatorum

Prima,procœmium. pag. prima.
De approbatione conuentorum per Lateraneñ.concilium facta.pag.3.
De conſtitutionibus.pag.4.
De electionis derogatione. pag.5.
De regia ad prælaturas nominatione facienda.pag.6.
De reſeruationibus tam generalibus quàm ſpecialibus ſublatis.pag.8.
De collationibus.pag.16.
De mandatis apoſtolicis.pag.99.
Forma mandati apoſtolici.pag.125.
Forma literarum executorialium mandati apoſtolici. pag.167.
Forma mandati apoſtolici pro regularibus.pag.173.
De cauſis.pag.175.
De friuolis appellationibus. pag.176.
De pacificis poſſeſſoribus.pag.181.
De publicis concubinarijs. pag.182.
De excommunicatis non vitandis.pag.191.
De interdictis non leuiter ponendis.pag.194.
De ſublatione clementinæ literis.pag.194.
De firma & irreuocabili concordatorum ſtabilitate.pag.195.
De concluſione Lateranenſis concilij.pag.198.
De regia acceptatione & publicatione concordatorum.pag.206.
De prorogatione dilationis ad recipiendum & approbandum concordata. pag.208.
De annatis.pag.213.
De regiſtratione concordatorum in curijs facienda.pag.218.
De regia facultate primum menſem graduatis debitum nominandi.pag.219.
De pœna temere venientium contra concordata.pag.221.
De protectione concordatorum Franciæ regibus conceſſa.pag.222.

TRACTATVS

NOMINATIONVM IN HOC REGNO MAXIME TVM VTILIS, TVM NECESSARIVS, A D. PETRO REBVFFO, I. V. doctore celeberrimo, nunc primum & elucubratus, & in lucem emiſſus.

AD CLARISSIMVM EMINENtiſſimumq; iurium doctorem, dominũ Petrum Rebuffum, Concordatorum ſummi pontificis, Chriſtianiſſimiq; Gallorũ principis cõmẽtatorem doctiſſimum, Antonij Paparini Forenſis Epigramma.

Gallica Pontifici referens iunctiſſima ſummo
Lilia, charta fuit parua, breuiſque liber.
Senſaq; continuit non magnum ſumma volumen:
Auguſto capiens plurima iura loco.
Auxit opus tua ſubtilitas, auxere labores,
Et doctæ nodos explicuere manus.
Pagina remq; altam complectitur aucta, decenſque:
Nec ſenſus olim qui latuere, latent.
Omnia perfecit vigilantia, quæ tibi nomen
Aeternum, famam perpetuamque dabit.

Eiuſdem Antonij Paparini Forenſis ad eundem literatiſſimum dominum Petrum Rebuffum, Phalecium hendecaſyllabum.

Iuris Bartholus explicator arcti
Diuinus, peperit ſolutione
Legum quale decus ſibi, coruſca
Lux doctiſſime iurium Rebuffe,
Acquiris tibi, nulla quod vetuſtas
Nullum diluet auferetve tempus.

Aliud eiuſdem ad eundem Tetraſtichon.

Pallas non debet Ciceroni plura diſerto:
Pluraque Virgilio Calliopæa ſuo,
Rhetorice Fabio nec plus debere fatetur,
Ingenio quàm ius debet vtrunque tuo.

SACRATISSIMO PATRI, ATQVE SINGV-lari virtutis excellentia prædito, domino Martino a ſancto Andrea, Carcaſſonen. epiſcopo, Petrus Rebuffus. S.

MErcurius Trimegiſtus Rex maximus in Aegypto, philoſophuſq; doctiſſimus, & ſacerdotali honore inſignitus fuit, vigilantiſſime præſul. ob quas animi dotes, poſt mortē Aegyptij eum inter numina retulerūt, religioſiſſimeque coluerunt, primūque anni mēſem ei ſacrarunt, ac vrbem in Aegypto clariſſimam ab eius nomine Hermopolim (hoc eſt vrbem Mercurij) nuncuparūnt, Trimegiſtumque (latinis ter maximum) vocauerunt, quod Alexandro, Pompeieque, & alijs multis poſtea ſeculis diuo Carolo Francorum regi attributum fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Hæc adamuſſim perpēdens, tibi illum Trimegiſtum alioqui magnificum virum comparare, cum multis nominibus eum ſuperes, non audeo. Ille enim rex maximus in Aegypto, tu vero regnum in deo obtines. te & alios melioribus atq; adeo inſtitutis Chriſtianis regis. Ille Philoſophus, tu & Philoſophus, & omnibus aliarum diſciplinarum numeris abſolutiſſimus, addam & humanus: & vt omittam incredibilem ſacrarum literarum eruditionem, vtriuſque iuris etiam (vt ex interpretationibus tuis Tholoſatibus declaraſti) egregie peritus es. Præteribo philoxeniam, quam præcipuam, vt ambabus manibus ac obuijs vlnis egenis porrigas, hactenus excoluiſti. Ille inſuper ſacerdotali honore decoratus fuit, tu vero honori ſacerdotali (qui per ſe bene magnus eſt) dignitatis culmen adiunxiſti, in eaque ita te geſſiſti, vt populum tibi commiſſum, & religionum amatorem, & pauperum tutorem feceris, nuſquam ab ouilis tui conſpectu (ne vnguem quidem latum) diſcedere voluiſt. Cum apud aulicos inter primos agere poſſes, auium & canum oblectamenta aſpernatus es. Ad hæc dictū Cyri maioris Perſarū Regis ſemper præ te tuliſti, inquietis, neminem debere ſuſcipere principatum, niſi melior eſſet his quibus imperaturus eſſet. Cēſebat enim hoc eſſe principis vnicum munus, alijs proſpicere, & publicis cōſulere commodis. Hoc autem præſtare nemo poteſt, niſi qui ſapientia, vigilantia, animique integritate cæteris antecellit. Id vero nō præſtat natiuitas (licet eam a nobili Tholoſano præſide, Bochoris inſtar ſemper iudicante, probatiſſimæ fidei, Catoneque ſapiētiore, inter eruditos optimo, & inter optimos erudititiſſimo, genuina probitate prædito, atque vt paucis abſoluam, omni virtutum genere inſtructiſſimo, traxeris) ſed inſtitutio optima, & rerum vſus, quibus a teneris dotatus fuiſti. Quæ cum ita ſint, talem patronum (ſi non graueris) mihi deligere, honori & commodo fore arbitrabar. Nō tamen vt Athenienſium in Chærilum Samium poetam munificentiam

expectem,quia Paſetis ſemiobolo contentus eſſem.Igitur hunc puſillum mei ingenij laborem, Tractatũ nominationũ tibi dedico,quem ſi(vt pro tua humilitate ſoles omnia) benigne ſuſceperis, in lucem fœlix tutuſq; ab omni liuidorum calumnia prodibit, commodũ (vt reor) publicæ vtilitati allaturus. Vale pater patriæ,& nos in ære tuo adſcribe. Luteciæ decimo Calen. Iunij. anno trigeſimoſexto poſt ſequimilleſimum.

QVAESTIONVM PRINCIPALIVM IN HOC tractatu contentarum index.

Primo,tractatur quot modis nominatio accipiatur.pag.1.
Secundo,quo tempore fuerunt nominationes introductę.pag.5.
Tertio,quam ob cauſam inuentę ſint.pag.6.
Quarto,quid ſit nominatio quantum attinet ad materiam.pag.6.
Quinto,quibus nominationes concedi poſſint,& quibus non.pag.7.
Sexto,per quos ſeu a quibus concedantur.pag.17.
Septimo,quo tempore concedi valeant.pag.19.
Octauo,quibus dirigi poſſint nominationes,& quibus non.pag.21.
Nono,quæ ſint in nominationibus exprimenda.pag.31.
Decimo,quæ & quot in eis requirantur.pag.47.
Vndecimo,quę in certificatorijs literis temporis ſtudij.pag.56.
Duodecimo,quę in nobilibus requirantur.pag.62.
Decimotertio, an illi quibus nominationes diriguntur, ſint vocandi qñ cõcedũtur vel qñ gradus vel certificatorię literę,tam ſuper tẽpore ſtudij, q̃ ſup nobilitate.pag.71.
Decimoquarto,quęritur de inſinuationibus, & ibi tractãtur duodecim quęſtiones in hac materia,& ſuper qualibet alię illis conuenientes,vt ibi videre licet,pag.72.
Decimoquinto,quæ beneficia in nominationibus cõprehendãtur,& quæ nõ.pag.103.
Decimoſexto,quo tẽpore vacãtia bñficia nominatis aut graduatis affecta ſint.pag.115.
Decimoſeptimo,vacantibus beneficijs in menſibus præſtitutis graduatis vel nominatis,quid hi agere debeant, ample explicatur pag.120.
Decimooctauo,an valeant collationes alteri q̃ nominato vel graduato factę, pag.135.
Decimonono,quibus pœnis afficiantur collatores alteri q̃ noiato vel graduato conferentes. pag.137.
Vigeſimo,intra quod tempus debeat nominatus petere beneficium vacans ſibi cõferri, vel illud acceptare,pag.140.
Vigeſimoprimo,concurrẽtibus pluribꝰ nominatis,quis illorum præferatur.pag.140.
Vigeſimoſecundo,quæ contra nominationes opponantur.pag.152.
Vigeſimotertio,quomodo illa oppoſita vitari & excuſari poſſint.pag.152.
Vltimo,quomodo perdantur nominationes.pag.155.
Aliaq; vſu venientia licet ibi videre,ſi quis perlegat.

TRACTATVS NOminationum.

MAteriã nominationum in foreſi iudicio ĩ dies vſu venire mẽte mea reuoluens, a noſtris doctoribus neglectã, vel parumper tractatã, qſtiões aliquas a me frequẽtius petitas, in vnũ cõgerere conatus ſum.

1. qſt. Nominatio quot modis accipiatur.

1 ℭ In primis quæro, Quot modis accipiat nominatio? Reſpoñ. multis. Primo dicitur nominatio, quando exprimitur nomen & cognomen alicuius, vel aliud æquipollens. l.j. & ſequen. ff. de liber. & poſthu. & l. certum. ff. ſi cert. peta. & ſic accipitur in concord. Rub. de regia facultate primum menſem graduatis debitum nominãdi, & tex. in c. multi. §. ſi quis autem. & §. ſeq. 2. q. 1. & regula cãcella. Iulij ſecundi in 4. parte, & in. l. prima. §. 1. ff. de magiſtra. conueniend. l. libertus. §. in quæſtionibus. & §. nominati. ad municipal. authẽ. hoc amplius. C. de fideicom. & teſtator hęredem ſibi no
2 minare debet. l. iubemus. C. de teſta. ℭ Ali
quando quis nominat extraneum filium ſuum, & illa nominatio non probat illum eſſe filium nominãtis. l. non nudis. & l. nõ epiſtolis. C. de proba. glo. in c. Michael. de filijs preſbyterorũ. & c. per tuas. de proba. c. illud. de præſumpt. not. in c. trãſimiſſę. & c. per tuas. qui filij ſint legit. Iaſ. in l. neque profeſſio. C. de teſta. quia illa verba cenſentur prolata propter aliud, ideo nõ probãt. l. ex his. C. de teſta. milit. plene Iacobi. de ſancto Geor. in l. quidam. ff. de probatio.

Filiatio an per nominationem probetur.

3 ℭ Nec quo ad præiudiciũ tertij inducunt
etiam præſumptionem. Iaſ. conſil. 81. factum ſic ſe habet. col. j. in 1. volu. & conſil. 102. ſer. benedictus. col. j. in 3. vol. ideo dicitur 1. Ioh. 3. c. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur
4 & ſimus &c. ℭ Primo fallit quãdo ex anti
quo ſic nominatus eſſet. c. cum cauſam. & ibi glo. & doct. de probat. Barba. cõſilio 6. ſapiẽter. in 2. volu. & Decius cõſil. 35. ad iuſtificationẽ. Hippol. in rub. C. de probat. fol. 24. col. 3. cũ ſeq. quia non præſumitur quod tãdiu fuiſſet ſic nominatus, niſi filius
eſſet nominãtis. ℭ Secũdo fallit quo ad legi 5
timationẽ, authen. ſi quis liberos. C. de naturalibus liberis. Alber. in l. nõ idcirco. C. de iur. & fact. igno. Alex. conſil. 150. in cauſa. in 5. volu. Benedict. in repeti. c. Raynutius, in verbo & vxorem, numero. 204. de teſta. vbi intelligit per nominationẽ patris naturalem tantũ legitimum hęredem nominantis fieri, quãdo mulier quæ pepererat filium, erat digna tali viro, de quo filiũ ſuſcepit: alioqui contra: vt ſi mulier eſſet meretrix, & vilis conditionis, pater erat diues & nobilis. Ang. in §. ſed & aliud. p illum tex. in authẽ. quib. mod. natur. effici. legit. colla. 6. Alium caſum tradit Bar. in l. j. §. idẽ per contrariũ. ff. de liber. agnoſcẽd.
ℭ Tertio limita, fauore libertatis, vtpote ſi 6
dominus ſeruum ſuum ſcienter nominauerit filium ſuum, tunc efficietur liber. §. fi. inſti. de adopt. & in alijs caſib⁹ traditis per Feli. & Deciũ in c. per tuas. vbi nominatio probat in caſibus ibidem traditis de pro
batio. ℭ Itẽ ex iſta nominatione naſcitur 7
præſumptio, quę transfert onus probandi in aduerſarium. glo. in c. Michael. de filijs preſbytero. Calca. cõſil. 36. viſis. nume. 21.
ℭ Idem ſi papa aut epiſcopus nominaret 8
aliquem archidiaconũ, decanum, vel alio beneficij nomine, quia propter hoc nõ probaretur talis dignitatis aut tituli collatio, nec per talem nominationem cenſetur dignitas aut beneficium illi ſic nominato acquiri, nec aliquid iuris eidem tribuitur. tex. ſolennis in clemen. vltima de ſentent. excommunica. Roma. conſil. 18. admittimus. col. j. Lappus alleg. 7. diſceptat. quia in beneficijs requiritur canonica inſtitutio. c. 1. de reg. iur. in vj. quæ per hanc nominationẽ nõ fit, nec collatio, nec alia prouiſio, vt patet, ergo &c. quia illa nomi

De nominatione papæ vel epiſcoporũ an ius tribuat.

natio eſt prolata propter aliud, tum quia
ſuper hoc narrato non fundatur intentio
diſponētis, tum etiam quia tales collatio-
nes ſunt faciendæ idoneis, qui ob hanc no-
minationem non cenſentur, nec voluntas
papæ per hoc diſcernitur. Bonifa. in d.cle-
men.vlt.niſi exprimeret ſe velle cōferre,
vt ibidem dicitur. Feli.in.c.nōnulli.col. 17
& ſeq.de reſcript.&.c.ſi aliquando.de ſen-
ten.excom.Iacobi.in.c.quidam.col.2.ff.de
9 probatio. ¶ Fallit quando collitigās nomi-
naret eum cum quo litigat, ſub nomine di-
gnitatis vel beneficij ſuper quo litigat, vel
ad illum ſic ſcriberet, quia tūc illi ſic nomi-
nato videtur ius ſuum renunciare. tex. ſo-
lennis in.c.ex ore. de his quæ fiunt a ma-
ior.parte capit.& ibi Panor.in 4.nota.D.
Boer. in addi.ad Dy.in regul.j.de reg.iur.
in.6.circa finem. Ideo ſolet in proceſſu ap-
poni, contra talem aſſerētem ſe decanum,
10 vel vt aſſeritur. & iſta eſt notab. practica
qua vtūtur cauti aduocati, vt video in dies.
Et ideo dicit ſpeculator in titu.de libello.
concept.§. fi. verſ. item cautus ſit actor.
vt ſe nominet rectorem talis curæ, vel do
minum talis rei, & tunc reus poteſt pete-
re vt detrahatur illa qualitas, & ponatur
rector vt aſſerit. vel poteſt petere ꝙ illa no-
minatio non afferat ſibi præiudiciū, quod
iudex facile ſibi concedere poteſt. quod be-
11 ne nota in forenſi iudicio. ¶ Intellige quā-
do ſponte nominaret, & eidem reuerentiā
tāq̄ decano vel tali N. exhiberet. ſecꝰ ſi coa
cte hoc faceret. quæ enī metus cauſa geſta
ſunt, rata nō habet prætor, per totū titu. ff.
quod met.cauſ. & illo tit.in decreta. ſic te-
net Domi.conſilio.15.reuerende.2. dubio.
12 ¶ Secundo intellige quod per talē nomina
tionem non acquiratur ius nominato ſine
aliqua canonica inſtitutione.d.regula 1.&
per Ioan.de Selua.in tract.de benefic. in 3.
parte.q.10.per.c.dilecto, de præbend. nam
quādocunq; quis priuatur beneficio, tamē
collitiganti non acquiritur, niſi per colla-
tionē aut aliā canonicam inſtitutionē.c. o-
lim. in fine de reſcript. Domi.cōſil.38.pro

Qñ quis iuri ſuo videatur renunciare.

No. practicā.

Sine canonica inſtitutiōe nō quęrit ius parti per alterius nominationem.

clariori.col.2. ¶ Itē nec ex confeſſione ad- 13
uerſarij acquiritur ius mihi, quia non depē
det a parte dare titulum in beneficio. glo.
in rub.de pacifi. poſſeſ.in verbo triennio.
tamen dubia probatio facta ſuper titulo,
poteſt ſuppleri & coadiuuari per cōfeſſio-
nē aduerſarij. glo.ſing.in c.penult.verbo ſi
nō appareat.de reſcript.in.vj. quam ſing.
notat Barba.in c.tuæ.col.10.vt lite non cō-
teſta.& conſil.45.col.4.in primo volu.nu
mero.9.& conſil.62.col.9.ibidem. & con-
ſil.8.col.11.in 2.volu. & conſil.70. col.2.
ibidem.ac conſilio.10.col.2.in 3.volu.ac cō
ſilio.40.col.13.& col.17.in eodē vol.& cō-
ſil.26.col.7.ī 4.volu.& Feli.in.c.olim.col.
penul.& ſeq.de reſcrip.plene tradit Aufre.
in deciſio. capell. Toloſa.q.473.vtrum in
cauſa &c.vbi dat aliam limitationē. ¶ Se- 14
cundo accipitur nominatio pro quadā pu-
blicatione, vt quando excōmunicatus no-
minatur in eccleſia per preſbyterum pa-
rochialem. & tunc illa nominatio etiam in
Palo eccleſiæ facta non probat, ſi de graui
ageretur præiudicio, vtpote ſi ageretur de
amittendo beneficium. glo.in c.1. in verbo
nomē.de excep.in. vj.glo. in.c. licet. in fi.
de ſenten.excommunicationis, eodem lib.
glo.in verbo denunciata.de excommunic.
non vitand.in prag.dictum eſt in repet. c.
poſtulaſtis. numero.76.in 2.notab.de cle-
ric.excommuni.miniſtran. hic nō repeto.
¶ Tertio accipitur nominatio quādo quis 15
cōuenitur actione reali, & is nominauerit
auctorem ſuum a quo rem habuit, vt cau-
ſam defenderet, & vt practici dicūt, garē-
tiret. l.ij.C. vbi in rem actio.l. auctore.de
euict. Bar.in.l.officium.ff.de rei vend. So-
ci.plene in c.fina.§.ꝙ ſi ſuper.vt lit.nō cō-
teſt.plenius dico in ſtilo Bituriceñ.in rub.
de garando.vbi tradidi differētiā inter ga-
randū quod dicunt formale, & ſummatio-
nem garandi. ¶ Itē qui poſſidet rē furtiuā, 16
vt furti ſuſpicionem vitet, nominare eum
a quo rē habuit, tenetur.l.ciuile. &.l.inci-
uilem.C.de furt. Bar.in.l.fina. col.2.ff.de
quæſtio. & qui falſa inſtrumenta habet pe

Nominatio an probet excōmunicationem.

Poſſidens rē furtiuā illū a quo habuit nominare debet.

nes ſe, præſumitur falſarius, niſi nominet a quo habuerit.l.maiorẽ.C.ad.l.Cornel.de falſ.Alex.conſil.205.põderatis.in 6.volu. Hippo.cõſilio.52.miſericordia.nu.33.cũ ſeque. Idẽ ſi libri Lutheri vel alij libri hęreticorũ reperiãtur penes aliquẽ. nam ille pręſumitur hęreticus. Archi.in c.fin.24.q.2.per illũ tex.Roma.ſing.322.eo ipſo.vbi

Hereticus præſumitur is penes quẽ libri hęreticorũ reperiuntur.

17 corrupte allegat. vide. ¶Alia eſt nominatio q̃ fit in officijs ſecularibus, vtpote quãdo agitur de eligendo cõſules in Mõtepeſſulano, vel capitularios Tholoſanos, ſeu iuratos Burdegale, de quibus in.c.fina.de ꝓcurat. Idẽ quando ageretur de eligẽdis ſcabinis in Frãcia, de quib9 in.c.1.de immunita.eccle.in 6. Aut ſi agatur de eligendo ad aliud officiũ, tunc ſi extraneus iuerit ad cõſilium, & nominauerit aliquẽ valde idoneum, ac conſulibus ſuaſerit vt illũ nominatũ per eũ eligant, tũc illa nominatio nil iuris tribuit, & ſic non grauat quenq̃.l.j.§.ſolent.& ibi Bar.ff.quando appell.ſit.ideo nõ eſt neceſſe ab ea appellare.l.nominationes.C.de appella.c.nominationes.2.q.6.

Nominatio in officijs ſecularibus an ius tribuat

18 ¶Quædã eſt alia nominatio, quæ fit poſt deliberationẽ, vt in rectore eligẽdo, vel in ſcabinis, ſeu alijs, & tunc tribuit ius, licet non perfectum, ſi a ſuperiore debeat confirmari, vt in rectore Montiſpeſſulani, & Valentię. & dicitur quædam electio.§.poſtea. In authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. colla.2.l. nominationum.C.de decur. lib. 10.& Rub.de pericul.nomina.eod.lib.l.j. C.de tuto.vel cura.illuſtriũ.Et ab iſta nominatiõe poterit appellari, ſi iure nõ fiat, vt ſi nominatus rector ſit de facultate artium, & debeat eſſe de facultate canonica, vel theologiæ.l.vna.& ibi Bar.& Rebuff. C.de potio.ad munera nominand. lib.10. vel ſi fiat ab inimico. l. vna. C. ſi propter inimicitias facta ſit creatio.lib.10.& ſic nominatus vel alius tenetur intra decem dies appellare.l.ſi ad ſcribatum. C.de appellatio.&.l.hi qui ad ciuilia. ibidem.vel ſi aliquis ſcabinus aut conſul ſine confirmatione gubernatoris, aut locum tenentis, &

Quãdo in rectore eligẽndo poſſit appellari.

procuratoris Regij adminiſtrauerit. nam electio gentibus regijs præſentibus, Bailliuis aut alijs magiſtratibus ſolet præſentari, quam ſolet confirmare.tex.in authen. de defenſo. ciuita. in princ. colla.3. & ibi no. ¶Nominatio alia eſt, quæ tribuit ius perfectum ſine confirmatione, vt in rectoris nominatione, quæ in hac Pariſiẽſi vniuerſitate fit, & alibi in Francia, vbi non eget confirmatione, tunc nominatio facta a facultate, facit electionem & confirmationem, ſicut in decreto decurionum. Bar. in.l. prima §. ſolent.ff. quando appellan. ſit.Feli. in.c.eam te.col.3.verſ. quarto extende.de reſcript. 19

¶Eſt & alia nominatio, quando vacat officium conſiliarij, aut præſidentis, tunc cõſiliarij ad vnum congregati, nominare vnum regi idoneum ad illud officium vacans debent, vt habetur in ordina. Reg. Charoli.7. ar. primo in ſecundo loco editis, & Lud. 12. primo publicatis, arti. 31. & ſequen. Et ex conſuetudine Parlamentorum quando vacat officium ſecũdi præſidentis, tertius nominatur, & aſcendit ad officium ſecundi, & quartus ad officiũ tertij. primus vero præſes & quartus libere per regem creantur.in alijs tamen etiam poteſt rex diſpenſare. Idem ſi vacat officium locũ tenentis iudicis, aduocati regij, aut procuratoris, ordina.regijs ita cautum eſt artic.83.in ordina. Karoli ſeptimi, q̃ eſt i rub.des offices de iudicature. & in rub.des baillifz & ſeneſchaulx, articul.141. licet multoties pecunia nominet virũ, contra rub.C.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.& etiam contra ordinationes regias. ¶Et in nominatione requiritur quod nominantes iurent, vt ibi dicitur, & etiam de iure vbicunque relinquitur conſcientiæ alicuius, tunc oportet quòd is iuret quod cõſcientia ſua ita dictat, vel quod iuſte & recte aget.arg.tex.in.l. hac edictali.§. his illud. C.de ſecund. nup. Lucas de penna.in.l.j.C.de nauicu. lib. 11. Alex.& Iaſ.in.l.de pupillo.§.qui opus. ff.de operis

20 De nominatione faciẽda per ſenatores.

21 No. cõſuetudinem Parlamentorum.

22 Iurare eligentes debent.

noui nuncia. Præpoſ. in rub. de appella.
col.15.Alexan.conſilio. 118. viſis verbis.in
2.volu.& cõſilio.45.in. vj.volu.Bolog.cõ
ſilio.47.nobiles.col.2.Iaſ. in.l.admonẽdi.
in lectura numero.xj.ff.de iureiur. & in.§.
ſed iſte. numero.121.inſtit.de actio.& in.l.
apertiſſimi. in fi.C. de iud. Hippol. in.l.j.
.§.præterea.numero.111.ff. de quæſtio.Sic
iurare debent volenteseligere prælatum,
quòd vtiliorem eligẽt,vt habetur in prag.
ſanct. in. c.1. de electio. idem in doctori-
bus regentibus, vt debeant iurare quando
eligere volunt aliquem in locũ demortui.
ſic fuit pronũciatũ in hoc venerabili ſena
23 tu areſtũ. ¶Alia eſt nominatio ad benefi
cia,& quędã reſpicit beneficia vacãtia,alte
ra vacatura prima poteſt dici cõſultoria,ſeu
tractatoria,vt quãdo canonici inuicẽ cõſu-
lũt,& nominant aliquos ante ſcrutiniũ,&
tractant an talem N.bonum ſit eligere, &
poſtea proponunt in collegio.ex illa nomi
natione nullũ ius nominato acquiritur. c.
quod ſicut.in prin.de elect.glo.in.§. volẽs.
in verbo nominationes. de colla. in prag.
quia exprimitur conſenſus de futuro.& ſi-
cut per hæc verba,denomino te in mulie-
rem,non contrahitur matrimoniũ, ſic nec
per hanc nominationem in beneficijs ſic
factam.glo.in c.quanto.63.diſtinc. & in.c.
conſtitutis. in.2. de appella.Bal.in c.illud.
24 per illum tex. de præſump.¶Aliquando
quis nominatur in ſcrutinio, & exprimit
conſenſus de præſenti, & poſtea publica-
tur.talis nominatio tunc a maiori parte ca
pituli facta valet,& ex ea acquiritur ius no
minato,& dicitur electio.tex.in c.cũ olim.
de re iud.glo.in d.c.quanto. & in. c.cõtra.
16.q.vlt.Bal. in rub.de poſtulat.prælat.in
fi.Panor.Imol.& alij in d.c.quod ſicut. Et
hoc intellige quãdo publicato ſcrutinio po
teſt ſequi electio,alioqui non. glo.& doct.
in c.publicato. de elect.c.perpetuo. illo tit.
in.6.& c.penult.ibidẽ Innocen.in c.bonę.
25 in.1.de poſtu.pręlat.¶Item fit nominatio
papæ de pluribus inhabilibus,vel habili-
bus,vt vnũ eligat, ſeu aſſumat, de qua eſt

Nominatio ad beneficia vacantia an tribuat ius.

tex.in c.1.85.diſt.Archi.in c.nulla.de elec.
in.6.& c.quãto.col.2.63.diſ.vbi dicit, quã-
do ſunt duo vel tres excellentiores in eccle
ſia,nominãtur omnes papæ,vt vni proui-
deat.d.c.1. & ex tali nominatione ius ac-
quirit.16.q.vl.c.cõtra.videlicet vt ea pẽdẽte
nõ procedat ad electionẽ.¶Et differt a po- 26
ſtulatione in qua vnus tantũ poſtulatur,&
plures nominãtur: & poteſt fieri nomina-
tio alternatiue,licet poſtulatio non.Ioãnes
And.& Imol.in d.c.bonę.in fi.de poſtula.
pręlato.Domi.& Peruſ.i.c.2.de elec.in 6.
Et in his primo nominat9 cẽſetur dignior.
c.quorũdam. de elect. lib.vj.Feli.in.c.cum
dilecta.nume.5.de reſcript.& maior.l.j.ff.
de albo ſcribend.ac magis dilectus. Bal.in
rub.C.ſi quis omiſſa cau. teſta.col.vl. De-
cius in.c.nicolao.de appella.& ex hac ſola 27
nominatiõe ſi nõ fuerit perfecta,nõ priuã
tur nominãtes poteſtate nominãdi,etiã ſi
nominauerint indignũ, quod ſecus eſt in
eligentibus.c. cum in cũctis.§.fina.de elec.
c.perpetuo. illo titu.in vj.& dixi in repet.
c.poſtulaſtis.in 4.notab. de cleric. excom.
miniſtrã. Aequiparat tamẽ poſtulationi,
quia ante præſentationem poterit variare,
poſt nõ.c.bonę.in 2.de elec.Calder.in cõſi.
5.an nominãtes. rub.de elec. Bar.in.l.ab-
ſenti.ff.de donat.Iohã.de ſelua in tract.de
benefic.in 3.parte.q.j.Hodie quędã nomi- 28
natio fit a rege Franciæ in prælaturis.nam
vacãtibus archiepiſcopatibus, epiſcopati-
bus vel abbatijs & prioratib9 ac alijs digni
tatibus in quibus ſeruat forma.c.quia pro-
pter. de elect. & eccleſia remanet vidua-
ta paſtore,Rex nominare debet papę vnũ
grauem magiſtrum ſeu licentiatum in
theologia,aut iuriũ doctorẽ,ſeu in altero,
vel licentiatũ in famoſa vniuerſitate crea-
tũ, & in vigeſimoſeptimo ſuæ ætatis an-
no ad minus conſtitutũ,intra ſex menſes a
die vacationis eccleſiarum computandos.
Quod ſi minus idoneum nominauerit,ad-
huc intra tres menſes a die recuſationis cõ-
putandos poterit alterum nominare, vt
habetur in concord.in tit.de præſent.& in-

ſtitu.prælat.§.j. & ſequen. tex.in.c.cũ lon-
29 ge.&.c.Adrian⁹.63.diſt. ¶Et quod doctor
ad epatum nominari debeat,& eligi,pro-
batur in ſumma.80. diſt. vbi ſic dicit. Do-
ctorem autẽ epm oportet eſſe, ne inferio-
rum culpæ in eum refundantur, qui docen
di officium accepit, quod exequi neſcit.de
rota deciſ.881.papa. in antiq.Ioan. Lupus
in repet.c.p veſtras.col.4. & ſequẽ. de do-
nat. inter virũ & vxor. Hodie multi ſunt
doctores in adulatiõe,luxu, & venatione.

Doctores ad epatus debẽt nominari.

30 ¶Erat & alia nominatio quæ cõceſſa fuit
regi Franciæ ab Innoc.ſexto,vt poſſet no-
minare ad præbendas in triginta tam me-
tropolitanis quàm cathedralibus & colle-
giatis eccleſijs ſui regni,vt citat glo. in.§.
placuit.in verbo facultates.de colla.ĩ prag.
quæ nõ eſt ſortita effectum.
De alia noĩatiõe idẽ p Stepha. Maleret in
tracta.de electi. limita.8.fol.36.Interdũ fit
noĩatio ad beneficia vacatura a papa, &
per viam mandati de prouidendo,& de ea
loquitur.c.mãdatum.de reſcript. &.c.mã-
datum.de pręben.in vj.

31 ¶Aliæ ſunt noĩationes quæ conceduntur
ab vniuerſitatib⁹ regni graduatis,& debi-
to modo qualificatis, vt eiſdem prouidea-
tur.& de his erit ſermo noſter. & loquitur
titu.de colla.in concord.Et ſuper his affixi
cõcluſionem,regem Franciæ non poſſe no
minationes concedere.verum eſt intellige
non poſſe concedere nominationes,quę ab
vniuerſitatibus cõceduntur graduatis tan-
tum,quia tantum data eſt poteſtas vniuer
ſitatibus,vt patet in cõcord.in rub. de col-
la.§.preterea.ibi, per vniuerſitates nomi-
natis. &.§.volumus autẽ ꝙ nominati lite-
ras nominationis ab vniuerſitatib⁹ in qui-
bus ſtuduerint,obtinentes &c.&.§.mone-
mus.ibidẽ poſtea poſui. Imo regem poſſe
nominare eo iure vtimur,videlicet ad epa-
tus,archiepatus,& alias dignitates,de qui-
bus ſupra dictum extitit,& hoc etiam fue-
rat conceſſum Carolo regi Franciæ, vt pa
tet in.c. Adrianus. &.c.ſeq.63.diſt. & etiã
fuerat eidem data poteſtas eligendi Ponti-

Cõcluſio. Regẽ Frãcię nõ poſſe nõiationes concedere.

ficem, & ordinãdi apoſtolicam ſedem, vt
ibi dicitur. Sed iſti priuilegio olim renun-
ciarunt,vt patet in.c.ſacrorũ.63.diſt.Super
hac noĩatiõe nil dico,cũ.D.Io.dayma ſatis
ſupq; ſcripſerit ĩ loco ꝓprio.hic nõ repeto

SECVNDA QVAESTIO. 1

Secundo principaliter quęrit̃, quo tẽ-
pore fuerũt iſtæ vniuerſitatũ noĩatio-
nes inuẽtæ?Reſpõ.ꝙ anno.1438.re-
gnantibus Eugenio 4 Pontifice maximo
& Carolo ſeptimo rege Franciæ, vt licet
videre in procemio Prag.ſanctio.Pluribus
tamẽ placet nominationes ligaſſe a paſcha
anni.1439.quia vſq; ad illud tempus fue-
runt toleratæ gratię expectatiuę. glo.in.§.
inſuper.in verbo vacatura. & tex.in.§.illi
vero.verſi.datum &c.de colla. in prag. nã
procurante Eugenio conſiliũ generale Ba-
ſileę fuit cõgregatum,quod permulta tam
animę q̃ corpori ſalubria ſtatuta fecit, quæ
Eugenius ad Carolum tum Frãcię regem
per oratores miſit,rogauitq; regem prędi-
ctum vt eadem reciperet, & perpetuo in
ſuo obſeruari regno non grauaretur.quib⁹
auditis oratoribus,rex cõſilium apud Bitu
riges in ſacro ſacello cõgregauit,ſtatutaq;
per conſilium Baſilieñ. eccleſia Gallicana
cum aliquibus modificationibus approba-
uit,quas licet videre in prag. & p Gagui.
lib.x.fol.226.& ſequẽ.in vita Caroli ſepti-
mi,verſi.apud Baſileam.Et ſic nominatio-
nes ab eccleſia Gallicana fuerunt inuentę,
licet quidam teneant a conſilio Baſilieñ.
quod non eſt verum,vt vides.

Quo tpe noĩatiões fuerũt introductę.

¶Demũ Pontifex ſummus Leo decimus 2
cum Chriſtianiſſimo Franciſco rege Fran-
cię Bononię anno. 1516. Calen. Ianuarij
pragmaticam ſanctionem aboleuit,cõcor-
dataq; fecit,in quibus nominationes vni-
uerſitatibus regni Francię Delphinatus &
Comitatus Dien. ac Valentinen. reſer-
uauit,vt licet videre in cõcordat. ¶Fuerũt 3
tamen alia concordata inter Sixtum olim
pontificem maximum,& Ludouicum vn-
decimum Francię tum regem,quæ nõ fue
re ſortita effectũ, vt eſt tex. in extrauag.j.

Concordata quãdo fuerũt facta.

de maiorita.& obedient. in communibus.
& citat Gagui.in vita Ludoui. vndecimi.
lib.10.verſi. fama ante hos dies ferebatᷣ&c.
glo.i §.non volumus.in verbo quatuor.de
colla.in prag.Sequitur Benedict.in repeti.
cap.Raynutius.in verbo ſi abſque.in .2. de
fideicō.ſubſti.numero.44.de teſta. & pa-
tet in concord.Rub.de cōſtitu.§.vnde.

¶ TERTIA QVAESTIO.

Tertia principalis quæſtio. Quare nominationes inuentę ſint.

¶ TERTIO principaliter quæritur quare
nominationes inuētę ſint,& in hoc regno
introductę? Reſpoñ. primo, vt prouidea-
tur eccleſijs Franciæ de viris literatis, qui-
bus & aliæ q̄ maxime indigent.c.cum ex
eo.de elect.in.vj.vbi dicit Ioā.Andr.in no-
uel.in prin.ꝙ eccleſia indiget viris literatis
& nō porcis vel aſinis deferratis:quod fuit
originale dictum Ioā.mo.ibi,& in .c.ſicut.
nume.10.de verbo.ſigni.eo.lib.& vbiq; la-
tius.D.Probus apud eundem Ioan.mona.
Secūdo vt poſt ſtudium perfectum(quod
eſt poſt quinquēnium,vt habetur in pro-
œmio.ff.) ſtudentes aliquo munere donē-
tur in compenſationem tam laboris quàm
bonorum in ſtudio expenſorum.not.in au
then.habita.per illum tex.C.ne filius pro
patre. Tertio vt pauperibꝰ ſcholaribus,qui
nullum aut minus ſufficiens beneficium
ſunt adepti,prouideatur.§.quod ſi quis. de
colla.in prag. Quarto vt vniuerſitates re-
gni tueantur,& foueantur .§.item placuit.
de colla.in prag. Quinto,ne prętextu be-
neficiorū habēdorū galli homines cogātur
deſerere ſtudiū,& circa alia inuigilare, vt
in procœmio concord.ibi, ſimul ad ea acce-
debat deformitas,vt literarum ſtudioſi &
diſciplinis liberalibus incumbentes,aut ſa-
cerdotia adipiſci nequirent,aut qui adipi-
ſci cuperent, literarum ſtudium abijcere,
aut certe deponere cogerētur,paſſimq; per
vrbes errabūdi vagari,vt id periculū imine
re videret,ne literarū tādē amor & ſciētia
p incuriā exoleſcerēt. & ibi tradūtur aliæ
rationes.vide ibi,& i.c.pe.de magiſtris.

¶ QVARTA QVAESTIO.

1 ¶ QVARTO principaliter quærit qd ſit
nominatio? Reſpoñ. quantum attinet ad
materiam præſentem, eſt ius quoddam
nominato legitime qualificato beneficia
certo tempore eiſdem prę̄ſtituto vacantia
petendi & acceptandi competens.
¶ Primo dico ius, quod eſt nomē genera- 2
le, teſte Chriſto.porco in §.j.inſti. de vſu-
fructu.vt comprehendat omnes nomina-
tos legitime qualificatos habentes ius pe-
tendi & acceptandi beneficia certo tempo-
re vacātia, vt infra declarabitur, licet glo. *Refh̃e da gl. prag.*
in.§.volens.in verbo nominationes,in fi.&
in.§.quod ſi quis cuiuſcunq;,in verbo irri-
tum,de colla.in prag. tenuerit per nomi-
nationes non acquiri ius in re,nec ad rem
inſtar gratiarum expectatiuarū,ſed conſe-
quitur tantum quoddam ius pręparato-
rium ad beneficium cadens in turno obti-
nendo,ſicut præſentatus. & illam glo. ſe-
quitur Ioannes deſelua in tractat.de bene-
fic.in tertia parte quæſt.56. Ego vero te- 3
neo ius nominato acquiri per nominatio- *Nominationes gratiæ ſunt.*
nes, & illarum inſinuationem. Quod ſic
probatur,primo per.c.vlti.de conceſſ.præ-
ben.lib.vj.vbi ex reſeruationibus & alijs
gratijs acquiritur ius ad rem impetranti
illas. Sic ex iſtis nominationibus quę ſunt 4
gratiæ,vt etiam vult glo. in.§. item quod
ad dictas,in verbo noiare,de colla.in prag.
& in verbo poterunt,ibidem.
Secundo ſic ſuadetur facta iure inſinua- 5
tione per nominatum, beneficium vacans
tempore eis ſtato eſt illis affectum per il-
lam clauſulam decreti appoſitam in .§. ſi
quis cuiuſcunque.de colla. in concord.nam
clauſula decreti afficit.c.tibi qui.de reſcrip.
in.vj.c.j.de conceſſ.præben.eod.lib.& cap.
ſi ſoli.ibidem.glo.in.§. & ſimiliter.in ver-
bo cenſeatur.de colla.in pragma. & quan-
do afficitur beneficium,dicitur ius quæri
ad rem.c.ſi poſtquam.de prębẽn. in.vj. er-
go per nominationes ius quęretur.
Tertio, p præſentationē etiam a laico fa- 6
ctam patrono quæritur ius ad rem.c.dile-
ctus.de offic.deleg.c.cum autem. &.c. pa-
ſtoralis. de iure patro.glo.& docto. in cle-

men.auditor.de reſcript.adeo quod pręſen-
tatus a patrono,ſi non fuerit variatum,po
teſt petere confirmationem & inſtitutio-
nem: & ſi epus eum idoneum non admit-
tat,poteſt ad intereſſe agere.glo.& docto.
in.d.c.dilectus.Panor.& alij in.c.cum Ber
toldus.per illum tex.de re iudi.de Ripa in
rub.de iud.numero 70.cum ſequent.Bald.
in marg.in verb.patronatꝰ.q.2.Roch.Cur
tius in tract.de iure patro.in verb.ius.q.4.
Idem forte erit in nominato, vt poſſit be-
neficium certo tempore vacans petere ſi-
bi conferri, alioqui non poſſet, niſi habe-
7 ret ius aliquod ad petendū. ¶Quarto pro-
batur,ex literis gratiæ datur ius ad rem.c.
q̃uis.j.& ibi glo. de reſcript.li.vj.c.in no-
ſtra. illo titu.in decreta.Sed appellatione
gratiæ venit gratia ſiue per Roma. ponti-
ficē conceſſa,ſiue per alium.glo.in cle.gra-
tiæ de reſcript.nec quo ad hoc video diffe-
rentiam inter mandata & nominationes.
ergo idem ius erit.l.illud.ff.ad legē Aquil.

Gratiæ appellatione quid veniat.

8 ¶Quinto ex contractu etiā conditionali
acquiritur nobis ius,quod ad hęredem etiā
trāſmittitur.§.ex cōditionali.inſti.de verb.
oblig.Ioan.de Ana.cōſilio 19. viſis inſtru-
mentis.facit tex.in.l.interdum.ff.de verb.
oblig.fortius in noīationibus ius acquiret.
¶Sexto bonum eſt argumētum a ſufficiē-
ti partium enumeratione.§.omniū.inſtitu.
de actio.ſed per nominationes nō acquiri-
tur ius in re,ergo ad rem, alioqui nullum.
& ſi nullum ius ex illis acquireretur, non
poſſent nominati vigore illarum beneficia
petere,& cōſequi, licet cōtrarium dicatur
in cōcord.eo.titu.vide Bal.in.l.ſciēdum.in
9 princi.ff.qui ſatiſda.cogant.ponentem ius
rei,in re,& ad rem.Ius rei dicit directū do
minium, vtile, & quaſi dominium, quod
ventilatur in publiciana.Ius in revocat ius
hypothecę, iura ſeruitutum,vnde vſusfru-
ctus formalis,cum ſit ſeruitus, dicitur ius
in re,nō rei.Ius ad rem traditur in dicta.l.
ſciendum.§.diuerſa.hæc ille. De iure in re
& ad rem vide glo.in cap.cum qui. de prę-
ben.in vj. & glo. in.c.ſi. de conceſſ. præb.

Ius rei, in re, & ad rem.

eo.lib.& Decium conſil.147.col.2.
¶Vltimo facit tex. in.c.dudum.in verſic. 10
nos igitur.de præbend.in vj.vbi priuilegio
generali de conferendis beneficijs deroga-
tur per ſpecialem gratiam alteri factam,
quia in primo priuilegio agebatur de iure
ad rem, cui faciliime derogatur.Panor.&
alij in.c.j.de reſcript.c.veniens.& ibi nota.
de pręſcript. Decius.d.conſil.147. & pro
tenui.col.2.& poſtquam ex priuilegio ac-
quiritur ius ad rem, ergo & per nomina-
tiones,ſicut ex alijs gratijs, poſt inſinuatio
nem ius ad rem acquiretur.cogita & con-
corda opiniones ex his quæ Cardi. tradit
& alij in.c.mādatum. de reſcript.& in cle.
vlti.illo titu. Imol. in cap.dilectus.in.2.de
pręben.Ioan.de Selua in tracta. de benefi-
cio in tertia parte quæſt.xj. & nominatio
alio modo diffinitur in alijs materijs,pro-
ut ſubiecta materia patitur.non proſequor
niſi nominationes vniuerſitatum.

¶QVINTA QVAESTIO.

¶QVINTO principaliter quærit,quibus 1
cōcedi poſſint nominationes? Reſpoñ.gra
duatis,& debite qualificatis, qui per tem-
pus competens in vniuerſitate famoſa ſtu-
duerint.§.præterea.de colla.in concordat.
viris,& non mulieribus.§. præfati.illo ti-
tul.dum lex loquitur de viro,non compre-
hendit mulieres.l.j. & ibi. no.ff.de legib.
l.ſcripturas.C.qui potiores in pigno habe-
ant. Dec. in.l.2.ff.de reg.iur.

Quinta principalis quæſtio. Quibꝰ cō cedantur nominationes.

¶Primo quæro quod dicatur tempus com 2
petens? Reſpoñ. decennium in magiſtris
ſeu licentiatis vel baccalaureis formatis in
theologia: Septēniū vero in doctoribus ſeu
licētiatis in iure canonico,vel ciuili,aut me
dicina: Quinquenniū in magiſtris ſeu licē
tiatis in artibus cum rigore examinis a lo
gicalibus incluſiue,aut in altiori facultate:
Sexennium in baccalaureis ſimplicibus in
Theologia.In iure vero ciuili aut canoni-
co ſeu medicina quinquēnium, quo tem-
pore cēſetur peritus.§.duabus.i procemio.
ff.ex quo eſt publica lętitia. patruus meus
Rebuffus in.l.vna.C. publicæ lętitię.li.xij.

Tempus competēs quando dicatur.

3 An ſufficiat ſ vtroq; iure ſtuduiſſe vel in altero tñ ad cōſequēdas noīatiōes

ℂSecūdo quęro, quiſpiam ſtuduit tres annos in iure ciuili, & duos in iure canonico, poſtea promotus eſt in altero, quęro an valeat? videtur quod non, quia tempus quinquennij requiritur in altero, vt ſupra dictū eſt, ergo non ſufficiet quinquennium, ſed requireretur decennium in vtroq;. Contrarium arbitror verius, quia in vtroq; ſtudēdo, ſatis ī altero iure videtur ſtuduiſſe, quia vtrunq; faciens, bene alterum cenſetur facere. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. ff. de verb. oblig. Bar. & Soci. in. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dub. & laudandū eſt eius propoſitū, dicit in ſimili tex. in. l. j. C. de repud. Item hoc probatur per tex. formalem in. §. videlicet. de colla. in prag. ibi, vel in vtroq; vel in altero iuriū baccalaureis, qui per trienniū, ſi nobiles ex vtroq; parente, & ex antiquo genere: alias autem per quinquennium conſimiliter in aliqua vniuerſitate priuilegiata ad minus ſuum ſtudium fecerint. Poſtquam ergo ibidem eſt ſtatutum, & non inuenitur correctum per cōcordatum, ergo illi tex. cur ſtari prohibebitur, vt dicit tex. in. l. pręcipimus. C. de appella. hoc etiam probatur in concordato. §. tempus autem competēs. ibi, a logicalibus incluſiue, aut in altiori facultate. vbi magiſtro artium computatur tempus quo ſtuduit in altiori facultate, vtpote in medicina, vel in iure canonico, ſeu ī theologia. ſic ergo coniungetur tempus, quo quis ſtuduit in iure ciuili, & canonico, quę iura adeo fraternizāt, vt dicam infra, vt in vno nō poſſit quis eſſe perfectꝰ ſine altero.

4 Concluſio Theologi ante ſex ānos noīationes ſure obtinere poſſūt.

ℂEt ſic affixi concluſionem hanc, videlicet theologi etiam ante ſex annos nominationes obtinere iure valent, quod eſt intelligendum quando ſtuduerunt in theologia, & iure canonico, poſtea perfecto quinquēnio ſumpſerunt gradum baccalaureatus in iure pontificio, poterunt vigore illius gradus in quinquennio nominationes impetrare. nam tempus quo ſtuduit theologiam, computabitur ſibi, & coniungetur cum tempore quo ſtuduit in iure pontificio, & ſic iure obtinebit nominationes ante ſex annos. & iſta eſt notabilis cautela pro theologis, vt celerius aſſumant nominationes, quod ſtudeant ius canonicum, & in eo ſumant gradum, tamen non pręferentur alijs in theologia graduatis, vt dico infra. Nec refragatur tex. concordati vbi ſexennium requiritur etiam in baccalaureo ſimplici in theologia, quia hoc intelligēdū eſt quādo in theologia vellet ſumere gradū. ſecus ſi ī iure pōtificio, vt dixi.

5 Conclu[...] Baccala[...]reis an[...] quinque[...]niū no[...]tiones [...]redi[...]

ℂSuſtinui etiā aliam concluſionem, videlicet, baccalaurei non nobiles etiam antequā quinquēnium in iure canonico ſtuduerint, nominationes recte impetrant. quod eſt intelligendum vt prædixi, quando ſtudebat antea in iure ciuili, quòd poteſt ſumere nominationes etiam antequam ſtudeat p quinquennium in iure canonico, quia illud tempus computabitur, quo ſtuduit ius ciuile, & vtrunq; coniungetur ad faciendum quinquenniū.

6 ſtudē[...] vno an p[...]ſit varia[...]

ℂNec obſtat, ꝙ poſtquam cœpit in vno iure ſtudere, nō poteſt variare, quia illuſio & variatio eſt prohibita. cle. vna de renuncia. & vix longiſſima vita hominis ſufficit ad vnam ſcientiam acquirendam. Bal. conſilio. 412. verba teſtamenti. volu. 1. quia vita breuis, ars vero longa, vt habetur in princi. Aphoriſmorū. Reſpoñ. ꝙ non poſſet variare in pręiudicium alterius, ſed quando nullus haberet pręiudiciū principaliter, poſſet, vt in caſu in quo conſuluit Bal. d. cōſilio 412. vol. prio. vbi concluditur, ꝙ ſi teſtator reliquerit libros legales alicui ſi fuerit idoneꝰ ad leges, ſi in medicina, libros medicinæ: ſi primo elegerit ſtudium medicinæ, & illius adeptis libris velit variare, & accedere ad ſtudium legale, nō poterit petere libros legales, quia hęres grauaretur duplici onere, & teſtator in dubio videtur grauare hęredem minus q̄ poſſit. l. vnum ex familia. §. ſi rem tuam. de leg. 2. Electione etiam per legatariū facta nō pōt variare. l. ſerui electione. ff. de leg. j. Sed quando nullus haberet pręiudicium, poſſet. & ita intelligo concluſionem. Item

etiam dictum Bal. intelligitur quando ad
7 diuerſa volebat accedere, vt de medici-
na ad leges, quæ nihil aut parum cõmune
habent inter ſe, licet bonus iuriſconſultus
cõmunicet cum omnibus ſcientijs, & cum
omnib⁹ participet, & leges & canones in-
uicem cõmunicant ſibi actiones & paſſio-
nes, ſicut vir & vxor, vt infra fuſius dicã.
Et ſic etiã nõ obſtat, qui ad vtrũq; feſtinat,
neutrum bene peragit. l. fina. C. de aſſeſſor.
quãdo ſunt diuerſa. ſecus ſi omnino frater-
nizent, vt ius canonicum & ciuile, & ius
canonicum cũ theologia: quia ius canonicũ
eſt practica theologiæ, & dirigit animas
deo, ſicut theologia. glo. in. c. cum contin-
8 gat. de iureiurand. ℭ Tertio quæro, poſtq̃
tempus cõiũgitur quo ſtuduit in vtroq; iu-
re, vellem ſcire in quo iure, vel in qua fa-
cultate poſſit promoueri? Reſpon̄. eſſe in
electione vniuerſitatis admittere illum in
facultate vel in iure in quo eſt magis ido-
neus, & benemeritus, quia in alternatiuis
eſt electio debitoris. l. 3. ff. de eo quod cert.
loco. c. plerũq;. de iur. dot. & vniuerſitas de-
bet cõferre gradũ bñmerẽtib⁹. cle. 2. de ma
giſt. Alex. ĩ addi. ad Bar. in. l. j. C. de dignit.
lib. 12. & ſcholaris debet ſe pręſentare ĩ iu-
re illo, vel facultate in qua plus pręſtat, ar g.
l. quęrit. ff. de ſtatu homi. Si in neutro pręs-
ſtat, tũc qualitas perſonę eſt inſpiciẽda, iux
ta. l. plenũ. §. equitij. ff. de vſu & habita. nã
ſi habeat bñficia, vel vult ſacerdos fieri, ſu-
mat gradũ in iure canonico cõueniente ſa-
cerdotibus. ſi vero vult ducere vxorem, tũc
ſumat in iure cęſareo. in his tamẽ libera fa
cultas datur præſentato ob pecunias quas
offert, vt ſumat gradum in quo iure vult.
9 ℭ Quarto quęro, quid ſi ſtuduit in altero
tantum per quinquenniũ, & promotus eſt
in vtroq;, & ſic ſumpſit nominationes, an
valeat vterq; gradus? an neuter? Reſpon̄. Il
le gradus in quo ſtuduit, valebit, alter non,
per not. p Barb. & alios in. c. clerici. de iud.
& per Anchar. in. c. j. de paroch. vbi dicũt
q̃ ille qui ſatis mediocriter ſtuduit in vna
facultate, & ſumpſit gradum in altera ſibi

Medicina parũ cõe habet cũ iuriſcõſulto, licet iuriſcõſult⁹ cũ oĩbus participet

In vtroq; q ſtuduit ĩ vtro debeat promoueri.

De eo qui ſtuduit in altero, & ꝓmot⁹ eſt ĩ vtroq;.

incognita, vt hodie fit cauſa honoris, vt
ſunt legiſtæ qui doctorãtur in canonibus,
licet prorſus ignorẽt canones, & rubricas,
tamẽ nõ debent ob hoc pręferri doctoribus
ſolis iuris canonici. Sic nec talis promotus
in vtroq; pręferri debet, ſi ſolum ſtuduerit
in iure ciuili, baccalaureo iuris canonici,
qui bene ſtuduit in illo. ℭ Imo promotus 10
corruptis doctoribus ad doctoratũ, nõ de-
bet priuilegio doctorum gaudere. l. j. C. de
athletis. lib. 10. & ibi glo. Sicut emens offi-
ciũ priuilegio officij gaudere nõ debet. tex
ſing. in. l. vniuerſa. C. de legatio. lib. x. ſcd̃m
docto. ibi. & Ioan. de pla. in. l. eã. de excuſa.
munerib. ciuilib. & in. l. j. de princi. agẽt. in 11
reb. lib. 12. & l. vna de perfectiſſima. digni.
ibidẽ. quod eſt notandũ cõtra emptores of-
ficiorum. ℭ Quinto quęro, quidam ſtuduit 12
in vtroq; iure per quinquẽniũ, & effectus
eſt baccalaureus in vtroq;, an illi proſit gra
dus? videtur q̃ nõ, quia in altero tantũ re-
quiruntur quinq; anni, ergo in vtroq; re-
quirentur decem. d. §. pręterea. nam quod
noluit, potuit, videlicet adipiſci ĩ altero tã-
tum: & quod voluit, adimplere nequiuit,
videlicet in vtroq; iure nequiuit adipiſci
gradum. probatur in. l. multum. C. ſi quis
alteri vel ſibi. Item facit cle. generalem. de
ętate & qualita. vbi in ſubdiacono requi-
rũtur decẽ & octo anni, in diacono viginti,
in ſacerdote vigintiquinq;. & ſi quis habe-
at tempus ad aſſumendum vnum gradũ,
videlicet diaconatus, vtpote habet viginti
annos, non cenſetur tamen ob id habere tẽ
pus ſufficiens ad vtrumq; gradum, videli-
cet & diaconatum, & presbyteratũ. ſic qui
ſtuduit quinquennium, licet in vno poſſit
promoueri, non tamen in vtroq;. Contra-
rium eſt verius, quia vtile per inutile non
debet vitiari. regula, vtile. de reg. iur. ĩ. vj. l.
certi cõdictio. §. quoniã. ff. ſi cert. pet. & ibi
ample Bar. maxime inſeparabilibus. glo.
in. l. pecuniæ. ff. de vſur. vt eſt hic. ℭ Item 13
quę ſuperabũdant, nõ ſolent vitiare. l. teſta-
mentũ. C. de teſta. Licet ergo vnus gradus
ſuperabũdet, tamẽ nõ debet vitiare alterũ.

Promot⁹ ad doctoratũ corruptis doctorib⁹ nõ debet gaudere priuilegijs doctorum.

De eo qui ſtuduit in vtroq;, & in vtroq; ſumpſit gradum.

B

14 ¶ Adde q̃ ius canonicũ & ciuile ſunt adeo connexa, vt vnum ſine altero vix intelligi poſſit. vnde dicit Bal. in proœmio decreta. quod iuris canonici ſanctitas, iuris ciuilis ſublimitate decoratur: & iuris ciuilis maieſtas, canonum authoritate firmat: & qui nõ ſapit in vtroque, non habet tantam dulcedinẽ. Ideo laudãdus eſt is, qui in vtroque ſtuduit, potius q̃ vitio dandus. nam vnum propter aliud coruſcat, & magis timetur. Barb. in. c. j. col. j. de teſta. & ſicut ex medicina & philoſophia fit perfectus medicus, ita & ſciens ius canonicum & ciuile efficitur perfectus iuriſconſultus. & niſi quis ſciat canones cum legibus, non poteſt practicam iudiciorum cognoſcere. Bal. in. c. cũ cauſam. col. 2. de probat. facit dictum Roma. ſing. 654. habẽs funem. Io te dico que legiſta ſenza, capitulo vale poco, ma le canoniſta ſenza, lege vale nyente. hinc videmus quod leges non dedignantur ſacros canones imitari. c. clerici. de iud. & canões nõ dedignãtur iura ciuilia adducere. c. j. & per totum de cauſa poſſeſ. & ſtatuta ſacrorum canonum, principum conſtitutionibus adiuuantur. c. j. de operis noui nuncia. & in quibus caſib⁹ papa alleget leges, cumulat Rauẽ. ĩ alpha. in verbo lex. ĩ. 2. Imo audacter dico q̃ ius pontificium perfecte nõ poteſt intelligi ſine legibus, cum ſit medulla legum. Ideo ſuſtinui concluſionem ciuibus

[margin: Ius canonicũ & ciuile ſunt connexa.]

15 Pariſieñ. gratiſſimam, hanc videlicet. Leges Pariſijs publice legi iure non prohibetur. & ideo. c. ſuper ſpecula, de priuileg. hactenus non ſpeculato, nouus dabitur in-

[margin: Concluſio Leges pariſijs poſſe legi publice.]

16 tellectus. Prima concluſio poteſt intelligi, quod leges canonizatæ non prohibentur Pariſijs legi, alioqui decretum non poſſet legi. & dicũtur canonizatę, quãdo p aliquẽ papam ſunt approbatæ, & in canonib⁹ inſertæ & incorporatę. ſed ſi Gratianus ex capite ſuo hoc fecerit, nõ dicetur ob hoc canonizata. glo. fin. in. c. inprimis, in verbo capitali. 2. q. 1. ¶ Vnde qñ lex eſt ſemel canoni-

[margin: Lex quando dicatur canonizata.]

17 zata, licet poſtea tollat̃ p Imperatorẽ, tamẽ adhuc in foro canonico ſeruabitur, vt tenet Gerard. de petra ſan. ſing. 28. facit gl. in. l. vna in verb. anniuerſarię. C. de colla. dona. li. x. Imo imperator illã legẽ canonizatam nõ poterit reuocare, ſicut nec papa priuilegia regni in ordinationib⁹ regijs incorporata, & deſcripta, quia lex regni eſt effecta. Bñdi. in repet. c. Raynuti⁹. in verb. ſi abſq;. in 2. de ſubſti. fideicõ. numero. 42. de teſta. Quod eſt intelligẽdũ quãdo eſſent incorporata p regem. ſecus ſi p aliũ ſine voluntate regis, vt ſupra dixi. Vnde inferri poteſt, & hoc videt̃ mirabile, q̃ etiã leges. fforũ aut codicis nõ eſt legi ꝓhibitũ Pariſijs, & hoc ĩtelligẽdo, vt dixi, vel de his legib⁹ ex quibus decretales ſunt elicitę, vtpote ſi quis vellet legere & interp̃tari legẽ nulli. C. de iud. anteq̃ interp̃taret̃. c. primũ de cau. poſſeſ. dicerẽ hoc poſſe, vt meli⁹ intelligãtur ſacri canones. & ita not. doct. in. c. nõ magnopere. ne cler. vel monach. &. d. cap. 1. alioqui nõ bene poſſent ĩtelligi iura canonica. ideo qñ pmittit̃ aliqd, oĩa videtur pmiſſa per q̃ peruenit̃ ad illud. l. ad rem. & . l. ad legatũ. ff. de ꝓcur. Sed p leges peruenit̃ ad intellectũ canonũ, ergo leges pmittũtur legi ad intellectũ canonũ. ex quib⁹ dicit gl. in. c. epũs. 37. diſt. epm̃ poſſe audire leges vt ſacros canones meli⁹ ĩtelligat. & ſic pmittit̃ etiãnũ publice legi titul. de verb. ſignif. ff. & . C. & de reg. iu. ¶ Pro intellectu in. c. ſuper ſpecula. 18 de priuileg. prẽmittendũ eſt, q̃ diſpoſuit Alexander tertius in cõſilio Turoñ. in. c. nõ magnopere. ne clerici vel monach. vbi prohibetur cuilibet poſt votum religionis & poſt profeſſionem factam ad phyſicam legeſve mundanas audiendas exire. ſi vero exierint, & ad clauſtrum ſuum intra duorum menſium ſpacium non redierint, ſicut excõmunicati ab omnibus euitentur, & in nulla cauſa (ſi patrocinium prẽſtare voluerint) audiantur. reuerſi autem, in choro, capitulo, menſa, & cæteris vltimi fratrum exiſtant, & (niſi forte ex miſericordia ſedis apoſtolicę) totius ſpem ꝓmotionis amittant. Ratio aſſignatur ibi, ne occaſione ſcientiæ, ſpirituales viri mundanis rurſus actionibus inuoluãtur. Superuenit Honori⁹ tertius, qui edidit decretalẽ ſuper

[margin: Nouus intellectus ad. c. ſuper ſpecula.]

ſpecula.ne cleri. vel monachi. & decret.ſu=
per ſpecula. de magiſt. &.c. ſuper ſpecula.
de priuil. In prima citauit cõſiliũ Turo.con
tra regulares, & voluit ꝙ ipſo facto ſnĩam
excoicationis incurrãt, ſic dicẽs, quia nõnul
li ex talibus, videlicet regularibꝰ, propter
quorũdã opiniões diuerſas excuſatiõis ali=
quid ſumebant, ideo ſtatuit vt ſtudiũ theo=
logiæ amplieť, d.c. nõ magnopere, extẽdi
ad archidiaconos, decanos, plebanos, p̃po=
ſitos, cantores, & alios clericos perſonatus
habentes, necnon preſbyteros. Verũenim
uero quia Pariſijs quidam ex prædictis do
cebant leges, & audiebant, ideo idem Ho
no. tertius edidit decretalem ſuper ſpecula.

Textꝰ. c. ſuper ſpecula. de priuileg.

de priuileg. in hæc verba, ſuper ſpecula.
& infra. Sane licet ſancta eccleſia legũ ſe=
cularium non reſpuat famulatũ, quæ æqui=
tatis & veſtigia imitanť, quia tñ in Fran=
cia & nonnullis prouincijs laici Romano=
rum Imperatorum legibus non vtuntur,
& raro occurrunt eccleſiaſticæ cauſæ tales
quæ non poſſunt ſtatutis canonicis expe=
diri, vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur, &
infra, firmiter interdicimus, & diſtrictius
inhibemus, ne Pariſius vel in ciuitatibus
proximis quiſq̃ docere vel audire ius ciui=
le præſumat: & qui contra fecerit, non ſo=
lum a cauſarum patrocinijs interim exclu
datur, verumetiam per epiſcopũ loci excõ=
municationis vinculo innodetur. Ecce er=
go verba.d.c. ſuper ſpecula. de priuileg.
¶ Primo ſciẽdũ eſt ꝙ hæc cõſtitutio ſuper
ſpecula. de priuil. eſt pars decreta. ſuper ſpe
cula. ne cleri. vel mona. & ſi ſit vna cõſtitu
tio ab vno eodẽq; edita, tamen duæ partes
fuerũt factæ per conditorẽ, eo quia duobus
titulis cõueniebãt materię. primo cõuenie=
bat rub. ne cleri. vel mona. quia interdicit
ne audiãt monachi ſacerdotes & religioſi
leges ſeculares, ne imiſceãt ſe negotijs ſecu
laribus. Itẽ quia cõueniebat etiã rub. de pri
uil. eo quia datur ſpeciale priuilegiũ theo=
logiæ, vt amplieť, ne religioſus, vel ſecula=
ris ſacerdos, vel quiuis aliꝰ dignitate vel ſa=
cerdotio curato pręditus, leges doceat, vel
audiat. ¶ Et ſic nõ dicitur illud ſuperfluũ, li 19

Aliqd nõ dicitur ſuperfluũ licet bis repetať ad verbum.

cet bis repetatur, etiã ad verbũ, quãdo ma=
teria cõuenit duobus titulis, & in duobus
titulis lex fuerit ſita. glo. & ibi patruꝰ meus
Rebuffꝰ, & alij ĩ.l. mulieres. C. de dignit.
lib. 12. & in.l. mulieres. C. de incol. lib. x. idẽ
probať in.l. ſi quis in cõſcribẽdo. C. de epi=
ſcopis & cleri. & in.l. ſi quis. C. de pactis.
¶ Secundo præmittẽdũ eſt quòd vna pars
legis vel cõſtitutionis debet intelligi & in=
terpretari ſecundũ aliam partẽ pręcedentẽ
vel ſequentẽ.l. hæredes palã. §. ſed ſi notã.
ff. de teſta.l. ſi ſeruus plurium. §. fina. de le=
ga. j. ergo hæc decretalis ſuper ſpecula. in=
telligetur ſecũdum præcedentẽ partẽ de=
cretalis ſuper ſpecula. ne cleri. vel mona. &
ad illas perſonas tãtũ ibi expreſſas refereť.
¶ Nã præcedẽtiũ quadruplex eſt virtus, ſci 20

Quadruplex virtꝰ eſt pręcedẽtium.

licet declarandi. d.l. ſi ſeruus pluriũ. ſecũdo
ſupplendi.l. item. §. idem Iulia. ff. de pact.
Tertio ampliãdi.l. regula. §. fi. ff. de iur. &
fact. ignor. quarto pręcedẽtia habẽt pote=
ſtatẽ reſtringẽdi.l. ſi cũ fundũ. ff. de verb. ſi=
gnifi. Bal. cõſil. 357. no. pro duce &c. in. 5.
vol. ergo illa p̃cedẽs pars. c. ſup ſpecula. ne
cle. vel mona. reſtringet hãc decretalẽ ad p=
ſonas ibidẽ expreſſas, quia a primordio ti=
tuli poſterior formať euẽtꝰ.l. j. C. de impo.
lucra. deſcrip. li. x. ¶ Itẽ cõſtitutio noua ad 21

Lex noua ad interpretationẽ antiq̃ refertur.

interpretationẽ antiquę facta habet locũ in
eiſdẽ caſibꝰ in quibꝰ lex interpretata, & nõ
in alijs. tex. in authẽ. de filijs ante dota. in=
ſtru. natis. colla. 3. circa fi. ibi, cũ oĩbus ma
nifeſtũ ſit, oportere ea q̃ adiecta ſunt, p in
terpretationẽ in illis valere, in quibꝰ & in=
terpretatis legibꝰ ſit locꝰ. & ibi Bar. not. ꝙ
omnia q̃ habẽt locũ in lege ĩterpretata, in=
telligunť repetita in lege interpretãte. igiť
perſonę poſitę in. c. nõ magnopere. & in. c.
ſup ſpecula. ne cleri. vel mona. cẽſebũť eſſe
repetitæ in. c. ſup ſpecula. de priuile. & illę
tm̃ perſonę erũt ꝓhibitę iura ciuilia inter=

Clauſula adiecta ĩ lege interpretata videtur repetita ĩ.l. interpretante.

p̃tari Pariſijs, non alię. Nã clauſula adiecta
in lege interpretata vr̃ repetita ĩ lege inter
p̃tãtę. Bar. ĩ.l. nihil. p illũ tex. ff. de cõiun. cũ
emãci. lib. etiã ſi eſſent diuerſę cõſtitutiões.

Bar.in.l.prætor.§.eritq́ hæc differentia.ff. vi bono.rapto.& vna clauſula legis decla-rat aliam ambiguam.l.vtrum. & ibi Bal. & Ang.ff.de petitio.hære. Soci.in.l.vlt.in fine.ff. de reb.dub.imo præcedens clauſu-la eſt maioris potentiæ ad determinationẽ ſequentium,q̃ ſequens ad determinationẽ præcedentium.Bar.in.l.quiſquis.ff.de leg. iij. facit.l.filiũ.ff.quãdo dies leg.ced. ergo clauſula poſita in.c.ſuper. ne cleri.efficaciꝰ trãſibit ad iſtud.c.q̃ ſi in hoc.c.fuiſſet clau-ſula appoſita.quanuis dicta in pręcedenti-bus non cenſeantur repetita in ſequẽtibus ex interuallo,tamen ex illis ſumitur decla-ratio ſequentium.Ang.& Imol.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig. refert Soci. in d.l.fina.Barb.conſilio.4.ſcribitur.col.5.in fi.vol.1.& cõſilio ſequẽ.col.2.igitur in hoc tm̃.c.repetet pſonas ĩ alia parte expreſſas, & ſic Pariſijs tantũ prohibentur legi iura ciuilia religioſis,& alijs.ĩ.d.c. ſup ſpecula. ne clerici &c.expreſſis,& nõ alijs p p̃dicta

22 ¶Tertio præmittendũ eſt, ꝙ ratio legis
Ratio legẽ limitat & reſtringit. limitat, reſtringit vel ampliat dictũ præ-cedens ad eũ caſum tantũ,ad quem exten-ditur ratio legis.l.ſi is qui animo.& ibi Al-ber.& alij.ff.de acqui.poſſe.l.j.de aucto.tu-to.l.j.C.quę ſit longa cõſuetudo.Iaſ.in cõ-ſilio.2.col.8.verſi.ſeptimo prædicta. in.2. vol.ſed ĩ.c.nõ magnopere. ne cleri.vel mo na.aſſignatur ratio, ne ſpirituales viri occa ſione ſciẽtię mundanis actionibus inuoluã-tur.Igitur ratio loquitur tantũ de viris ſpi-ritualibus,& ſic de religioſis, & alijs viris eccleſiaſticis,& non de laicis, qui non ſunt ſpirituales viri.ergo ad laicos non extẽde-tur prohibitio,vt cenſeantur prohibiti au-dire vel legere leges Pariſijs. nã in d.c. ſu-per ſpecula.ne clerici.aſſignatur alia ratio, quia nõnulli ex talibus propter quorũdam opiniones diuerſas excuſationis aliquid aſ-ſumebant.& ideo quia cupit ſtudium theo logiæ ampliari, extendit diſpoſita in cap. non magnopere,ad ſacerdotes,& alios cle ricos dignitates vel perſonatus habentes. veruntamẽ quia Pariſijs(vbi ex omnibus mundi partibus homines confluunt) hoc non ſeruabatur,igitur fecit cõſtitutionem ſpecialẽ.c.ſuper ſpecula.de priuile.ne quiſ-q̃ Pariſijs docere leges vel audire præſu-mat,eadẽ ratiõe motꝰ,vt ſcilicet theologię ſtudio plenius inſiſtatur.& ſic iſtos tantũ expreſſos noluit hic Pariſijs profiteri poſſe iura ciuilia,vel audire.nec ampliaretur ꝓ-pter cõmunem prohibitionẽ legũ, ſtudiũ theologiæ,quia laici nõ audiunt nec docẽt theologiã.ergo conſtitutio generaliter ꝓ-hibens ne audiãtur leges,videtur referri ad illos qui nõ poterant, & tñ volebant,quia nitimur ĩ vetitũ.cle.in pleriſq́.de elec.imo putarẽ theologiã melius fulgere, ſi hic le-ges interpretarẽtur,q̃ nunc, quia quælibet facultas vellet ſuã præcipuã eſſe,& ſic quili bet legeret.ideo illa mater theologia ſem-per excelleret,quia oppoſita iuxta ſe poſi-ta magis eluceſcũt.l.fi.ff.de lega.3.& eſt di

ctũ philoſ.¶His præmiſſis probat.c. ſuper 23
ſpecula.de priuileg. intelligi debere tãtum de ſacerdoribus & alijs expreſſis ſupra in c.ſuper ſpecula.ne cleri.vel mona. Primo dũ dicitur in.d.c.ſuper ſpecula.de priuil.ſa ne licet ſancta eccleſia legũ ſeculariũ nõ re-ſpuat famulatũ,quæ æquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitãtur,tamen in ſupra expreſſis perſonis ꝓhibet.alioqui ſi generaliter pro-hiberet Pariſijs,& in locis circũuicinis le-ges interpretari,reſpueret legũ famulatũ, & eſſet ſibi cõtrarius,quia dicit ſe nolle re-ſpuere.nã ſic arguit,poſtquã eccleſia nõ re ſpuit leges ſeculares, ergo nec nos debe-mus reſpuere.tñ vt ſtudiũ theologiæ ma-gis vigeat,Pariſijs maxime, interdicimus ne aliquis ibidẽ ex p̃dictis ſupra docere vel audire iura ciuilia pręſumat,& ſic in his re ſpuimus legũ famulatũ,nõ in alijs. alioqui papa reprobaret leges,quas in adiutoriũ in ducit.c.1.de no.operis nũ.& in alijs infini-

tis locis.¶Secũda ratio tex.eſt,quia tamen 24
in Frãcia,& nonnullis prouincijs laici Ro- Galli non vtuntur legibus.
manorũ imperatorũ legibꝰ nõ vtunẽ,ideo & fortius ſacerdotes,& alij viri ſpirituales nõ debẽt vti,& ſic nec legere nec audire.&

ita concludit hæc ratio, cũ ab eccleſiaſticis viris nõ ſit ſecularium literarũ quærẽda peritia. c. legimꝰ. 37. diſt. alioqui ratio nõ cõcluderet. nã Pictauis & Aurelię nõ vtunt̃ legibus Romanorũ, ergo ibidẽ non deberent legi leges ſecũdum illam rationem, nec in tota Francia, cum non vtantur legibus, niſi tanquam rationabilibus. Iaſ. in. l. illam. C. de collat. dixi in. xj. no. in repet. l. vnicę. C. de ſentẽtijs quæ pro eo quod intereſt. ideo intelligi debet vt dixi.

¶Tertia ratio poſita in. d. c. ſuper ſpecula. de priuileg. eſt, quia raro occurrũt eccleſiaſticæ cauſæ tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri. Igitur eccleſiaſticę perſonę cum raro habeant alias cauſas quàm eccleſiaſticas, non debent legibus inſiſtere. hoc vult dicere, vt referat cauſas eccleſiaſticas ad perſonas eaſdem. laici vero cum habeant alias cauſas, quàm eccleſiaſticas, & quæ non poſſent expediri per ius canonicum, debent leges etiam publice Pariſijs audire, & docere, vt cauſę ipſorum decidi poſſint. alioqui ſi papa voluiſſet generaliter prohibere hic Pariſijs iura ciuilia interpretari, dixiſſet, quia occurrũt raro cauſę. non dixiſſet eccleſiaſticæ. quare voluit tantum intelligere de perſonis eccleſiaſticis. alias quomodo potuiſſent alię cauſę cõtractuũ, tutelarum, legatorum, & aliæ infinitę decidi per ius canonicũ? certe eſſet tollere iuſtitiam & ęquitatem in cauſis non eccleſiaſticis. Igitur non ſic debet intelligi, ſed tantum, vt dixi, in illis perſonis quę habent raro alias cauſas quã eccleſiaſticas. & de his quę raro eueniũt, nõ ſit lex. l. ex his. & l. nã ad ea. & l. iura. ff. de legib. Imo ego legi in quibuſdam decretalibus antiquis iſta verba, occurrunt raro eccleſiaſticæ cauſæ talium, quæ nõ poſſunt canonicis ſtatutis expediri. Et ſic clarius eſſet exprimere, quod intelligatur tantum de talibus in. d. c. ſup ſpecula. ne cleri. vel mona. expreſſis quia ibi etiam dicit, quia nonnulli ex talibus.

¶Quarta ratio traditur ibi, & vt plenius ſacræ theologiæ ſtudio inſiſtatur, debet intelligi quàm legibus. Igitur ſi leges nullo modo Pariſijs legerentur, non inſiſteretur plenius theologiæ, ſed in totum, & male eſſet facta comparatio de verbo plenius, cũ comparatiuum debeat ſapere naturam poſitiui. l. iubere. & ibi not. ff. de iuriſd. omnium iud. Item hęc ratio refertur ad aliam rationem poſitam in. d. c. ſuper. ne cleri. vbi dicit velle ſtudium theologiæ ampliare, & tamen non extendit niſi ad ſacerdotes, & ibi nominatos, ergo nec hic: quia non debemus ita fauere ſtudio theologiæ, vt ſtudiũ legũ deſtruamꝰ, arg. c. ex tenore. de foro compet.

Nõ eſt ita fauẽdum ſtudio theologię vt legũ ſtudium deſtruatur.

¶Quinta ratio poteſt ſumi in ſecunda parte ibi, firmiter interdicimꝰ, & diſtrictius inhibemus. nam hic prohibet geminate, quod ſimpliciter prohibuerat. Et verba geminata multum operantur. l. baliſta. ff. ad treb. & Corſe. in ſuo tract. de geminatis inſerto in tract. de poteſtate regia.

Geminata verba q̃d operent.

ideo denotans hic papa quod alias prohibuerat ſacerdotibus & alijs nominatis ibi audire iura ciuilia, tamẽ contrarium fiebat Pariſijs maxime, ideo ſtatuit ne quiſquam audire vel docere Pariſijs, vbi maxime cõtrarium fiebat, præſumat. ¶ Nec obſtat q̃ 25
ibi nominat Pariſ. ergo non debent ibidẽ leges interpretari ſeculares. Reſpõ. per rationes ſupra expreſſas reſtringi debet ad illas perſonas, & ideo expreſſit Pariſijs ratione frequentioris vſus, quia frequentius ſacerdotes legebãt leges Pariſ. quàm alibi. ideo Pariſ. expreſſit, licet idẽ ſeruari debeat Aurelię, Tholoſæ, & alibi. Et regula eſt quod quando perſona exprimitur ratione frequentioris vſus, quia hoc frequentius accidit in ea, non tamen per hoc videtur excludere alias perſonas. glo. in cle. j. in verbo præſidentes. de reſcript. & l. vna in verbo ſponſam. C. de rapto. virgi. vbi dicit mulierem puniendam eſſe ſi rapiat virum, etſi tex. non loquatur niſi de viris, quia in eis frequentius accidit quod rapiant mulieres, quàm contra. Vnde ſi dominus feudi fecit 26
pactum cum colono, quod haberet quartã partem vini de vitibus per eum plantandis

Pariſ. quare in tex. noſcetur.

in fundo,ſi plantet alias arbores, debet habere ex illis quartam, quia de vitibus fuit expreſſum propter frequentiam. Iſtud no. Ioha. And. in addit. ad ſpecu. in titu. de locat. §. j. refert Corſet. in ſingu. incipien. frequentia. vbi addit alia iura vltra eum adeo tex. iuncta glo. in. l. 2. in verb. filio. ff. de vulga. & l. in facto. ff. de condit. & demõſt. l. 3. de publi. in rem actio. Barba. in. c. abbatem. no. j. de reſcrip. & in rub. de reb. eccle. non alienand. col. 42. nu. 172. & ſeq. Iaſ. cõſilio. 149. in iſta. col. vlt. volu. 2. Item quando in lege vel conſtitutione eſt expreſſus locus propter frequentiam, tunc non excluditur alius loc⁹. tex. i. l. j. C. de Nili aggeri. non rumpend. & ibi dicit glo. idem in aggeribus aliorum fluminum. melior tex. in authẽ. caſſa. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicitur, caſſa & irrita eſſe & denunciari per totam Italiam præcipit ſtatuta cõtra libertatem eccleſię. & ibi dicit glo. Italiam ideo dixit, quia ibi maxime fiebãt. ſi tñ alibi fiant, idẽ ius & æquitas eſt. ecce ergo licet ibi nominetur Italia, tñ idẽ erit in alijs locis. facit glo. in ꝓœm. decretal. i verb. Bononię. quę dicit, & ſi tex. dicat Bononię ꝓpter frequẽtiã ſtudij, tñ illa cõſtitutio ad oẽs vniuerſitates extẽdetur. Iaſ. conſil. 166. pũctus. in fi. vo. 4. Sic & licet hic noĩet Pariſijs, tamen etiã habebit locũ alibi, vt ſacerdotes & alij expreſſi nõ poſſint legere iura ciuilia nec Pariſijs, nec alibi, per ſupradicta: nec voluit plus Pariſieñ. ligare q̃ alios. Itẽ quæ maxime digna ſunt, niſi ſpecialiter exprimãtur, videntur quaſi neglecta. l. itẽ apud §. hoc edictũ. ff. de iniur. ¶ Sed Pariſij eſt ciuitas

27 Ciuitatis Pariſieñ. egregia collaudatio.

maxime digna, vtpote mundi totius præcipua, tã in ſciẽtia q̃ in alijs bonis, ergo fuit bonũ exprimere eã, ſicut facit papa cũ intẽdit cardinales cõprehendere, eos ſpecialiter nomĩat, propter eorũ amplã dignitatẽ, & prętogatiuã. c. j. de ſchiſmat. in. vj. & c. j. & c. fœlicis. de pœnis in. vj. Barba. conſilio. 23. ſcripſit. col. 8. in. j. volu. ſicut etiam dicitur in euangelio, Dicite diſcipulis eius, & Petro. Item in tex. prohibet etiam in ciuitatibus & locis vicinis iura humana legi, non quòd velit in alijs locis ſacerdotes & alios iura humana docere poſſe, ſed ne fiat fraus per iſtos religioſos, vt legant in ciuitatibus proximis, & ſic fieret fraus, vt not. in. c. ſi ciuitas. de ſent. excommuni. in vj. alioqui mirandum eſſet de ſummo pontifice, cur prohiberet leges interpretari Pariſ. & Romæ, vbi maxime debet theologia vigere. Dicit velle habere ſtudium generale iuris diuini, & humani, canonici videlicet, & ciuilis. c. 2. de priuileg. in. vj. & hoc ſtatuit, quia de diuerſis mundi partibus multi confluunt ad ſedem apoſtolicã. ſic multo maiores ad ciuitatem Pariſ. ergo ibidem debet eſſe ſtudium generale, & vtrunque ius legi, vt ſit mora fructuoſa habitantibus, nec quod in ſua ciuitate admittit, debet in alia reprobare. ¶ Nec refragatur tex. ibi dum dicit, ne quiſquam, qui videtur tam laicos quàm clericos comprehendere. Reſpoñ. ꝙ tantum videtur cõprehendere illos de quibus in prima parte locutus eſt. ſed in. c. ſuper. ne cleri. locutus eſt de religioſis & ſacerdotibus, & alijs ibi ſcriptis, ergo de illis intelligetur tex. etiam ſi vſus ſit verbo quiſquam. tex. in. c. ſententiam. ne cleri. vbi in princ. dicit de clericis, in fine ſuggerit, ne quiſquam &c. & tamen vult intelligere de clericis. ſic & in hoc tex. & ille tex. bene facit. & in. c. dura §. fina. de crimi. falſ. ¶ Item tex. vtitur verbo pręſumat, quod debet intelligi propria auctoritate. ergo nõ excludit habitã licentiã a ſuperiore. Ita loquitur tex. in. c. decernimus. de iud. & ibi glo. tex. in. c. ſi. 9. q. 3. ibi, non ſimpliciter dictum eſt, nil agat, ſed cũ determinatione, nil præſumptiue aſſumat abſq; epiſcoporum conſilio. & facit. c. primum. & c. monaſteria. de vita & honeſta. cleri. c. precarię. j. ibi, ſine licentia & regio conſenſu facere præſumat. quando quis facit auctoritate ſuperioris, nõ dicit̃ pręſumere. c. fina. de elect. c. cum laici. de iur. patro. c. omnis. de pœnitẽ. & remiſſionib⁹. Barb. conſilio. 29. illud. col. 8. volu. 3. & cõſil. 123.

28 De di[ctione] ne quiſ[quam]

29 De ver[bo] præſume[re]

ſcripſit.numero.17.inter cõſil. Alex. in.4. volu.Feli.in.c.Iudæi.in fi.de teſtib.

30 ¶Quæret quis, cuius auctoritas requiratur? Videtur quod papę, quia eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare.l.ſi puellæ.ff.de ſponſa. Secundo inferior non poteſt tollere legem ſuperioris.cle. ne Romani.de elect.c.1. & 3.10.diſtin. Tertio conſtitutio cap.nõ magnopere.nec cleri.vel monach.eſt conciliaris. & contra conſtitutionem concilij non diſpenſat inferior a papa. glo.in.c.cum dilectus.in verbo in ætate.de elect.quam ſequitur Feli.& alij in.d.c.at ſi clerici.§. fin. col.2.de iud.& in.c. nonnulli.col.3.de reſcript. etiam legatus.glo.penult.in.c.dilectus.in primo.de præbend.Panor. in.c.dilecto.ibidem.Iaſ. conſil.98.col.2. volu.4. Quarto in caſibus a iure expreſſis eſt permiſſum epiſcopis diſpenſare, ergo in alijs eſt prohibitum, arg. l.j. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & inſtit. illo titu.in princ. & pro hoc eſt tex. formalis in.c.dilectus. de tempor.ordinand.¶Quinto epiſcopus tenet canones ſeruare.c.ego.N.de iureiu. &.4.diſtin.c. fi. in fi.&.cap. hac conſona. 25.q.j.& ſic non debet facere contra canones, niſi expreſſe ſibi cõcedat.ſed in hoc caſu hoc nõ cõcedit.ergo nõ poterit.¶Sexto qui de vno exprimit, de alio negat.c.qualis. 25.diſt.c.nonne.de præſumpt.l. cum prætor.ff.de iud.ſed diſpẽſatio in aliquibus caſib⁹ exprimitur, vt poſſit fieri ab epiſcopo. ergo in alijs nõ expreſſis negatur quòd ab eo poſſit fieri.¶Septimo epũs vel alius inferior non poteſt facere contra canones, niſi ſibi expreſſe concedatur.not.in.c.vno de natis ex libero vẽtre.c.dudũ. in.2.de elect. ¶Octauo quæ ad communẽ vtilitatẽ inducta ſunt, perpetuo remanere debent.c.1.2. & ſequen.25.q.1. & ſecũdum illam epiſcopi & inferiores iudicare debẽt.c.in iſtis.4. diſt.Sed non legere leges Pariſijs, inductũ eſt ob vtilitatem theologiæ, ergo iſtud debet ppetuo remanere, & ſic epiſcopus non poterit dare licentiam legendi iura ciuilia ibidem.¶In contrarium videtur illa regula generalis ex.c.nam cõcupiſcentiam. extracta de conſtitu.vbi omnia videntur conceſſa, niſi ſint prohibita.l. necnon.§. quod eis.ff.ex quib.cauſ.maio. ſed nõ inuenitur a iure prohibitũ quin epiſcopus Pariſieñ. det licentiam legendi iura ciuilia, ergo erit eidem permiſſum.facit.c. milites. 23.q. 5. ¶ Secundo tranſlato ſacerdotio in epiſcopos, neceſſe fuit vt fieret legis tranſlatio.c. tranſlato.de conſtitu. ¶ Tertio facit dictũ apoſtoli, in cuius locum ſunt epiſcopi inſtituti, dicẽtis: Omnia mihi licent.c.aliud. xj.q.j.& primæ ad Corinthios.6.c.ergo omnia licent epiſcopis. & ſic licebit epiſcopo Pariſienſi dare facultatem legendi iura ciuilia hic Pariſijs.

¶Quarto qñ cõditor canonis ſpecialiter ſibi non retinuit, eo ipſo videtur facultatẽ alijs dediſſe.tex.formalis in.c.nuper.de ſenten.excõmunica.& ibi glo. dicit epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt prohibita.tex.in.cap.cum apud.de ſponſa.c.ſunt nõnulli.16.q.1.c.at ſi clerici. .§.de adulterijs.de iud.c.miror.50.diſtin.& iſta eſt cõmunis opinio, quam not.docto.in cap.dilectus.de tempor.ordina.&.c. excõmunicamus.j.§. ſane. de rheretic. vbi dicitur quod epiſcopus poteſt diſpẽſare vbicunque non prohibetur, niſi immutaret vniuerſum ſtatum eccleſiæ, vt ibidem dicitur. ergo in hoc caſu poterit, cũ tex.videatur eidem permittere, tum quando dicit preſumat, tum etiam quia tex.pœnam excõmunicationis eidem committit, ergo & abſolutionem cõcedere videtur, vt infra diſco, & ſcripſi in.§.j.de colla.ſupra. 31

¶Quinto probat hoc.c. ſuper ſpecula, vbi epiſcopo Pariſieñ.relinquit pœne ĩpoſitionem, ibi, per epiſcopũ loci excõmunicatiõis vinculo innodetur.ergo & diſſolutionem. & intelligo epiſcopũ poſſe innodare clericos ſacerdotes legẽtes iura ciuilia hic ante duos menſes, quia poſt ſunt a iure excommunicati.c.ſuper. ne cleri. vel monach. & hoc probatur in hoc cap.dum dicitur, interim innodetur, & ſic ante duos menſes. 32

[margin: …pos… diſ… ad …dẽdas …legen… …l ges …ſijs.]

[margin: …ad …mmuſ …vtilſ …em in… …cta ſũt …tuo re… …nere …bent.]

nec obſtat primum quòd eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare: quia hoc eſt verum regulariter. attamen, vt dixi, quãdo ſpecialiter papa ſibi non reſeruat, alijs concedere videtur. d. c. nuper. Nec obeſt quòd inferior non poſſit tollere legẽ ſuperioris, quia diſpenſando non videtur eam tollere, arg. c. excommunicamus. 1. §. ſane. de hęret. & ſic ſolutum eſt quintũ, quod canones ſeruare teneatur, quia ex cauſa poteſt diſpẽſare: & etiã modificare poteſt. d. cle. ne Romani. nec refragat quod cõtra conſtitutionẽ cõcilij non poteſt epiſcopus diſpenſare. fac eſſe, & ſic non poterit diſpenſare quòd religioſus audiat leges, vel doceat, quia hoc prohibetur in. d. c. nõ magnopere. ſed quia alię conſtitutiones nõ ſunt cõciliares, ideo poterit diſpenſare. Nec me mouet aliud quod in aliquibus tantum caſibus ſit epiſcopis permiſſum, quia vt ſupra dixi, imo in omnibus, niſi a iure prohibeat, vt prędixi. Nec debet quis cõturbari propter octauũ, quod ea quæ inducta ſunt ad vtilitatẽ, debent perpetuo remanere, quia hoc eſt verũ niſi epiſcopus viderit maiorẽ vtilitatem, quia tunc poterit diſpenſare. tex. ſing. in. l. ſi hominem. ff. mand. & ibi multa addidi.

33 ¶ De cõſuetudine tamen aditur curia Romana vt diſpenſet tã cum ſacerdotibus q̃ cum religioſis: & eſt tutius tenere ſtilũ & conſuetudinẽ curiæ Romanæ, licet de ſtricto iure præcedẽs opinio poſſit quo ad intellectũ. c. ſuper ſpecula. ſuſtineri, & diſputando. tamen communis opinio eſt vt papa tantum hoc poſſit, nil tamen dicũt de diſpẽſatiõe vt Pariſ. legãtur leges. Inſtitit

34 D. Floret⁹ ĩ vtroq; iure florẽs, de. l. minime. ff. de legib. minime mutãda ſunt quę ſemp certam interpretationem habuerũt. Item in rebus nouis conſtituendis euidens vtilitas eſſe debet. l. penult. ff. de conſti. princip. Adde etiam quod nouitates pariunt diſcordias. c. cum conſuetudinis. de conſuetud. & reprehendendus eſt qui nouitates inducit. c. fi. xj. diſt. & ſic is nou⁹ intellectus nõ eſt ſequendus ſecundum eum nouitates reprobantẽ. Reſpoñ. non eſſe mutanda niſi ex cauſa. nam ſtatuta ab apoſtolis ex cauſa mutata fuerunt. c. corepiſcopi. 68. diſt. & ibi Archid. c. non debet. de conſangui. Vel nõ mutanda ſunt, quæ habuerunt interpretationem veram, non errore inductam. ſecus ſi illa interpretatio fuerit erronea, vt hic. Alber. in. d. l. minime. per. l. quod nõ ratione. ff. de legib. ſed intellectus doctorum fuit erroneus, vt quilibet doctus videre poterit, ergo mutari debet ſecundum pręcedentem intellectum.

Nouitates pariũt diſcordias, & reprehẽdẽdus eſt, qui nouitates inducit.

¶ Pręterea euidens eſt vtilitas, vt hic Pariſijs legantur leges, primo vt iuſtitia ſeruetur, & ęquitas augeat, vt patet in hoc tex. & tolle leges Imperatorum in ciuitate Pariſieñ. quas deus per Imperatores & rectores ſęculi diſtribuit humano generi, & nemo audebit dicere, hæc villa eſt mea. Si autem vt teneantur iſta ab hominibus, regũ iura fecerũt, vultis vt reticeamus leges, vt gaudeatis. c. quo iure. 8. diſt. vbi ſunt hæc verba Auguſtini, & c. fina. x. di[illegible] [illegible]eſtram flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſq; diuerſis ꝓcellis, & quæ pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita & nunc ſuum robur propriumq; vigorem obtineat. & ſic nõ debet prohiberi legi, niſi certis perſonis. Item euidẽs erit vtilitas ex ſtudio legum, tam ĩ vniuerſo q̃ in particulari. In vniuerſo, quia per leges quæ legentur hic, totus mundus illuminabitur. authen. habita. C. ne filius pro patre. Et hæc ciuitas replebitur ſapientibus & doctiſſimis iuriſconſultis. Etiã in particulari erit vtilitas, quia quilibet poterit audire illos legentes leges, tam procuratores, ſolicitatores q̃ alij, quod non facerent ſi nõ hic legerentur. Hoſtien. in ſumma de ferijs. §. fina. verſicul. quid ſi magiſter. Panormita. & alij in cap. final. de iudi. Pro dolor quot euaſiſſent in magnos iuriſconſultos, ſi hic leges interpretatæ fuiſſent, qui fuerunt deſides, nil audientes, ſed toti voluptatibus addicti fuerunt, quas ſuſtuliſſet ſcientia legalis. c. nõ 35

Vtilitas vt Pari[ſ.] leges interpretẽtur.

nunq̃.de conſecra.diſt.5.& minoribus ex-
pẽſis fierẽt doctiores ciues hic, q̃ alibi,quia
ſtudium nõ poteſt continuari extra vrbem
magnis ſine ſumptib⁹.l.fi.C.de alimẽ. pu-
pillo prçſtand.& ibi Bal.ad quas ciues qui-
dam non ſunt pares extra ciuitatem,& ta-
mẽ i dicta ciuitate eſſent: & etiã quia alibi
extra parẽtes ſcholaſtici a ferula liberati,vo
luptates potius ſequũtur & malos mores q̃
ſtudia,quod nõ facerent ſi hic leges inter-
pretarentur.¶Item ciuitas per leges effice-
retur locupletior,& nobilior.l.quis tã inue-
niri.vbi gl.& docto.C.de decurio.lib.x.&
alia multa cõmoda inter priuilegia ſchola-
36 rium inſerui.Præterea dixi publice in con-
cluſione, quia leges apud vrbes regias pu-
blice legi debẽt.§.hæc autẽ tria.in prooem.
ff.&.c.tuę.de cleri.non reſiden.Item in du-
bio decretalis vel lex debet intelligi vt mi-
nus obliget q̃ magis.c.ex parte.j.de ver-
bo.ſignifi.Georg.Nathan poſt Anchar.in
§.fina.col.3.cle.ſępe.illo titu.Neuiſa in ſil-
ua nuptia.fol.25.col.4.in magno volumi.
Sed minus obligabit intelligendo tantum
de religioſis,& ſupra nominatis, ergo iſte
intellectus debet recipi. Item ſenſum deli-
cti excluſiuum recipere debemus, ſicut eſt
iſte.Barb.cõſil.12.co.2.in.2.volu.& ſic pa-
tet intellectus tandiu ſepultus ad.d.c.ſuper
ſpecula.de priuileg. Cogita lector doctiſſi-
me,quia iſta ſunt valde ſubtilia, & nondũ
per doct.adducta.laus deo opt.maxi.

Ciuitas nobilitatur & locupletatur per leges.

Leges vbi publice legi debẽt.

Senſum delicti excluſiuũ recipere debemus.

1 ¶SEXTA QVAESTIO PRINCIP.
¶Sexto principaliter quæritur,a quibus
concedi poſſint nominationes? Reſpoñ.
quod de quibus loquimur,ab vniuerſita-
tibus regni Delphinatus & Comitatus
Dien.ac Valeñ.vt patet in rub de elect. in
princi.& in.§. prętati.j.de colla.ibidẽ.& in
verſi.beneficia vero.& alibi per totum titu
lum.licet vniuerſitas Valeñ. non concedat
ex cõſuetudine,quod male facit ſi petãtur.

A quibus dentur nominationes.

2 ¶Quæret quis,quare poti⁹ ab vniuerſitati
bus quàm ab alijs dentur? Reſpoñ.quia cũ
vniuerſitates habeant graduatos ab eiſdẽ
notos,vtpote quia eos approbarũt ad gra-
dum.l.nemini.C.de aduocat.diuerſo.iudi-
cio.l.magiſtros.& ibi Bar.& patruus me⁹
Rebuffus.C.de profeſſ.& medicis.li.10.cõ
uenietius ergo fuit,vt ipſi doctores eos ad
beneficia approbent,qui dignos ad hono-
res iudicarunt.nec eſt veriſimile,quod in-
dignos tam vniuerſitatum doctores excel-
lentes nominent,& hoc ex reuerentia ſtu-
diorum.l.quicquid.C.de aduocat. diuerſo. 3
iudicum.Nec has paſſiones affectionis tan
tas,nec alias prçſumuntur habere viri lite-
ris prçditi,ſicut ignari.c.fi. de prçſumptio.
licet multa ab amica earum paupertate pa-
tiantur, & gens ignara boni neſcit ſuccur-
rere doctis. itẽ ſicut vniuerſitatis cauſa ex-
penſum eſt,vt quis ſtuderet,& poſtea ef-
ficeretur graduatus : ita vniuerſitas gratia
compenſationis ſtudij debet eſſe, videlicet
concedendo nominationes. argu.§. fina.in
prooem.inſtitu.Et ſic placuit conditori, vt
in ſimili dicitur in.§.furtiuę.inſti.de vſuca
pio.& non omnium quæ a maioribus no-
ſtris conſtituta ſunt,ratio reddi poteſt.l.nõ
omnium.ff.de legib. vel etiam conceſſum
eſt vniuerſitatibus vt nominationes conce
dãt,ne res diuerſo iure cẽſeatur.l.cũ qui.ff.
de vſucapio. ſed diuerſo iure cenſeretur ſi
vniuerſitas concederet gradus,& alius no-
minationes : ergo vniuerſitatibus conceſ-
ſum eſt nominare,poſtq̃ ad gradus admit-
tere poterat. Ex his elige cui dicas,tu mihi
ſola places.vel inuenias meliorẽ rationẽ,&
ego facile illi acquieſcam. ¶Primo quæro 4
quæ vniuerſitates? Reſpoñ. vniuerſitates
regni Franciæ,Delphinatus,& comitatus
Dieñ.vt ſupra dictum eſt. quod probatur 5
in.§.j.de præſenta.& inſtitu.prælat.ſupra,
& in rub.de pœna temere venientium cõ-
tra concordat.& alibi ſępe per concordat.
¶Hoc tamen anno.1534.in magno con-
ſilio fuit pronũciatum arreſtum, per quod
conceditur vniuerſitati Cadomẽſi in Nor
mania nominare,& nominationes conce-
dere,licet concordata de ea non loqueren-
tur. tamen quando prouincia vel villa adij
citur regno vel comitatui acceſſorie, ita

Quare ab vniuerſitatib⁹ dãtur.

Viri literis pditi nõ pſumũtur vitijs dati,licet paupertate opprimantur.

Vniuerſitas Cadomeñ. noĩationes concedit.

quod ſit vnum regnum, debet regi ſecun-
dum regulam regni cui accedit, & iiſdem
legibus & priuilegijs eſt gubernanda, qui-
bus regnum. Bar. in. l. ſi conuenerit. in. 2. §.
ſi nuda. ff. de pigno. actio. per illum tex. Pa
nor. in. c. quia monaſterium. de religio. do-
mi. Curtius conſilio. 57. Item quia regnũ
eſt quid vniuerſale, ergo omnes acceſſio-
nes ſibi contingentes ſequentur regni na-
turam. l. peculium. in princi. ff. de leg. 2. Et
beneficium conceſſum regno, tanq̃ princi-
pali, trahitur ad eius augmentum. c. quia
circa. de priuil. facit. l. fi. C. de alluuio. multa
tradit Albertus brunus in tracta. de augmẽ
to, in. 9. concluſio. principa. in princip. Et
bonum eſſet quod vniuerſitates prouinciæ
etiam concedere poſſent nominationes, &
his iuribus in concordatis expreſſis vteren
6 tur, ac his prærogatiuis gauderent.

Vniuerſitates extra regnũ an poſſint noĩatiões dare.

¶ Secundo an vniuerſitates extra regnum
vt Auenioneñ. Aqueñ, Dolana, Italiæ, Bri
tanniæ, vel Angliæ, poſſunt nominationes
concedere ſuis graduatis? Reſpoñ. cum ſit
tantum hoc priuilegium nominandi con-
ceſſum vniuerſitatibus ſupradictis, nõ ex-
tendetur ad alias, ſicut priuilegium perſo-
nale. regula, priuilegiũ. de regu. iur. lib. vj.

Cõcluſio.

Et ſic affixi concluſiones, Nominationes
vniuerſitates cõcedere prohibentur. Item,
Vniuerſitates extra regnum, vel etiã vni-
uerſitates regni prohibentur concedere in-
capacibus, vel ad beneficia extra regnum,
argu. l. fina. ff. de iuriſdi. omnium iudi. quia
limitatum eſt priuilegium, cui nil debet
addi, argu. l. in agris. ff. de acquiren. rerum
dominio. Idem ſi vniuerſitas eſſet ſuſpen-
ſa, iuxta. §. monemus. de colla. in concorda.
Poſui aliam concluſionem, videlicet con-
cedere poſſe etiã iuris eſt explorati. intellige
7 vt ſupra. ¶ Tertio dubitatur, an vniuerſi-

Noĩatiões ad beneficia extra regnũ nõ dantur.

tates regni poſſint concedere nominatio-
nes ad beneficia ſita extra regnum? Re-
ſpoñ. non, tum quia extra territorium illa-
rum. argu. l. fina. ff. de iuriſdict. omnium iu
di. c. fina. de conſtitu. lib. vj. notat. in. l. j. C.
de ſumma trinita. & territoriũ quo ad hoc
eſt illis datum: ergo extra nõ poſſunt. tum
etiam quia eiſdem non eſt conceſſum niſi
limitate, vt habetur in proœmio concor-
da. ergo illi priuilegio limitato nil addi de-
bet. l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio.
¶ Facit quod not. Anchar. & Peruſ. in cap. 8
fina. notab. prio. de verbo. ſignifica. vbi di-
cit quod epiſcopus non poteſt concedere
indulgentiam ſubditis porrigentibus ma-
nus adiutrices operi in alterius dioceſi con-
ſtruendo, ex quo concernit opus faciendũ
extra dioceſim, licet eius effectus deriue-
tur in ſubditos. ¶ Sic debet dici in nomi- 9
nationibus, vt non poſſint concedi ad be-
neficia extra regnum ſita, etiam ſi illorum
perueniret collatio iure deuoluto ad epi-
ſcopum, vel archiepiſcopum in regno exi-
ſtẽtem, etſi. D. Chaſſa. in catalo. conſidera.
32. partis. x. reliquerit cogitãdum, quia pri
ma cauſa inſpicitur, per cle. primã de ſup-
pl. negligen. prælatorum.

Bonũ eſt argu. de pſonis ad locum.

¶ Item quia bonum eſt argumentum de
perſonis ad locũ, & econtra. l. 2. ff. ne quis
eum qui in ius voca. eſt, vi eximat. Iaſ. in. l.
vinum. nota. prio in fine; ſi certum petat.
Sicut ergo exteris non poſſunt nomina-
tiones concedi, ita nec ad beneficia exte-
rorum, & ſic extra regnum.

De vniuerſitate de nouo erecta.

¶ Quarto quæro, quid ſi erigeretur vni- 10
uerſitas de nouo in regno Franciæ, an no
minationes concedere poſſet? Videtur
quòd ſic, quia vniuerſitatibus regni hoc
eſt conceſſum, & ipſa eſt de regno, ergo
eidem videtur conceſſum. Item quan-
do eriguntur vniuerſitates, conceduntur
tur eis priuilegia talia, qualia competunt
alijs vniuerſitatibus regni Franciæ, &
quod in omnibus & per omnia gaude-
at priuilegijs aliarum vniuerſitatum. ſic
ergo priuilegijs aliarum gaudere poterũt,
per. l. 2. §. furioſi. ff. de iure codicil. nota.
doct. in. l. j. ff. de leg. 1. ergo & nominatiões
concedere poſſent, & huic opinioni ſtarẽ,
ſi ſic eſſet cõſtructa & a papa & a rege vni-

uerſitas,vt dixi.Itē ſi conceſſum fuerit pri
uilegiū,quod in regno Frāciæ nō ſoluatur
pedagiū,& cōtingat comitatū accedere re-
gno,quod tale priuilegiū cōpetet etiā comi
tatui regno adiūcto. Alber.brunus in tract.
de augmēto, in.9.cōcluſio.prin.per ea quę
tradit Bar.in.l.ſi cōuenerit.§.ſi nuda. ff.de
pig.actio.& in.l.ſenatorum.C.de dignita.
lib.12.Sic & illa vniuerſitas addita alijs,no
minationes cōdere poſſet,& priuilegia alia
rū haberet.tū quia eſſet regni vniuerſitas,
de quibus loquitur concordatū, & vniuer-
ſitatibus regni cōceſſum eſt vt nominatio
nes dent.vide tamē quæ tradunt docto.in
11 Facultates nō dāt noīatiōes nec tēpus ſtudij. cle.ſi.de reſcrip.¶Quinto quæro an facul-
tates poſſint nominationes concedere? Re-
ſpon.non, etiā ſi omnes eſſent cōgregatæ
ſine rectore.d.§.pręfati.j.ibi,per vniuerſita
tes nominatis. ſequit̄ glo.in prag. ſanctio.
rub.de colla.§.ita tamen.in verbo vniuer-
ſitatibus.vbi dicit quod facultates poſt de-
negationē factam ab vniuerſitate, nō pote
runt dare nominationes,quia non videtur
vniuerſitas etſi omnes facultates eſſent cō-
gregatæ, ac omnes cōſiliarij vniuerſitatis,
niſi rector adſit.Nec tunc ſine rectore eſſet
12 Acephala vniuerſitas eſt ſine rectore. formoſa,ſed acephala, quia caput eſt de eſ-
ſe corporis.c.nulla ratione. 93.diſt. Bal.in
authen.habita.col.10.numero.42.C.ne fi-
lius pro patre. Deci⁹ & alij in.c.ex literis.
not.vlt. de conſtitu. imo caput eſt princi-
pale membrum corporis.l. cum in diuer-
ſis.ff. de religio. & ſumpti. funerum. ideo
caput debet in nominationibus adeſſe. Idē
puto in tempore ſtudij,vt etiam vniuerſi-
tas debeat atteſtari.nec ſufficeret ꝙ rector
& facultas atteſtaretur,quia nō eſt vniuer-
ſitas,a qua debēt certificatoriæ literæ ema
nare.d §. præfati. ideo bonum eſſet quod
vniuerſitates quæ hunc habent ſtilum,vt
Tholoſana & Cadurceñ.hoc corrigerēt,&
ponerent,rector vniuerſitas & facultas.&
hoc fuit factū Biturigibus me inſtigante,
& ibi regēte.vide q̄ dico infra.q.11.& q̄ di
xi i.§.pfatiq; graduati.in glo.manu ſcribę.
de colla.vbi dixi apud Pariſios nō ſeruari.

¶Sexto quæro,aliqua vniuerſitas non ha- 13 De vniuerſitate quę nō habet omnes facultates.
bet omnes facultates,vt hæc Pariſieñ. &
Aureliana, an poſſint nominationes con-
cedere? Videtur quòd nō,quia non videtur
vniuerſitas. Contrarium eſt verum,cū do-
ctores & ſcholares faciāt vniuerſitatem,vt
habetur in prooemio decreta. & in prooe-
mio.vj. alioqui vniuerſitates Pariſien. &
Aurelianeñ. non poſſent eas nominatio-
nes concedere,cū nō habeant omnes facul
tates.quod contrarium obſeruatur. nec re-
quirit concordatum ꝙ vniuerſitas omnes
habeat facultates, ideo nec ego requiram:
& non minus dicitur vniuerſitas, etiam ſi
omnes facultates non ſint conceſſæ ibidē.
¶Septimo,an vniuerſitas poſſit nominare 14 Vniuerſitas nō nominat in illa facultate non conceſſa.
graduatū in illa facultate quam nō habet,
vt baccalaureum in iure ciuili hæc vniuer-
ſitas Pariſienſis? Reſpon.non,quia nō po-
teſt atteſtari illum ſtuduiſſe in iure ciuili
in hac vniuerſitate,cum non ibidem lega-
tur.Item eſſet extra ſuam iuriſdictionem:
quod eſt reprobatum in.c.fina.de conſtit.
in.vj. Item quia non poteſt nominare gra
duatum alterius vniuerſitatis,ne cauſæ cō
tinentia diuidatur,contra legem nulli. C.
de iud.glo.in.§.item quod ad dictas.in ver
bo ſuorum.de colla. in prag. & dicam in-
fra.& in hac vniuerſitate nullus ſumit gra-
dum in iure ciuili. ergo baccalaureum vel
alium in iure ciuili graduatum non poteſt
nominare,niſi illi conferret gradum in iu-
re canonico. Vide tamen quæ dixi ſupra
in.5.q.

SEPTIMA QVAESTIO
PRINCIPALIS.

¶Septimo principaliter quæro,quo tem- 1 Quo tempore dent noīatiōes
pore concedantur nominationes? Reſpon-
deo(quia vulgata eſt,paucis finietur.l.j.ff.
pro dote) de conſuetudine nominationes
conceduntur tantum tempore quadrage-
ſimæ. glo. in §. ſtatuit. in verbo quadra-
geſimæ. de collatio. in pragma. vbi dicit 2 Triplex quadrageſima.
eſſe triplicem quadrageſimam,& habe-
ne ſciūt Chordigeri & Cartuſienſes. Qua-

dragesima proprie illa dicitur quæ eſt an‑
te paſcha,de qua.C.de ferijs.l. quadragita.
&.c.quadrageſima. de cõſecr.diſtin.5.Ex‑
tra tamen cõſuetudinẽ non video quod ſit
prohibitum vniuerſitatibus eas cõcedere
etiam extra quadrageſimã inſtar aliorũ re‑
ſcriptorum,quæ omni tẽpore concedi poſ‑
3 ſunt,vt not.in rub.de reſcrip.¶Primo quę‑
ro an dieb⁹feſtis quadrageſimę cõcedi poſ‑
ſint? videtur quod nõ,quia omnis iudicio‑
rũ ſtrepitus in illos dies ceſſare debet.l.fi.
C.de ferijs.c.1.illo tit.Cõtrariũ arbitror ve‑
rius,quia ea quæ ſunt volũtariæ iuriſdictio
nis,poſſunt etiã dieb⁹feſtis exerceri.l.actus
publici.C.de ferijs.ſpecu.eo.tit.§.ſequitur.
verſ.quid ſi in ferijs. Angelus in diſputat.
incipiẽte,duo.col.2. ſicut ſunt nominatio‑
nes.ideo etiã diebus dominicis vidi in ali‑
quibus vniuerſitatib⁹ eas cõcedi, Quippe
etiã feſtis quędã exercere dieb⁹ Fas & iura
4 ſinũt,dicit Virgil.in georg.¶Secũdo quæ‑
ro an in eccleſia cõcedi poſſint?Reſpon. cũ
ſit bonum argumentũ de tẽpore ad locũ.
glo.in cle.ad noſtrũ. in verbo regularẽ. de
cenſib.ſicut poſſunt diebus feriatis cõcedi,
vt ſupra concluſum fuit, ita & in loco fe‑
riato,videlicet in eccleſia.Iaſ.& alij in.l.vi‑
nũ.ff.ſi cert.pet.Tutius tñ eſt ꝙ diebus ꝑ‑
5 feſtis & extra eccleſiã cõcedãtur. ¶Tertio
quero,Pariſieñ.vniuerſitas erat cõſueta cõ
cedere nominationes in eccleſia ſancti Ma
turini,alibi tñ cõcedit:an valeant? videtur
quod nõ:quia conſuetudo eſt ſeruãda.l.de
quibus.ff.de legib.Cõtrariũ ſentio,quia cõ
cordatũ non aſtringit niſi vt cõcedãtur ab
vniuerſitatibus regni,vt ſupra probaui.er
go in quocũq; loco fuerint cõceſſæ,nõ vi‑
tiabũtur,dũ tamen ſint vniuerſitates regni
quæ cõcedant.Nec obſtat ꝙ in vno loco e‑
rant ſolitę cõcedi,quia hoc nõ aſtringit in
futurũ,niſi forte ſtatutũ eſſet in illa vniuer
ſitate,videlicet vt cõgregationes alibi non
fiãt q̃ apud prædicatores,vel in eccleſia ſan
cti Ioãnis,vt eſt apud Bituriges:tunc quia
venirẽt cõtra ſtatuta alibi faciẽdo cõgrega
tionẽ,forte nõ valerẽt,quia dicit cõcordatũ

> 3 Diebus feſtis an diſtribuãtur nominationes.
> 4 In eccleſia concedi poſſint noiatiões
> 5 In quo loco dentur

ſtatuta vniuerſitatũ eſſe ſeruãda.in.§. mo‑
nemus.de colla.in cõcord.¶Quarto quęro 6
an vniuerſitates poſſint cõpelli dare nomi
nationes?Reſpon.nõ,vt habetur in prag.
ſanct.§. itẽ qđ ad dictas. de colla.in verbo.
poterũt.quia verbũ poteſt,liberã tribuit fa
cultatẽ,nõ neceſſitatẽ.l.ſæpe audiui Cæſarẽ
noſtrũ dicentẽ,hac reſcriptione,eũ qui ꝓ‑
uinciæ pręeſt,adire potes,nõ imponi neceſ
ſitatẽ procõſuli,&c.ff.de offic.pręſid. Bar.
& alij in.l. Gallus.in princi. ff.de liber.&
poſthu.c.faciat.22.q.2.¶Præterea noiatio 7
nes dicuntur gratiæ,vt ſæpius dicit glo. &
maxime in verb.nominare.d.§.itẽ qđ ad di
ctas.Et illa dr̃ gratia quę gratis datur.c.gra
tia.& ibi Archidi.j.q.j. nec proprie dicitur
grã ſi neceſſitati occurrat.Ancha.cõſi.295.
pro clariori euidẽtia.col.penul.& in neceſ‑
ſitatib⁹nemo liberalis exiſtit.l.rẽ legatã.ff.
de adimẽ.leg.nec de ſuo cogit̃ qs beneficiũ
facere.c.precarie.j.x.q.2. Male tñ facerent
vniuerſitates ſi eas denegarẽt graduatis be
nemeritis.c.vt cõſtituerct.& ibi glo.50.di‑
ſti.inſtar diſpẽſatiõis,q̃ licet nõ poſſit peti
niſi deprecatiue.arg.c. q̃to.2.q.5.tñ peccat
prelatus eã denegãs cauſavtilitatis exiſtẽte
vel neceſſitatis,ſeu alia iuſta cã.c. alligant. 8
26.q.7.Feder.cõſi.40.ſup eo.ideo affixi cõ
cluſionẽ hãc,videlicet. Pariſiẽ. vniuerſitas
noiationes denegare nõ debet,etiã lẽgũ ſtu
dioſis,cũ leges ibidẽ publice legi,iure non
ꝓhibeat̃,& ſupra dixi.q.5.imo poſſet ipſo
rari officiũ iudicis nobile cõtra vniuerſita‑
tes noiationes denegãtes.arg.glo.in rub.ff.
de interrog.actio. põderat tex.i.d.§.mone
mus.de colla.ibi nõ habeãt aliquos noiare,
niſi eos q̃ ſecũdũ pręfata tẽpora ſtuduerint.
ergo ſi ſtuduerit p p̃fata tẽpora,habẽt eos
noiare. & hoc ſumẽdo argumẽtũ a cõtrario
ſenſu,qđ eſt validũ in iure.l.j.ff.de off.eius
cui mand.eſt iuriſd. Et ſi iudex denegaret 9
ſuũ officiũ,diceretur inferre iniuriã parti,ſi
iuſte petat̃.l.j.§. pmittit.& ibi Bar.ff.de a‑
qua quoti.& ęſtiua.& poteſt ab illa denega
tiõe appellari.l.j.C.ſi ſępi⁹ in integrũ reſti.
poſtu.not.in.l.j.ff.de iuriſdicti.omniũ iud.

> 6 Vniuerſitates dare noiatiões an debeãt
> 7 Gratia quid dicatur.
> 8 Concluſio Pariſiẽ. vniuerſitas noiatiões denegare nõ debet &c.
> 9 Iudex denegãs ſuũ officiũ dicitur inferre iniuriã parti.

l.nõ quicquid.de iud.Bar.in.l.4.§.hoc autẽ iudiciũ.de dãno infect.Feli.in.c.ſup his.col. 4.cũ ſequẽ. de accuſa.Iaſ. inſti. de actio in prin. nu.66.col.9.ideo poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem,per.c.nullus.& ibi Panor.de iur.patro.Arch.in.c.primates,in fi. 71.diſt.Panor.in.c.tuę.de cleri.non reſidẽ. & conſilio.44. & conſilio.84.in.2. volu. & ita appellauit facultas decretorũ Pariſ. a denegatione facta per vniuerſitatem, & fuit ꝓlatum arreſtum in hoc venerabili ſenatu hoc anno.1535. ante paſcha in menſe Martio pro.d.facultate,quo dictum fuit ꝙ vniuerſitas teneret nominare & recipere graduatos in facultate decretorum,licet aliquibus de vniuerſitate durum viſum fuerit practicãtibus Rub. de lege fuſia &c.

10 Vniuerſitas nemini claudit gremium.

ℭ Hodie non oportet iſta inquirere, quia ſicut eccleſia nemini claudit gremium,ita nec vniuerſitas afferenti pecunias, niſi per inuidiam quãdoꝗ contrarium fiat,vt dixi. nec obſtat.c.precarie.j.x.q.2.vbi nemo cogitur de ſuo facere beneficium.quod intelligit ibi glo.non procedere,quando aliquis alij prodeſt,& ſibi non nocet,vt in hoc caſu, per.l. in ſumma.ff.de damno infect.

ℭ Nec refragatur ꝙ nominationes dicãtur gratiæ,& gratia dicitur quæ gratis datur. c.gratia.& ibi Archi.j.q.j.Ancha.cõſil.95. dico quod . & ſi gratis nõ detur,nõ minꝰ dicetur gratia, eo quòd dari gratis debet.

ℭ Nec obeſt quod nemo dicatur liberalis in neceſſitatibus.l.rem legatam.ff. de adimen. leg.quia ibi glo.reſpoñ. vel poſſum dicere,quod ſaltem eſt liberalitas in cui cõferendo.glo.in.c.relatum, de præbend. & c.quanuis.illo titu.in.vj.

ℭ OCTAVA QVEST. PRINCIPALIS.

1 Quibus dirigantur nominationes.

ℭ Octauo principaliter quæro quibus dirigi poſſunt nominationes . Reſpondeo, collatoribus ordinarijs , & patronis eccleſiaſticis.§.præterea.& alibi ſæpe in illo titu.de colla.in concord.& intellige collatores illos qui quoquo modo iure poſſunt conferre beneficia,ſiue per electionem,extra tamen confirmationem, ſiue per prouiſionem,ſiue alio modo : vt not.in.c.cum in illis.§.j.de præbend.in.vj.Et ſic generaliter illis poſſunt dirigi nominatiões, ſicut mandata apoſtolica.not.in.c.mãdatum. de reſcript.& habita notitia iſtius articuli quibus dirigi poſſint,intelligetur alius,quibꝰ dirigi non poſſint,vt no.in.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.

2 Qui ſint collatores ordinarij.

ℭ Primo quæro qui dicãtur collatores ordinarij? Reſpoñ. omnes clerici qui a papa vel lege ſeu conſuetudine habent poteſtatem conferendi beneficia eccleſiaſtica,arg.c.a iudicibus.2.q.6. vt not.in.c.fina.de off.leg.lib.vj.& in.c.ordinarij.de off.ordina.eo. lib.&. c.ſi ſoli. de conceſſio. præbend.ibidem,cle.j.vt lite pẽdent.& ibi card.q.14.& ſic in.d.§.pręfatis ꝗ ordinarij. & .§.præterea.dicuntur ordinarij nedum epiſcopi, ſed etiam alij, tam ſuperiores quàm inferiores,ad quos beneficiorum collatio,ſeu alia prouiſio ſpectat, etſi non habeant iuriſdictionem, per glo. in.d.clemẽ.j.vt lite pend. Decius in.c.poſt ceſſionem.in.j.nota.de probat. Card. ĩ cle. j.§.ad hęc.& cle.2.de ſtatu monacho.& dixi in.§.j.in glo.ordinarius.de colla.ſuꝑ.

2 Ad quos ſpectare poſſit collatio beneficiorum.

ℭ Notandum eſt ꝙ infraſcriptis perſonis poteſt collatio beneficiorum ſeu prębendarum ſpectare, Primo ad epiſcopum & capitulum ſimul de iure communi.c. poſtulaſtis.de conceſſio.præben. Feder.cõſilio.j. & alias ample conſului. non hic repeto .

ℭ Secundo ad ſolum epiſcopum,vel ſolum capitulum de conſuetudine.c.cum eccleſia vulterana.de electio.& ibi glo. & docto.

ℭ Tertio ad vnum canonicum ratione ſuę hebdomadę.c.mandatum.de præb. in.vj. vide rotam deciſio.583.nota. in dioceſi.in antiquis.qui vice capituli confert.Feli.in.c. eam te.col.9. verſi.mandatum factum.de reſcript.&.c.cauſam.col.11.Ibidem.

ℭ Quarto poteſt ſpectare ad capitulum & epiſcopum alternis vicibꝰ.cle.plures.de iur.patro.c.cum in illis.§.fina.de præbend. in.vj.& ſi vnus impediatur cõferre ratione mandati vel nominationum in ſuo tur-

no,an poterit poſtea conferre libere,tradit glo.in.§.itē quod omnia.in verbo faciēdo. in fi.de colla.in prag.Ioan.And.& alij in.c. cū in illis.de præbēd.in.vj.Rota deciſ.190. not.quod vbi.in antiq.Io.de Ana. conſilio 43. ſtante.dico in titu.de mand.apoſtolicis in verb.quinquaginta. ¶Quinto pertinet collatio ſiue inſtitutio facta pręſentatione. c.j.& per totum titu.de inſtitu.¶Sexto po teſt competere ad aliquem clericum aucto ritate apoſtolica.c.cū aliquibus.de reſcript. lib.vj.c.is cui.de prębend.ibidem.

¶Septimo ſpectat collatio ad laicū ex pri uilegio apoſtolico.c.dilectus. in.3.de pręb. & his ferme omnibus,demptis laicis,poſ ſunt nominationes dirigi, vt infra latius deducetur.Rota deciſio.190.nota ꝙ vbi ex ſtatuto. in antiq. quando collatores ſunt ordinarij,vt hic dicitur. ¶Secundo quæro

4 Legatus conferre debet graduatis. an comprehendatur legatus a latere? videt ꝙ nō, cū auctoritate apoſtolica procedat. glo.& doct.in.c.ſi abbatem.de elect.in.vj. Sed Roma.pontifex non comprehēditur, ergo nec ipſe.Contrarium credo verius,tū quòd ſolus papa voluit vt ipſe & ſucceſſo res iure pręuentionis libere conferre poſ ſent,vt patet in.§.j.de manda. apoſtolicis. ergo alij non habent poteſtatem illam.tū etiam quia papa hanc facultatem præuen tionis non conceſſit:& ſi cōceſſiſſet, regni colæ non paterentur legatum alteri q̃ no minato cōferre:quia regnicola leges regni ſeruare debet,& ſemper recipitur in Fran cia cum modificationibus regni, & reſtri ctionibus,& non alias,vt patet in ſua rece ptione.¶Item concordatum fuit inter pa pam & regem,quod concordatum habet vim contractus,vt ſupra in princi.dixi. & contractus ligat etiam legatum & princi pem.c.j.de probatio.& ibi plura addidi.

¶Pręterea.§.ſi quis vero cuiuſcunq̧ ſtatus. de colla.videtur legatum a latere ſubijcere his legibus regni,& ita tenetur. Cōſequēs eſt etiam quod.d.§.ſi quis vero, exprimit cardinales debere cōferre nominatis, ergo & is ipſe,cū ſit cardinalis,& etiam quia.d. §.ſi quis.exprimit aliud verbum,vel alte rius cuiuſlibet dignitatis.Item dicitur ordi narius in.c.2.de off.legat.lib.vj.tū eius po teſtas eſt extraordinarie inuenta, vt tenet glo.in cle.fi.de off.ordi.glo.in.§. viſum. in verbo legatorum. in fi.de colla.in prag. Et ſic ei non diriguntur nominationes ratiōe ſuæ legationis. ſed ſi habet epiſcopatum, vel archiepatum,ratione illorū poſſunt ei dē dirigi,& etiā tanq̃ legatus tenetur gra duatis & legitime qualificatis beneficia eis pręſtituta conferre. ¶Tertio quęro an cōs

prehendātur cardinales? videt ꝙ nō, quia qui ſunt ſpeciali nota digni,ſi non expri mātur,non comprehendunt.l. itē apud.§. hoc edictum.ff. de iniur.tex.in.c.2.de offi. deleg.in.vj.vide Feli. in.c.cū in iure.de off. deleg.c.quod ſuper. de fide inſtrumen. 5 Cardinalibus dirigūtur nominationes.

¶Tū in.d.§.ſi quis vero.exprimūt, cuius verba inſero,ſi quis vero cuiuſcūq̧ ſtatus, etiā ſi cardinalatus,patriarchalis,aut pōti ficalis,vel alterius cuiuſlibet dignitatis,cō tra prædictum ordinem,& qualificationes ſuperius ordinatas,de dignitatibus, perſo natibus,adminiſtratiōibus,vel officijs, ſeu quibuſuis alijs beneficijs eccleſiaſticis huiuſ modi,aliter q̃ modo prædicto diſpoſuerit, diſpoſitiones ipſæ ſint ipſo iure nullę, col lationeſq̧ & prouiſiones ac diſpoſitiones il lorū ad immediatū ſupiorē deuoluant,qui eiſdē pſonis mō præmiſſo qualificatis pro uidere teneatur &c. Alioqui nō comprehē duntur cardinales,niſi exprimant, vt pul chre cōſuluit Petrus Ancha.cōſilio.295.p clariori.vbi dicit ꝙ diſpoſitio quātūcunq; gnālis ſi ſit odioſa, nō cōprehēdit ſuplatiua vel maxima,aut maiora expſſis.c. ſedes.de reſcript.alioqui fruſtra eſſent ibi expreſſi. Itē exprimūtur i.c.vno.§. oēm.de ſchiſma. in.6.Sic cōſuluit Barba.cōſi.23. ſcripſit p pheta.col.8.in.3.q. vol.j.& Roma. conſil. 498.in caſu quo. C.col.j.& ſic cardinalibꝰ poſſunt dirigi nominationes,& ipſi tenen tur noīatis ſic prouidere & graduatis, put ſtatutum eſt eod.titu.in cōcord. etiā ſi ha berēt indultū,quod non poteſt tollere iura

Text. et corda. paragrapho ſi quis vero. 6

regni, vt dico in.d.§. ſi quis vero.
7 ...ores ...cōpre ...dantur ...rōcorſ. ℭ Quarto an cōprehendātur epiſcopi æta-
te minores? videt ꝙ nō, quia per verba ge
neralia cuiuſcūꝗ ſexus cōditionisve ſit, nō
cōprehēditur minor, niſi exprimatur. tex.
iuncta glo. in.l. promittendo. ff. de iure do-
tium. ſequitur Alex. & Iaſ. in.l.j.§. nūciatio.
col.5. ff. de operis noui nunciat. vbi dicūt ꝙ
verba generalia reſtringuntur ratione æta-
tis, quia defectus iuris naturalis nunq̄ cēſe-
tur ſublatus, etiā ſi lex loquatur cū termi-
no vniuerſali, & geminatione verborū. Iaſ.
in.l.2.§. prætor ait. ff. qui ſatiſda. cogant. fa
cit.l. emptor.§. fina. de pact. Contrariū te-
neo, quia tertia pars beneficiorum eſt affe-
cta nominatis & graduatis.§. pręfati. in.1.
de colla. in concordat. Ideo ſiue collatores
ſint minores, ſiue maiores, tertia pars be-
neficiorū remanet affecta, ad quēcunꝗ ve-
niat collatio. arg.l. venditor. ff. de iud. item
hic ligantur epiſcopi, & poſtq̄ minor ha-
bet illam dignitatē, ergo debet hac conſti-
tutione comprehendi. nā ligantur collato-
res, ordinarij, ergo quicūꝗ ſint, ſiue maio-
res ſiue minores, imo potius debēt hi ad-
ſtringi q̄ maiores ex mente concordatorū
vt cōferāt graduatis & nominatis. alioqui
cū nil ſciant, aut ſcire præſumantur.l. fina.
8 ff. de iur. & fact. ignorāt. ſuis ſimilib⁹ igna
ris & iuuenib⁹ omnia beneficia cōferrēt,
etiā ſi haberent præceptores doctos. Memi
...de ne ...mancipi ni me legiſſe, quod quidā Necromanticus
habebat diſcipulum nobilem, qui ſibi ma-
ria & montes promittere ſolebat: quem vo
lens tētare pręceptor Necromāticus ꝑ artē
fecit vt diſcipulus videret electus in impe
ratorem. magiſter id tpis rogabat eum vt
ſibi daret bona iāiā toties ꝓmiſſa. at ille di
ſcipulus ſuo præceptori nō erubuit dicere,
neſcio quiſnā es. tūc magiſter, ego ſum il-
le, inquit, q tibi oia dedi, & etiā tollā. Præ-
terea qui habet nomen, & effectū debet ha
bere.l. a nullo. C. de ferijs. ſed minor ſcopu
lus habet epātū, ergo cōprehendet. inſuper
minor ętate factus cū diſpēſatione ep̄s po
terit beneficia cōferre, vt not. in.c. cū nobis
oli. de electio. & plene Io. de ſelua in tract.
de beneficio in.2. parte. q.6. ergo & ei diri-
gi poterūt noiationes, alioqui epiſcopuli
vt ita loquar, cū ſuis nucib⁹ eiſent melioris
cōditiōisq̄ ſapiētes, cōtra.c. eū qui. de pręb.
in.vj. de qbus dicit eccleſiæ, ꝓ patrib⁹ tuis
nati ſunt tibi filij. Pſal.44. qđ dictū expo
nit btūs Augu. in.c. fi.68. diſ. ſic inquiēs. Pa
tres miſſi ſunt apoſtoli, ꝓ apoſtolis filij na
ti ſunt, & cōſtituti ep̄i, &c. Nec obſtat glo.
in.d.l. ꝓmittēdo, quia pōt intelligi, quādo
materia nō caderet in minorē, vtpote in de
licto. tūc minor nō cōprehenderet, alioqui
ſic. tex. in extrauag. ad reprimendū. in ver
bo cuiuſcunꝗ ſtatus, dignitatis, vel condi-
tionis. vbi dicit minorem comprehendi, dū
tamen ſit in tali ætate, in quā delictum ca-
dere poſſit. c.j. de delictis puero. cap. final.
de reb. eccleſiæ. non alienand. lib. vj. ex-
tra, cum deteſtabile. de ſimon. in commu-
nibus Corne. conſilio.152. licet in hac.
colum. prima, volumi. primo.
ℭ Quinto quæro, an comprehendatur fœ- 9
mina habens collationem beneficiorum? Fœminæ an noia-
videtur quod non, quia hoc expreſſiſſet cō tiones diri
cordatum, ſi voluiſſet. cap. ad audientiam. gi poſſunt
de decimis. & potius faceret ſe ſarracenam,
quàm vt voluptati ſuę non obtemperaret.
pulcher tex. i cap. tua nos. de iureiuran. Ta
men contrarium credo: per illa verba in.d.
.§. ſi quis vero. in verbo cuiuſcunꝗ ſtatus.
& ibi, cuiuſlibet dignitatis, ſiue ſit maſcu-
lus, ſiue fœmina. exponit gl. in.d. extrauag.
ad reprimendū. in verbo conditionis. Barb.
conſilio.23. ſapientiſſimus. col.4. in.2. vol.
Facit etiam verbum quis, quod comprehē-
dit tam maſculos q̄ fœminas.l. ſi quis id
quod. ff. de iuriſdi. om. iudi.l.j. de verbo. ſi-
gni. & ibi plene dixi.c. ſi quis ſuadente.17.
q.4. & dixi in tract. de pacifi. poſſeſ. in prin
ci. Ideo qn̄ abbatiſſa cōfert beneficia ex pri-
uilegio, eidem poterunt nominationes diri
gi. & quod abbatiſſa cōferat beneficia, eſt
tex. in.c. dilecta. de maior. & obedien. & in
ca. dilecto. de teſti. Ita tenet in proprijs ter
minis Cardina. in capitul. cum dilectus.

iij.q.col.5.de cõſuet.doc. I.c. fi.de cõceſſio.
præbẽd. Roch.de curte in tract. de iure pa
tro.q.j.in verb.competẽs.vbi pulchre con
cludit etiã meretrici poſſe competere iuſ
pátronatus rationibus multis, quas ibi vi-
10 dere licet. ¶ Sexto an capitulo dirigi poſ-
ſint nominationes? & breui reſpon.quòd
ſic,quando collatio beneficiorum ad illud
ſpectat, quia & mandatum poteſt dirigi.
c.eam te.de reſcript.c.ſi capitulo. de con-
ceſſio.præben.in.vj.dixi in.§.præfatiq; or-
11 dinarij. in glo.quicũq;.de colla. ¶ Septimo
quæro an comprehendatur is qui confert
iure deuoluto?tex.in.d.§. ſi quis vero. hoc
exprimit ibi, prouiſiones ac diſpoſitiones
illorum ad immediatũ ſuperiorem deuol-
uantur,qui eiſdem perſonis modo præmiſ
ſo qualificatis prouidere teneatur: & ſi cõ-
tra venerit,ad alium ſuperiorem deuolua-
tur prouiſio & pręſentatio huiuſmodi gra
datim,donec ad ſedem apoſtolicã fiat de-
uolutio &c.Ecce ergo quomodo ſuperior
iure deuoluto tenetur eiſdem cõferre per-
ſonis,quibus tenebatur inferior ante deuo
lutionem.igitur ſi beneficium erat confe-
rendum regularibus per primum conferẽ-
tem,religioſis conferri debebit per ſecun-
dum,ad quem eſt facta deuolutio ſi nomi-
natis conferre debebat primus, & ſecun-
dus tenebitur eiſdem prouidere,alioqui nõ
valebit collatio in contrarium facta. tex.
elegans in clemen. vna de ſupplen. negli.
pręla.glo.in.§.ſi quis.in verbo ſimiliter.de
colla.in prag.quia res tranſit cum ſuo one-
re.l.alienatio.ff.de contrahend. empt.c. ſi
quis laicus.& ibi glo.16.q.1.tum quia ſub-
rogatum debet ſapere naturam eius,in cu-
ius locum ſubrogatur.l.ſi eum .§.qui iniu-
riarum.ff.ſi quis cautio.tum quia ius eligẽ
di tranſit cum eadem qualitate. Romanus
12 ſingu.478.pone quod arbitrium.quod fa
cit pro conſulibus Mõtiſpeſſulani, qui in-
tra certum tempus habent eligere doctorẽ
licentiatum,aut nobilem in primum con-
ſulem,vt ſi intra id temporis nõ elegerint,
deuoluatur collatio ad proximum ſuperio-

Capitulo in nominationes dirigantur.

Iure deuoluto cõferens nominatis & graduatis tenetur prouidere.

No. p cõſulib⁹ Montiſpeſſulani.

rem,id eſt ad gubernatorem, qui debebit
eligere eoſdem,quos conſules tenebantur
videlicet doctorem,aut nobilem,licet gra-
uate hoc faciant. ¶ Item qui in alterius lo-
cum ſuccedunt,eodem debent iure vti,quo
ille vti debebat.Regula,is qui.de reg.iur.
in.vj.vtpote ſi monachi de gremio eligere
debebant, & non eligant, ad ſuperiorem
fiet deuolutio cum eadem qualitate. Ioan.
And.in mercuria.in regula,contra eum.de
reg.iur.in.6.Alber.in.l.in contrahenda. ff.
illo titu.Roma.in repet.l.ſi vero.§.de viro.
fallen.20.ff.ſolut.matri. ¶ Facit q ſi alicui 13
eſt relicta res cum hoc onere,vt non poſ-
ſit eam alienare,ille poſtea ad quem tranſ
ibit per ius accreſcendi,etiam non poterit
eam alienare.l.vna.§.ſinautem ad deficien
tis.C.de cadu.tollẽ.Iaſ.in repet.l.re cõiun-
cti.col.2.numero.3.ff.de leg.3. Item ſi po-
ſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit, eo iure 14
vtet,quo is vſur⁹ erat,cui ſucceſſit.l.nõ in-
telligit.§.ſi poſteriori .ff. de iure fiſci.facit
l.j.§.is etiã.vt legato. ſeu fideicõmiſ.no.ca-
ueatur. Præterea ſi quis habeat expedire a-
ctum cũ conſilio alicuius,& ille delegaue-
rit actũ,delegatus tenebitur requirere con
ſiliũ,ſicut prim⁹ tenebat.tex.in.c.cũ in ve-
teri.notab.3.de elect. Panor. idem dicit in
iudice ibi,quem ſequitur Feli.in.c.cũ dile
cta.col.12.amplia.7.de reſcript. vbi iudex
eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudi-
cis ſecularis,debet procedere ſummarie ſi-
cut ſecularis tenebatur.Ad hæc ſubdelega-
tus eiuſdem debet eſſe qualitatis,ſicut dele-
gatus.c.ſtatutum.§.in nullo. de reſcript.in
vj.& eadem tẽpora concedi debẽt ſubde-
legato,quæ delegato vel ordinario qui de-
legauit.l.ſi iudex cui certa.ff.de iudi.
¶ Cõſequẽs eſt q ſi nobilis colligat peda- 15
gium ſupra pontem, & eo deſtructo alius
reficiatur,idem vectigal poterit exigi,cum
pons cenſeatur eſſe conſtructus cum eadẽ
qualitate,ſicut primus erat.Bal.in.l.ſi plu-
res.col.4.verſi.vidi dubitari.C.de condit.
inſert.& in.l.3.in fi.de priuileg.fiſci.Male-
ret in tract.de elect.fol.47.in.5.q.Vlteri⁹

res tranſit cum ſua cauſa,ſuiſque vitijs.l. Pōpo.§.cum quis.& ibi Ioã. Crotus ple ne in prīo notab.ff.de acqui.poſſeſ.No ab
16 ſimile eſt,ꝙ ſi patronus propter negligētiā perdat poteſtatē pręſentādi,tamē ſuperior cōferens non poteſt aliter cōferre,q̃ natura beneficij requirat,vtpote ſi ſacerdos debe at pręſentari per patronū,ep̄us ſacerdoti cō ferre debebit.Ioannes de Selua in tract. de beneficio.in.3.parte.q.49.& Boer.ī addit. ad Mandagotum in tracta.de electio.c.j.in fi.primæ partis.Et idē ſi patronus tenebatur præſentare aliquem de familia funda
17 toris. Poſtremo ſi teſtator dederit formā diſtribuēdi bona ſua ad cauſas pias,& exe cutore negligente deuolutio fuerit facta ad epiſcopū,is debebit exequi ſecundum formā a teſtatore traditā, quia licet ſit a perſona receſſum,non tamen a forma.ita ex preſſe tenet Bal.in.l. ſi puella.C. ſi mancipium ita fuerit alie.vt manu.Barb.in.cap. venerabili.col.3.de offi.delega.& in.c. poſ ſeſſiones.col.2. de rebus eccle. non alienā. Corſet.in ſing.incipien.cōſilium.& ſic epi ſcopus vel archiepiſcopus etiam iure deuo luto beneficia cōferens, tenetur cōferre iuxta cōcordata . faciūt multa alia,q̃ hic poſ ſem congerere quę adducit Feli.in.c.j.verſ.
18 declara.nume.9.de reſcript. Fallit quando ille a quo deuoluit,tenebat, alias nō ideo ſi ab epiſcopo extra regnū ſit deuoluta po teſtas ad archiepiſcopum regni, non tenebit conferre graduato,vel qualificato,quia cum beneficium extra regnum nō habeat onus nominationum, nec archiepiſcopus in illis habebit aliquod onus:quia res trāſit cum ſuo onere,quādo habet,alioqui ſine.l. alienatio.ff.de contrahē.empt.Initiū enim eſt ſpectādum.glo. in.cap.dudum.in prio. de electio.& poſtquam primus conferens non eſt grauatus, nec ſecundus. probatur in.§.ſi quis vero.de collat.in cōord.facit ꝙ legatus nō poteſt conferre beneficia extra prouīciā vacātia, etiā deuoluta ad prælatū ſuę prouīcię.gl.in.§.viſū.in verbo legatorū.de collat.ī prag.& latius Brunel.ī tract. de dignit.legã.in.19. cōcluſio.ī.2. declarat.

¶Octauo quæro,an ſi is ad quē collatio iure deuoluto ſpectat,alteri q̃ noīato vel gra duato cōferat,puniri debeat pœnis cōtētis in.d.§.fina.de collat.in cōcord.vbi ſuſpēditur a collatiōe beneficiorū per octo meſes: 19 Declaratio paraphī ſi.de collat.in concorda.
& videtur quod nō, quia.d.§. loquitur de collatoribus ordinarijs,& ſic videtur intelligend⁹ de his qui primo loco cōferunt, cū omnis actus debeat regulariter intelligi de prio.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſigni.c.non poteſt.de pręb.in vj. & vtrobiq; dixi. & quia pœnę ſunt reſtringēdę.l.cum quidā.ff.de liber.& poſthu.l.at ſi quis.§.diuus Marcus.ibi,pœnā tamē in eū ſtatutam nō eſſe.ff.de religio. & ſumpti.funerū. In contrariū videtur.d.§.fi.qui oēs collatores aſtringit ad eandē pœnā.etiā i.§.ſi quis vero.p̄cipitur vt ſic cōferāt,& cū iſta qualitate.ideo clauſula in fine poſita ad oia refere tur.l.talis ſcriptura.§.ſi.ff.de leg.j.dixi i re pet.l.vnicę.in glo.& nō ex quibuſdā.C.de ſententijs quæ ꝓ eo quod intereſt. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ eſt ſecundus collator,quia eidem conferre debet. ſicut prim⁹ vt ſupra dixi.ideo cū ſit collator,eadē pœna aſtringet, cū tex.nō loquat̄ de prio,nec de ſcd'o poti⁹ q̃ de alio,ideo oēs comprehendētur: quia īdefinita ęquipollet vniuerſali.c.vt circa.de elect.,in.vj.itē quia diſpoſitio.§.fina. redderetur fruſtratoria,ſi nō cōprehenderentur illi qui iure deuoluto conferunt, & nunq̃ conferrent graduatis:ergo pœna ad illos extendetur,quia etiam in pœnalibus licita eſt extenſio, quando diſpoſitio legis vel ſtatuti poſſet reddi illuſoria.l.j.§.pecuniam.&.l.ſequent.ff.de calum.ſequitur Iaſon in dicta.l.cum quidam.in fi.huic tamē opinioni contradicit.d.§. fina. ibi, quibus graduati & nominati debite &c. cui ſtandum eſt.poſſet tamen altera opinio ſuſtineri,quando nullus eſſet nominatus, vel graduatus:vel ſi nō inſinuaſſet, tunc collator alteri conferendo nō puniretur,per ea quæ notat Bonifacius in.d.cle.vna in fi. princi. vbi dicit, quando nō inuenitur aliquis ido

neus ad regimen eccleſiarum vacãtium,
tunc recipietur alius : vtpote ſi religioſus
ſancti Benedicti debebat eligi,& nullꝰ in-
uenitur idoneus ibi,tunc ex alio monaſte-
rio aſſumi debet alius, arg.c. ne pro defe-
ctu.de elect.& not. in cap.cum ſingula. in
fi. de præbend. in vj. Nam deficientibus
idoneis,inhabiles admittuntur.l.vt grada-
tim.§.j.ff.de munerib. & honorib. & hoc
procedit tam in primo collatore, quàm in
eo qui iure deuoluto confert.cap. graue.de
præbend.& ibi notatur.
20 ¶Secundo fallit in papa,is ſibi retinuit in
.§. j.de mandat. apoſtoli. in concorda. &
quia plenam in beneficijs habet poteſtatē,
cap.2.de præbend. in.vj. & ſi papa nollet
conferre qualificato,poſſet quis impetrare
tacita qualificatione.glo.in.§.quòd ſi quis.
in verbo pontificem.de colla. in pragma.
ſequitur Ioannes de Selua in tracta.de be-
neſi.in tertia parte.quæſt.50.in fine. Iſtud
tamen eſt ſuperuacaneum, quia non ſolet
papa recuſare collationes idoneis peritiſq;,
cum ſit liberalis,cap.ſedes.de reſcript.

papa idoneis cõferre nõ recuſat.

21 ¶Nono dubitatur, an nominationes poſ-
ſint dirigi patronis laicis? videtur ꝙ ſic,
per.d.§.ſi quis vero.vbi vult omnes teneri,
cuiuſcunque ſtatus aut dignitatis ſint. ſed
iſta verba comprehendunt tam laicos q̃
clericos,glo.in.l.promittendo.ff.de iure do
tium.quam ad hoc not.Barb. conſilio.23.
ſapientiſſimus.col.4.in.2.volu. & conſilio
21.clementiſſimũ.col.4.in.4.volu.& con-
ſilio.41.]immortalem deum. col.2.eodem
volu.glo.in verbo conditionis. in extraua-
gan.ad reprimẽdum.quomodo in leſę ma
ieſta.crimine proceda. Item ponderatur
verbũ cuiuſlibet dignitatis,in.d.§.ſi quis ve
ro,poſitum,quod exponit glo.in.d.cle.j.in
verbo quibuſcunq;,de iud.vbi exponit cu-
iuſcunque dignitatis,eccleſiaſticæ videlicet
vel mundanæ,etiam ſi imperiali,vel rega-
li pręfulgeat dignitate. ecce ergo & illu-
ſtres,& non illuſtres,clericos, & laicos cõ-
prehendi ſub hoc verbo cuiuſcunq; digni-
tatis.& illã glo. ſing.not. Barb.cõſil. j.col.

Patronis laicis an poſſint dirigi noĩationes.

22.in prĩo volu.&.d.cõſilio.23.col.4.in.2.
volu.& cõſil.87.illud.col.5.& cõſil. ſequẽ.
in.3.volu.ac cõſil.41.illud.col.2.in.4. vol.
& cõſilio.18.col.penult.in eodẽ volu. Cur-
tius in tract.de feud.in.3. parte in fi. Hip-
poly.cõſilio.80.qui cuncta.nume.37.& ſe-
quen.& cõſilio.84. numero.29. facit tex.
in.l.j.§.j.ff.vt lega. vel fideicommiſ.nom.
caue.l.raptores. in fi.C.de epiſcop.& cleri.
Tertio facit cle.dudũ.verſi.huiuſmodi. ibi,
q̇buſcũq; & quomodocũq;.de ſepul.Quar-
to facit tex.ĩ.§.fi.ĩ authẽ.de hęred.& falcid.
colla.j.vbi ſic dicit,hęc oĩa obtinere ſãcimꝰ
in omni perſona.& poſtea declarat,ſiue pri
uata,ſiue militari,ſiue ſacerdotali, ſiue im-
periali,ſiue alterꝰ cuiuſlibet.cõem nãq; in
oĩbus hoĩbus hãc legẽ imponimꝰ.quẽ tex.
ad hoc põderat Barb. cõſil.88.illud referã.
col.5.in.3.volu.Quinto facit glo.ſing.ĩ cle.
j.de re iud.vbi dicit quod hęc dictio quęuis
cauſa,includit ſpũales vel quaſi,criminales,
ciuiles,& mixtas.ſequit̃ Barb. cõſil.21. cle-
mẽtiſſimũ.col. penul.in.4.volu. & cõſilio
41.immortalẽ.col.2.volu.eod.Sexto ſucce
dit cle.j.ibi,cuiuſcũq; ordinis & cõditionis
exiſtãt.de ſent.excõ.ſequit̃ Barb.cõſi. 47.
clementiſſimũ.col.3.in.4. vol.c. ne aliqui.
de priuileg.in vj.In cõtrariũ me ĩclinãt ſe-
quẽtia,primo quia in.d.§.ſi quis vero.& .§.
p̃terea.exprimũtur patroni eccleſiaſtici,er-
go patronos laicos nõ videt̃ cõprehendere,
ſed excludere.arg.c.qualis.25.diſ.l.cũ p̃tor.
ff.de iud.ne laici a fundatione eccleſiarũ re-
trahãtur.c.decernimꝰ.16.q.7. ¶Et dicitur 22
patronꝰ eccleſiaſticꝰ,qñ ius patronatꝰ ſpe-
ctat ad eccleſiã,ſeu ad perſonã eccleſiaſticã
intuitu eccleſię.not.in.c.dilectꝰ.de offi.leg.
ſi vero ſpectet ad laicũ,ſiue ad perſonã eccle
ſiaſticã ratione perſonæ,vtpote quia cleri-
cus ſucceſſit patri,vel cõſanguineo, dicetur
Patronus laicus,vt not.in.c.j. &.c.ex inſi-
nuatione.&.c.dilectus.de iure patro.&.c.j.
illo titu.in. vj. Imol.in cap.dilectus.3.col.
2.de prębẽd. Secundo probatur,verba ge-
neralia non comprehendunt patronũ lai-
cũ,niſi exprimat̃.c.2.ibi, quacũq; authori-

Quis dicatur patronus eccl'ſiaſticꝰ vel laicus.

tate munitus ſit.de p̄ben.li.vj.licet glo.ibi contrariū teneat, quā communiter reprobant doct.ibidē,& Lappus alleg.96.beneficia.Feli.in.c.ī noſtra.correla.38.de reſcript. & in tract. quando literæ apoſtolicæ. Roch.in tract.de iur.patro.in verbo cōpetens alicui.q.24.❡Tertio papa poteſt ritū iudiciariū & ordinē quo ad ſuum forū tollere.glo.in cle.diſpēdioſam.ī verbo vſuris. de iud.ergo etiā poterit grauare patronos ſuos,videlicet eccleſiaſticos,non laicos. & quia iſta non fuit intentio papæ nec regis, cū tantum voluerint grauare patronos eccleſiaſticos,ideo illos expreſſerūt, alias expreſſiſſent laicos.c.ad audiētiā. de decimis. ❡Quarto reſeruatio facta generaliter per papam de beneficijs,nō trahitur ad beneficia iuriſpatronatus laicorū.c.2.de præbē. in.6.Roch.ī.d.tract.de iur. patro.in verbo cōpetens. ❡Quinto præcedētia declarant ſequentia,& cōtrá.l.hæredes palā.§.ſed & ſi notā.ff.de teſta.ſed in pręcedētibus.§.§. & in ſequen.in.d.titu.de colla. fit mentio de patronis eccleſiaſticis tantū, ergo non cōprehendentur patroni laici. ❡Sexto legatus non poteſt conferre beneficiū ſpectās ad præſentationem patroni laici.c.cum dilectus. & ibi plene notat. de iur. patronat. multo minus vniuerſitates hæc grauare beneficia poterunt, nec nominationes ad dictos patronos laicos dirigere. iſtud enim eſſet falcem in alienam meſſem apponere,contra.c. nouit. de iud. & iſtud eſt verius.Fallit quādo patronus donaſſet ius patronatus eccleſiæ,tunc naturā aliarū rerū eccleſię aſſumeret.tex.in.c.dilect⁹.ī.3. & ibi no.Panor.de præbend.& eo caſu diceretur patronus eccleſiaſticus, non laicus. c.vno de iure patro.in.vj. Item nō poſſunt dirigi clerico habēti collationē cum laico, vt plene declaratur infra.in.q.15.verſ.ter-

23 tio non &c. ❡Decimo quæro an prælato habenti priuilegium ne quis poſſit conferre ſua beneficia, poſſint dirigi nominationes?videtur quòd non,quia fruſtra dirigerentur,ſi beneficia nominatis nō teneretur

Prælato habēti priuilegiū ne alius ſua beneficia confe[r]at

conferre. Cōtrariū eſt verius,quia etſi priuilegium hoc a papa conceſſum fuerit poſt cōcordata,debet tn̄ reſtringi & modificari ſecundum concordata, videlicet vt nullus poſſit conferre beneficia quorum collatio libera eſt.ſecus ergo in beneficijs iam affectis graduatis, & nominatis. & ita recipitur hoc priuilegium in parlamentis Francię,ſaluis qualificationibus, & regni reſtrictionibus,ac modificationibus cōcordatorum,vt vidi recipi quædam a ſenatu iſto.

noīatiōes an dirigi poſſint.

❡Vndecimo quæro,an illis qui habent eccleſiam in commendam,poſſint nominationes dirigi?Reſpō. cū habeant canonicū titulum.c.dudum.in.2. de electio. poſſunt illis dirigi nominationes, ſicut habentibus titulum,maxime in hoc regno,in quo omnes commendę dantur ad vitam,vt dico in tract. de pacifi.poſſeſ.in.5. amplia. & hæc cōmēda cū libera poteſtate maxime ſolet fieri cardinalib⁹, ſcd̄m Panor.in.c. cū nobis olim.not.vlt.de elec.ideo dicebat Alciat.in l. pactū curatoris.C.de pact.quòd poterat cardinalis diſſipare fruct⁹ beneficij dati in cōmēdā. qđ reprobaui in repet.c.poſtulaſtis.de cleri.excōi.miniſt. & nouiſſime D. probus apud Io. Mo.in.c. nemo.de elect. in.vj.& hodie multi habent beneficia ad comedendā tantum,nō vt eccleſiæ ſeruiāt. 24

Cōmēdatarijs an poſſint dirigi noīationes.

❡Duodecimo quæro, nominationes directæ ſunt epiſcopo Magaloneñ. eo mortuo aliquis poſſidet epiſcopatū de facto, alter verus epiſcop⁹ nō eſt in poſſeſſione.an ille qui eſt in poſſeſſione, teneatur cōferre beneficia qualificatis?videtur ꝙ nō,quia non eſt collator ordinarius. Cōtrariū dicerem, quia non debet eſſe melioris conditionis q̄ verus collator.c.eum qui.de præben.in.vj. l.Seruius.ff.quod vi aut clam. Item ſi imponat onus epiſcopo Bononieñ.& aliquis ſit in poſſeſſione ep̄atus de facto,is idē tenetur ad onus.Paul.in proprijs terminis in.l. inter quos.§.ſi dominus.ff. de damno,infecto. vbi plus dicit,ꝙ ſi cōmittatur cauſa ep̄o Pariſieñ.vř cōmiſſa illi q eſt in poſſeſſiōe. allegat Ant.de butrio i.c. p venerabi- 25

Qui eſt in poſſeſſiōe an teneat conferre noīatis.

lem.in.vj.nota.per illum tex. qui filij ſint legit. vide in deciſiõ. Rotæ.7. duobus &c. in rub.de iud.

26 ¶ Decimotertio quæro an coadiutori poſſint dirigi nominationes,& is nominato prouidere teneatur? Reſpon. aliquando datur coadiutor dementi,furioſo, aut alij in totum impedito:& tunc cũ ipſe coadiutor poſſit conferre beneficium propter diuturnam vacationem,quia neſcitur quando reſipiſcet epiſcopus, vel morietur. l.ambiguitatem.C.de vſufruct.arg.l. inter bonorum.ff.de adminiſtratio.tutor.& tūc poſſent dirigi epiſcopo,& ſuo coadiutori. nam licet coadiutor nõ poſſit alienare.c.1. in fi.de cleri.ægro.lib.vj. tamē cum collatio beneficiorũ ſit alienatio neceſſaria, poterit per hunc coadiutorem fieri, quia voluntaria tantũ prohibetur,inter quas multum refert.l.alienationes.ff.familiæ herciſcun.l.j.de fundo dota. nõ alienam.Oldra. conſil.44.quæritur ſi epiſcopus. glo.in.§. ordinarijs. in verbo,iuriſdictio.de colla.in prag.Aliquando coadiutor datur ſuſpecto de dilapidatione,vt in.c.venerabili.de offi. deleg.vel leproſo.c. tua.de cleric.ægro.vel datur alteri impedito exercere officiũ propter infirmitatem,aut ſenectutem. c. ex parte.de cleri.ægro.& debet eſſe perpetuũ impedimentũ.c.1.de cleri. ægro.lib.vj. Et dicitur perpetuũ licet tolli poſſit per diuinum miraculũ.c.fraternitatis. de frigid.& malefi.& tunc ſi coadiutor datus eſt ad ſpiritualia & tēporalia,videtur habere generalē & liberā poteſtatē.c.1.7.q.j.&.c.quāuis ſit triſte.&.c.petiſti.ibidem. c.grādi.de ſupplen.negli.præla.in.6.& hoc caſu non cõfert beneficia,ſed epiſcopus cõfert cũ cõſenſu coadiutoris.arg.c. eccleſiæ.§.fina. de ſupplen.negli.prælat.in.vj.Archi. & Philip.i.d.c.1.ſicut nec curator adulti nuptias cõtrahit.arg.l.in copulādis.C.de nupti. & aduerte ꝙ ex cauſis ſupradictis datur epiſcopis inuitis, & alijs ſuperioribus a ſolo papa.d.c.vnico de cleri.ægro.in.6.inferioribus vero datur coadiutor ab eo qui habet poteſtatē inſtituēdi,& deſtituēdi.c.1.&.3. de cleri.ęgro.epiſcopus tñ vel archiepiſcopus poteſt cũ cõſenſu capituli aſſumere ſibi coadiutorē,vel cũ aſſēſu maioris partis, nõ capitulo inuito.d.c.vno.de cleri. ægro. lib.6.vbi vide.& licet his coadiutoribus nõ eſſent directę noīationes,tamē ipſi tenerētur prouidere iuxta mentē cõcordatorũ.Vltimo quid ſit coadiutor,ſecũdo vnde dicat, tertio quis det. 4.cui detur.5.qualis detur. 6.per quē.7.quod ſit eius officiũ.8.quę poteſtas. 9. an expiret poteſtas coadiutoris mortuo illo cui datus fuit.10.an det inuito. vndecimo cuius expēſis alat.12.an plures vni,vel vn⁹ plurio⁹ dari poſſit.has quęſtiones vide lucide tractatas p Card.ī.d.c.fina. de cleri.ægro.vbi etiā Ioan.And.& alij tractant. vide ibi,ſi lubet.

Coadiutori an noīationes poſſint dirigi

Quid poſſit dici perpetuũ licet poſſit tolli p diuinum miraculũ

De coadiutore vide hic multa remiſſiue.

27 ¶ Decimoquarto quæro,præſuli ab hoſtib⁹ vel ſchiſmaticis capto,vel exuli,datur vicarius a papa in tēporalibus & ſpiritualib⁹ vſqꝫ dũ durat impedimentum.c. ſi epiſcopus. de ſupplend. negli.prælat.lib.6.Clemen.j.de foro compet. Nonne huic vicario generali poſſunt dirigi nominationes? Reſpoñ. ſic copulatiue, videlicet epiſcopo Aurelianenſi, & eius vicario. & is etiam tenetur nominatis prouidere,& graduatis, ſicut epiſcopus ſi eſſet, tum quia tertia pars eſt affecta, vt dixi ſupra:tum etiam quia collator eſt, & quia omnem curam debet gerere quam ageret prælatus ſi pręſens eſſet.c.1.&.c.quāuis.7.q.j. ſic conſuluit Oldra. conſil. 208. quoniā ex tempore.col.2.dicens poſſe beneficia conferre,quādo eſſet a papa cõſtitutus.ſec⁹ ſi ab alio,per.c.eccleſiæ.§.fi.de ſupplē.negli.pręla.lib.6.quia procurator Cęſaris poteſt hæreditatē adire,quod nõ poteſt alterius procurator.l.j.§. vlt.ff.de off. procur.Cæſar.l. per procuratorem. de acquir. hæred.& ſic iſte vicarius tenebitur etiam ſecundum formā concordatorũ prouidere, licet eidem non eſſent directæ nominationes,ſed epiſcopo tantum, dummodo inſinuatio eidē facta fuerit,inſtar eius qui ſucceſſit in epiſcopatu,qui etiam tenetur prouidere noīatis,cũ ſit epiſcopus,& epiſcopo

Vicario an nominationes dirigi poſſint.

fuerũt directę nominationes, quę dignitas tranſit in ſucceſſorẽ.c.qm̃ abbas.de o.ti.de: leg.& non moritur.c.ſi gratioſę.de reſcrip.
28 li.vj.℄ Et hic vicarius bene poteſt conferre beneficia etiam epiſcopo. ſecus in vicario ab epiſcopo conſtituto,quia cum iure epi. ſcopi conferat,non poſſet eidem epiſcopo conferre.c.per veſtras. de iure patro. inter enim inſtitutum & inſtituentem debet eſ ſe diſcrepantia.c.fi. de inſti.Soci. in.l.j.§.ſi autem.ff.ad treb. ſic conſuluit de ripa cõſil. 23.Iulius.col.2.li.2.reſpõ. ſed ſubſtitutus a vicario habente poteſtatem ſubſtituen di,poteſt vicario conferre,quia ſubſtitutus capit poteſtatem ab epiſcopo,nõ a vicario. c.non indiſcrete. de procurat.vbi glo. dicit ꝙ ſubſtitutus cẽſetur eſſe a domino datus. tex.in.c.j.de off.vica.in.vj.& ibi doct. Au riol.in addi.ad de monte lauduno in.c. ſup eo.de præbend.in.6.doct.in cle. religioſus. poſt glo.ibi de procura.dixi in glo.cõferre in .§.præfatiꝗ ordinarij.de colla. vide ibi.

19 ℄ Decimoquarto dubitatur, quia eccle ſiæ cathedrali vacanti dat quandoꝗ pro curator cum libera poteſtate adminiſtran di in ſpiritualibus & temporalibus, & hic ſolet a papa dari,& dicit viſitator.c.is cui. de elect.lib.vj.& is poteſt cõferre beneficia ſpectantia ad collationem epi, ſecundum Peruſ.& alios ibi:an huic poſſint dirigi no minationes? Et breui reſpõ.ꝙ ſic, quia o mnibus collatoribus eccleſiaſticis poſſunt dirigi, ſicut eſt hic. nota. Panor.in.c.cum nobis.vlti.nota.de elect.& is viſitator & adminiſtrator tenebitur conferre ſecundũ qualificationes prædictas, etiam ſi nomi nationes eſſent directę epiſcopo ſuo præ deceſſori.& ita ſeruatur.

Viſitatori a dirigã nomi nationes.

30 ℄ Aduertendum eſt ꝙ licet capitulum vacante ſede non poſſit beneficia conferre.c.illa. ne ſede va can.quia in fructibus computatur collatio. glo.in.c.cum olim.de maior.qui debẽt re ſeruari futuro ſucceſſori.c.qa ſępe.de elect. in.vj.& clemen.penulti.illo titu.tamen ne diuturna vacatio contingat,poterit facere adminiſtratorem,qui poterit prouidere de beneficijs, quorum collatio eſt neceſſaria. Panor.in.d.c.cum nobis olim.col.3.& te nebitur prouidere iuxta qualificationes po ſitas in concordat. videlicet nominatis, vel graduatis ſimplicibus,prout eſt ibi expreſ ſum.Ioan.And.in.c.vno.ne ſede vacan. li. vj.Et iſti adminiſtratori poterit fieri inſi nuatio,vt infra dicam:& quando eccleſia patitur defectum miniſtrorũ,vel alia ſub eſt cauſa rationabilis,poterit etiam capitu lum beneficia dare in commendam.Card. in.d.c.illa.in fi.Et an taciturnitas beneficij faciat collationem huius viſitatoris nullam ſicut legati,dicitur in.c.fina.de off. leg.lib. vj.quòd nõ,tenet Auriol.in addit.ad Guil ler.de mõte laudu.in.d.c.is cui.vide ibidẽ. & archiepiſcopus an poſſit dare hunc viſi tatorem,quòd ſic cum cauſę cognitione,& vocatis quorum intereſt.in.c.fi.de ſupplẽd. negligen.præla.in.vj.

Capituli vacante ſede con fert nomi natis.

℄ Decimoſexto quę ro,an nominationes directę capitulo,com prehendant ſingulares canonicos? Et in hac quæſtione facias caſus ſequen. Primus eſt ꝙ nominationes directę capitulo, non comprehendunt ſingulares canonicos,per tex.in.c.fina.de præbẽ.lib.vj.quia aliud eſt capitulum,aliud ſinguli.l.ſed ſi hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius vocando.vbi li bertus vniuerſitatis poteſt vocare in ius ſi ne venia ſingulos de vniuerſitate,licet non vniuerſos:& actor vniuerſitatis,non dici tur actor ſingulorum.l.2.ff.quod cuiuſque vniuerſita.nec procurator vniuerſitatis di citur procurator ſingulorum, nec vnius fa cultatis ſolius dicetur procurator,ꝑ ſupra dicta,quia etiam quod vniuerſitati debet, non debetur ſingulis.l.ſicut. ibidem. 31

Nominationes directę capitulo an cõprehẽdãt ſingulos canonicos.

℄ Secundus caſus eſt quando nominatio nes diriguntur capitulo cum clauſula con iunctim vel diuiſim,tunc comprehendun tur ſinguli canonici,qui conferunt vice ca pituli per menſes vel hebdomadas,per. d. c.fina. Idem ſi non ,conferat vice capitu li,ſed vt antiquior canonicus ex fundatio ne beneficij collationem habet,tunc etiam adſtringitur,quia ratione canonicatus de

capitulo eſt.Panor.in.c.pro illorũ. de præbend.in glo.vlti.per.c. eam te.de reſcript. in.vj.ibi,de capitulo ipſo eſſes &c.

32 ¶ Tertius caſus, quando collatio ſpectat ad canonicum iure ſpeciali ratione forte dignitatis,aut alia,non vice capituli,tunc nominationes capitulo etiam cum clauſula coniunctim vel diuiſim directę, nõ adſtringunt illum ſingularem canonicum.glo.& doct.in.d.c.fina.Domi.de Rota deciſ.583. nota in dioceſi,in antiq. & deciſio. x. ſub Rub.de conceſſio.prębẽ.quia non intendit papa grauare alteram dignitatem extra capitulum,per.c.cum in illis.§.ſi vero. illo titul.lib.vj. Ideo eſt neceſſe quòd nominationes expreſſe illi dignitati dirigantur,vel mandatum.glo.in titu.de colla. in .§. ſtatuit.in verbo ſpectat.nam ratione illius dignitatis non eſt de capitulo, ſed ratione canonicatus,vt dicit Panor. in.c. auditis. de elect.quare ſolent dirigi nominationes decano & capitulo , ſingulíſque canonicis, & perſonis eccleſiæ, ac dignitatibus,vt vidi fieri.ideo ſi alicubi reperiantur habentes dignitatem ſine canonicatu habere vocem in capitulo, illud eſt iure ſpeciali.quare ſi nominationes dirigantur capitulo, etiam communiter vel diuiſim, non comprehendetur iſte habens dignitatem.glo.in.d.§.ſtatuit.quia epiſcopus poteſt eſſe vt canonicus in capitulo,& tũc antiquior canonicus eum præcedit,quia non cenſetur ibi tanquam epiſcopus.glo.in.c. a collatio.de appellatiõi.1.6.igitur inſinuatio(vt infra dicam) facta capitulo non ligat iſtum epiſcopum canonicum, niſi fiat illi ſub epiſcopatus qualitate,& ſingulariter.d.Blaſ.Auriol.in repet.c.eam te.numero.1645.cum ſequen.de reſcript.

No. bene quomodo debent dirigi nominationes.

33 ¶ Vltimo quæro,an ſufficiat dirigere nominationes capitulo,non exprimendo caput? Reſpondeo non,ſed ſic debent dirigi, decano & capitulo.c.cum inter.de conſue. in ſupraſcriptione,ibi,decano & capitulo, vel præpoſito & capitulo.c.bonę.in.2.ibi, præpoſito & capitulo.de poſtul.prælat.vel Archidiacono & capitulo.c.cum nobis olim. ibi,Archidiacono & capitulo Capuano, de elect.Et hoc verum eſt,quando iſtæ perſonæ ſunt capituli caput.c.eam te . & cap.ex parte decani. de reſcript. vbi Anto.Panor. & alij notant , quòd appellatione capituli non poteſt comprehendi caput principale ipſius,niſi ſpecialiter nominetur,per.c.poſt electionem.de conceſſio.præb.vbi probatur contra. Vide ibi Imol.& Rub. de his quę fiunt a prælat.ſine conſenſu capituli.facit cap. inter corporalia.ibi,decano & capitulo Andegauenſi.de trãſla.epi.c.cõſtitutus.de reſcri.c.ꝓpoſuit. in ſupraſcriptione,de cõceſſio.præbend.c. dilectus.3.de pręben.cap.ſi.§. j.de reb.eccleſi.non alienand.in. vj.

An ſufficiat dirigere nominationes capitulo, nõ exprimendo caput.

34 ¶ Et ſicut appellatiõe capituli nõ venit pręlat⁹,ꝓ iura prędicta,ita appellatiõe vniuerſitatis nõ venit rector,nec appellatiõe ancianorũ venit vexillifer iuſtitiæ, q eſt caput ipſorũ. & iſta eſt cõmunis doctrina ſecundũ Barb.in.j. notab.in.d.c.ex parte.vbi limitat in fauorabilibus appellatione capituli, & large, pręlatum venire, per glo.ſing.in cle. vt hi qui.in verbo,in eiſdem.de æta. & qualita. facit.c.cum conſuetudinis.ibi,capitulo Pariſienſi.&.c.cum venerabilis. ibi,conuentui Corbiẽſis monaſterij. de conſuet.c. eccleſia veſtra.ibi,Rotomagenſi capitulo.& c.Cumana.ibi,Cumanẽſi capitulo.&.c.vt præteritæ. & cap. cum inter vniuerſas.de elect.vbi in ſupraſcriptionibus patet,& ꝑ Panor.& Feli.in procemio decreta.& per Barb.in tract.de præſtã.card.in.q.7.partis primæ.col.2. & in.c.j.col.x. de iud.& cle . 2.col.31. de elect.c.dilectus in.2.de pręben. Et ſic patet quibus dirigi poſſint nominationes, quia collatoribus ordinarijs habentibus collationem trium beneficiorum ad minimum. alijs vero collatoribus non habentibus collationem trium beneficiorum

Rector vniuerſitatis appellatione c[illegible] ꝯhẽdatur

non dirigentur.d.§. præfatique ordinarij. nec patronis laicis,vt dictum extitit.

QVAESTIO NONA PRINCIPALIS.

[ſ]e ſint i[n nomi]nationi[bus] expri[me]nda.

1 ¶Nono principaliter quæritur, quæ ſint in nominationibus exprimenda? Reſpon. primo beneficia per nominatos poſſeſſa. .§.volum⁹.rub.de colla.ſupra. Ratio eſt,vt vniuerſitates inſtruantur, an impetrantes nominationes habeant duas præbendas in eccleſia cathedrali,collegiata,aut metropolitana,ſeu dignitatem cum præbenda, aut beneficia alia vſque ad ducentos florenos auri de camera. nam his caſibus non debēt vniuerſitates nominationes iſtis concedere, nec collatores eiſdē prouidere. ordina.regijs Lud.12.primo publicatis ita cautum eſt articulo. 7. quæ eſt in alijs ordinationibus in rub.des graduez ſimples,articu. eodem.& probatur in.cap. ad aures. &. c. ſi proponente. de reſcript. vbi quis tenetur in impetrationibus apoſtolicis exprimere beneficia quæ habet, etiam ſi vnum minimum haberet. d. cap. ſi proponente.& cap.ſi motu. de pręben. libro. vj. & cap.non poteſt.ibidem . nam hoc non eſt tacendum , quod poſſet mouere concedentem ad non concedendum,vel is ipſe concedere non poſſet, ſi ſciret. cap. ſuper literis. &.c.poſtulaſti.& ibi plene doct. de reſcrip. De hac expreſſione in impetrationibus apoſtolicis facienda,multa tradit Feli.in.c.in noſtra. de reſcript. quę reaſſumit Ioan.de Selua in tract. de beneficio in tertia parte.q.xj. & ſequen. dico in forma mandati apoſt.in glo.pro expreſſis. vbi trado triginta quæ debent exprimi in impetrationibus & in mandatis apoſtolicis. ibi plene licet videre.

[Bene]ficia in [nom]ianoni[b]us expri[m]i debēt

2 ¶ Primo quero, an teneatur exprimere beneficium,ſi habeat tantum vnum?videtur ꝙ nō,quia tex.in.d.§. volumus.loquitur in numero plurali,beneficia &c. Ergo in vno non habebit locum , quia pluralis locutio, duorum numero & non minori contenta eſt.regula,pluralis. de regu. iur. in.vj.c.is cui.de præbend.eo.libro.l. falſa. .§.fina.ff.de conditio. & demonſt . Item mandatum papę de prouidendo alicui de beneficio ſpectante ad collationem quorumcunq;,non habet locum in beneficio ſpectante ad collationem vnius , puta epiſcopi,ſed in eo quod ſpectat ad collationem plurium,puta epiſcopi cum capitulo. ſic conſuluit Bal.conſil. 242. factum tale. in.3.volum. Item iuri exoſum eſt habere plura beneficia.c. quia nonnulli.de cleri. non reſident.c.quia in tantum.de præb. & facilius prouidetur habenti vnum tantum,quàm duo. cap.is cui.de præben.lib. vj. 3 ¶ Contrarium teneo ,quia quando eſt eadem ratio in vno,ſicut in pluribus, tunc lex vel ſtatutum loquens in pluribus,habet locum in vno:vel ſi loquitur in plurali ,habet locum etiam in ſingulari, & contra.l.ait prætor.§.negocia ſic accipere debemus, ſiue vnū,ſiue plura.ff.de neg.geſt. l.j .§. item hoc edictum. licet ſingulariter ſcriptum ſit, ſi tamen plures interuenerint qui tutores non erant , tamē locū habere debere Pōpo.ſcribit.quod falſo tuto.l. ſingularia.ibi,quod in duab⁹ perſonis recipitur,hoc & in eadem perſona recipiendum eſt.ff.ſi cert.peta.facit.l.hęredes .§. cū ita.ff.ad treb.l. prætor .§. homines. vi bono.rapto.Iaſon in.l.gallus .§. quid ſi is. in pria lectura.ff.de liber.& poſthu.plene Feli.in.c.omnes leges .1.diſt. cap. accepta.de appella. Item facit quòd ſi papa mandat prouideri de beneficio in eccleſia Pariſieñ.ſi pro alijs non ſcripſerit,non habebit locum mandatum,etiam ſi pro vno tātum ſcripſerit . tex.& ibi Bald. & Imol.in cap. mandatum.de reſcript. Archi. & Domi.in cap.quāuis.j.de præbend.libro ſexto. dico in forma mandati apoſtolici in glo. ſi pro alio.facit textus. iuncta glo. in cap. quia propter . de electionibus . Et ſic

Vnum beneficium etiam nominatus exprimere tenet.

Conſtitutio loquens in plurali habet etiā locū i ſingulari.

ſatis p ſupradicta reſpondetur ad cōtraria, quòd regulariter pluralis locutio non verificat in vno, p iura adducta p prima parte, niſi identitas effectus & rationis aliud inducat. & ſic intelligūtur iura nouiſſime allegata. ſic cōcludit Iaſ. in. l. gallus. §. quid ſi is. col. 2. ff. de liber. & poſthu. Nec obſtat verbum beneficia in. d. §. volumus, poſitū, quia poteſt referri ad plures nominatos, videlicet quòd quilibet nominatus teneatur in ſuis nominationibus beneficium quod habet, vel beneficia ſi habeat plura exprimere. & hoc innuit verbum nominati, & verbum per eos, & verbum teneantur, poſita in. d. §. volumus. & ſic ſingula ſingulis referemus, vt teſtatur glo. faciendum eſſe, in. c. ſi quis pecunia. 79. diſt. & c. cū ſingula. de præbend. lib. 6. glo. in. l. qui in futurū. ff. de pact. vel expone vt infra dicetur.

4 An nominati teneant exprimere dignitates.

¶ Secundo quæro, quid ſi nominatus obtinuerit dignitatem, vel perſonatum, officiū ſeu adminiſtrationē, an teneat illa exprimere, vel vnū illorum? Videtur quòd nō, quia tantum exprimit tex. beneficia, ergo non intelligetur de dignitate, vel præbenda, arg. c. nonne. de præſumpt. quia tex. expreſſiſſet ſi voluiſſet, vt expreſſit in. §. præſtati. in. 1. de colla. Item quod non dicit cōcordatum, nec noſtrum eſt dicere. l. ſi ſeruū
5 . §. prætor. ff. de acqui. hære. ¶ Reſpon. verius eſſe beneficia in. d. §. volum⁹. large accipi, vt comprehendat omnia ſupradicta, & quodlibet aliud beneficium, ſicut dicit glo. in regula, beneficium. de reg. iur. lib. 6. glo. & docto. i. c. ſi gratioſę. & c. ſi propter. de reſcript. eodem lib. & c. vno de rer. permuta. eo. li. glo. in. c. poſtulaſtis. de reſcrip. etiam comprehendere poteſt altaria. Barba. in cle. gratiæ. col. penul. de reſcript. quādo eſſent ſpiritualizata, vt noſtri dicunt. ſecus ſi tantum ſonarent in vim legati pij: diſtributiones tamen quotidianæ, appellatione beneficiorum eccleſiaſticorum non comprehēduntur. Domi. conſi. 85. ſuper. j. dubio. col. 3. glo. in extra. execrabilis. i prin. in verb. beneficium. de præbend. in extra. Io. xxij. Et quis de iure in mandatis apoſtolicis & in alijs impetrationib⁹ tenetur exprimere dignitates. c. ad aures. de reſcript. Sic & in nominationibus, & nomine beneficij etiam continetur præbenda, per tex. in. c. ſi quis dator. ibi, eccleſiaſtica beneficia, quæ quidam præbendas vocant. j. q. 3. c. pro illorum. de præb. c. tua. de verb. ſignifi. & deciſio Rotæ. 247. habēs gratiā. in no. Plene Domi. in. c. alienationes. col. 2. in. 12. q. 2. & etiam appellatione beneficij venit dignitas. glo. in cle. auditor. in verbo beneficio. de reſcript. & Barb. plene ī. d. cle. gratiæ, ibidem. Feli. & Decius in. d. c. poſtulaſti. Ideo vicarius generalis, cui eſt data poteſtas conferendi beneficia, poteſt conferre etiā dignitates. de Rota deciſio. 437. nota vtrū vicarius. in antiqu. Feli. in. c. cauſam. col. x. verſ. ſimiliter. de reſcript. ¶ Et procurator conſtitutus ad acceptandum benefi- 6
cia, poterit acceptare curata, & nō curata, etiam dignitates. Imol. in. c. accedens. col. 3. de pręben. quia talis conſtitutio tanq̄ fauorabilis eſt late intelligenda, ſecūdum eum. Ideo ſufficit nominato conſtituere procuratorem ad acceptandum beneficia, licet alia non exprimat, quod no. Feli. in. c. poſtulaſti. col. 16. verſ. facit etiam. de reſcript. Nec obſtat ꝙ tex. non exprimat in ſpecie. nam eſto ſane, tamē in genere ſic, cum appellatione beneficij veniat (vt dixi) omne beneficium, ideo tantū expreſſit genus. nam tātū valet expreſſio ingn̄is ſuo genere, quātū ſpeciei in ſua ſpecie. l. ſi duo. ff. de adminiſtra. tuto. alioqui dixiſſent conditores, qui omnia iura in ſcrinio pectoris habēt. l. omnium. C. de teſta. c. j. de conſtitu. libr. vj. ſi contrarium voluiſſent, & non vſi fuiſſent verbo generali beneficia, niſi ſciuiſſent omnia illa ſub illo verbo includi.

Benefic[io] nomina[tionis] contine[tur] præben[da] & q[uod]cunq[ue] bñficiu[m]

¶ Tertio, an comprehendatur vicaria perpetua, ad hoc vt nominatus teneatur exprimere eam in nominationibus, ſi eam poſſidet? Breui reſpoñ. ꝙ ſic, quia continetur appellatione beneficij, vt nota. ſupra. & Feli. & alij in. d. c. poſtulaſti. & Nicola. Milius 7

7 Vicaria an ſit ex[primē]primēda.

in repert.in verbo beneficiū.§.6. Domi.& Philip.peruſ.in.c.fina.de offi.vicarij.lib.vj. vbi dicit quod poteſtas conferēdi beneficia data vicario generali,comprehendit dignitates & alia quæcunq; beneficia,cum materia nō ſit ambitioſa.& quæ dicūtur ī beneficio curato , habēt locū etiā in vicaria perpetua. tex. in cle.vna de offi. vica. late Panor.in.c.extirpandę.in repet.§.qui vero.de præbend.& ibi dixi hoc anno in interpretatione illius.§.

8 Hoſpitalia an ſint exprimenda ī noīationibus.

¶ Quarto quæro,an nominatus in ſua nominatione teneatur exprimere hoſpitale quod habet? Videtur ꝙ non, quia hoſpitalia non veniunt appellatione beneficiorum.cle.2.de præbend. contrariū cōcludit glo.in.§.item quod vniuerſitates. in verbo bñficiorum.de colla.ī pragma.dicens ꝙ ſi nominatus exprimeret hoſpitale, nō ſic de leui obtineret nominationes, vel forte non obtineret,vtpote ſi valeat ducentos aureos.& hoc tenet Brunel. conclu.19. tract.de dignita.leg.4.decla. vbi dicit impetrantem beneficium a papa vel a legato teneri facere mentionem de hoſpitali,quia de omī eo quod poſſet mouere papā ad negandum vel concedendum gratiam,faciēda eſt mētio ī literis gratiæ.ſic cōcludit Nicola.de milis in verbo beneficium.q.9. vide glo.in cle.diſpendioſam.in verbo beneficijs.de iud . vbi dicit ꝙ licet appellatione beneficij nō veniat hoſpitale,tamen quando parificantur ecclesiæ & hoſpitalia,quod in beneficijs ſtatuīt,habet locū & in hoſpitalibus.ꝓbat tex.iūcta glo.in verbo beneficiū.in cle.vna de rerū pmu.vbi glo.extēdit tex.loquentem in beneficijs, ad hoſpitalia quę conceduntur in titulum.& ibi ſequitur Cardin.q.6.vide Feli.in.c.de quarta. col.3. & ſequen.de pręſcript. multa tradentem de hoſpitalibus.facit tex.iūcta doctrina docto. ibi in.c.j.de eo qui mittitur in poſſeſ. vbi extendunt illum tex.loquentem in beneficio,ad hoſpitalia. & quando materia in qua profertur beneficium,eſt proportionabilis ad hoſpitale, tunc cōprehendetur hoſpitale. Barb. in cap. ex literis.col.3. & ſequen.de conſuetudine.Feli.in.c.a. in noſtra. in.23.correla.de reſcript.& in hāc opinionē facile deſcēderē quādo daretur ī titulū, & eſſet eccleſiaſticum, non tēporale, quia beneficia eccleſiaſtica tantum ſunt exprimenda in nominationibus, vt patet in.d. .§.volum⁹. Multa hic poſſem extundere de hoſpitalibus, quæ licet videre per doctores ſupra allegatos : & ego ipſe multa congeſſi in.d.cle.2.de præbēd.

9 Leproſaria an ſit exprimēda.

¶ Quinto quæro an leproſariā vel eleemoſynariā teneatur nominatus exprimere? Breui per ſupra dicta conclude quod non , quando non erat beneficium eccleſiaſticum,alioqui contra. cle.quia cōtingit. de religio.domi.vide ꝙ plene dico infra.q.15.nume.15 .

10 ¶ Sexto quæro,ſi nominatus poſſideat beneficia de facto ſine titulo,an teneatur ea exprimere in nominationibus? Videtur ꝙ non, quia videtur ceſſare ratio tex.ergo & diſpoſitio. l.quod dictum.ff.de pact. Item iſte qui de facto tenet, non dicit̃ ꝓprie poſſidere:quia

11 Poſſidere & tenere quid ſignificent.

verbū poſſidere ad ius refert,tenere ad nudū factū.l.poſſeſſio.ff.de acqui.poſ. Petrus Ferra.in pract. in pria forma libel.verbo.j. an dict⁹ Ioā.&c.Alex.cōſi.35.in fi.i.vj.vol. l.j.§. q̄d ait.ff.quorū legat.allego tex.vltra eos ī.l.2.ibi,poſſeſſores nō cōuenit appellari qui ita tenent .C.de p̄ſcrip. triginta ann. &.l.penul.§.j.ibi tenuerit,ibidem. vide gl. in.l.in rebus.C.de iure dotium.Contrariū arbitror verius,in odium violenti.ca. eum qui.& ibi glo.de præbend.lib.vj.Feli. poſt Ioan.Andr.& alios in.c.in noſtra. verſicu. ſpoliatus.de reſcript.prouinciale omnium eccleſia.fol.55.quia non intereſt vtrum iure legitimo poſſideant, an non.tex.in.l.j.§. non quęrimus.ff.ſi quis omiſſ. cauſa.teſta. Alioqui ſtultus & intruſus eſſet melioris conditionis,q̄ peritus,contra d.c.eum qui. de pręb.lib.vj.Nec obſtat ꝙ nō poſſideat, quia large & in odiū ſuū dicitur poſſidere, nec refert iuſta vel iniuſta ſit poſſeſſio.arg. d.c.eū qui.l.2.ff.de interdict.glo. in verbo poſſidebūt.de colla.in prag.§.itē quod vniuerſitates. hoc etiā tenet Cardi.ī cle.2.q.5.

vt lite pendẽ. & quod tenere aliquãdo acci piatur pro poſſidere, eſt tex.in.c.ſi benefi- cia.de præb.in.vj.ibi,quæ illi tenebant an- tea.l.cum proponas.in.2.C. de pact. Paul. Pariſius in.c.cauſam.col.penul. de pręſcri. ideo dicit ſolẽnis glo.in.§.ſi tres.de pace te- nend.& eius viola. Beatus qui tenebit.hoc refert glo.iñ regula cancel.15.l.fi. C.de rei vendica.Igit̃ ſi vniuerſitates ſciuiſſent hũc ſceleſtum alios ſpoliãtem,eidem non con- ceſſiſſent nominationes.ideo illa taciturni- tas vitiabit eas.

12 *De poſſeſſis nõ pacifice,an ſit mẽtio facienda.* ℭ Septimo quæro, an de his quæ non pacifice poſſidet, teneatur in nominatio- nibus facere mentionem? gloſ. in pro- prijs terminis in.§.item quod vniuerſita- tes.in verbo poſſidebunt.de colla.in prag. tenet quod non,arg.c.licet. de præbend.in vj.c.cõmiſſa.de elect.eo.lib.cle.ſi plures.de præben. & in extrauag. execrabilis.§.qui vero. Ioan.xxij.quia verba ſunt intelligen da cum effectu.l.j.ff. quod quiſq; iur.c.rela tum.de cleri.non reſident.Ex quo infert,q; nominatus nõ tenetur facere mentionẽ de beneficio cuius recredentiam habet,& pẽ- det adhuc lis ſuper pleno poſſeſſorio, quia per recredentiã non efficitur quis pacificus poſſeſſor,ſicut per primum decretũ in rea- libus non conſequitur miſſus veram poſ- ſeſſionem,ſed cuſtodiam,aut vt alij volũt. poſſeſſionem cõmutabilem,quia intra an- num venienti, & cautionem pręſtanti de parendo iuri,debet reſtituere fructus per- ceptos.l.ſi quis emptionis.in fi.C. de præ- ſcript.xxx.vel.xl.anno.c.paſtoralis.§. præ- *Reprehenditur glo. prag.ſan.* terea.de offi.ordina.c.j.&.ij.de eo qui mit- titur in poſſeſ.hęc ille. Ego contrarium te- neo,quia poſtq̃ de eo.quod poſſidet de fa- cto,tenetur facere mentionem,vt ſupra di- xi,a fortiori & de alio quod non poſſidet pacifice. Item tex. tantum dicit poſſeſſa, ergo ſiue fuerint poſſeſſa pacifice,ſiue non, oportet ea exprimere.Nam ſi voluiſſet tã- tum beneficia pacifice poſſeſſa eſſe expri- menda,hoc dixiſſent conditores.ca. ad au- dientiã.de decimis.& quia nõ hoc dixerũt, non eſt noſtrum addere. ad tex. illud ver- bum pacifice. Imo addens peccat in ſan- ctum ſpiritum.Porcus,& ibi Iaſ.in.§.j.in- ſtitu.de patria poteſtate.& in.l.gallus.ff.de liber.& poſthumis. Item indefinita ęqui- pollet vniuerſali.cap. vt circa.de electio. lib.vj.l.ſi pluribus.ff. de leg.2. Et ſic dum dicit poſſeſſa,debet intelligi quomodocũq; ſiue pacifice,ſiue nõ.Præterea poteſt ea per ſententiam declarari ad ſe pertinere,& pa- cifice poſtea poſſidere incipiet,& tunc ha- beret vltra ducentos florenos auri de came ra, & tamen impetraret nominationes, quod eſt prohibitum. Inſuper fieret fraus legi, quia habentes beneficia vſque ad valorem ducentorum aureorum, facerent ſibi moueri litem ſuper illis,& poſtea im- petrarent nominationes, & acceptarent alia beneficia, quod eſt prohibitum. Nec minus dicuntur poſſeſſa in effectu, licet ſint litigioſa,not.per Cardinalem in ca.de multa.§.j.col.j.de præbẽd.& ſic teneo, nec iura pro glo. allegata probant ſuam opi- nionem,niſi intelligas glo.in eo cui moue- tur lis ſuper poſſeſſorio,quia licet obtinue- rit recredentiam,ſiue vt dicunt tenutam, adhuc non dicitur in hoc regno maxime poſſidere ſimpliciter,ſed ſub manu regia. ideo non tenetur illud quod non poſſidet, exprimere, niſi ſtarot per eum qui habet recredentiam, quominus poſſideret,|vtpo te quia non proſequitur litem ſuper ple- no poſſeſſorio, tunc poteſt dici poſſeſſor. hoc expreſſe tenuit gloſ. in .§. item quod vniuerſitates.in verbo poſſidebunt. de col- lat.in pragmati. quia paria ſunt poſſidere, vel ſtare quominus poſſideatur. argu. ca. cõmiſſa.de electio.in.vj.& tutius eſt ex- primere. vide Alberi. in tractat. ſtatut. in prima parte quęſt.177.item quęritur.&c.

ℭ Octauo quæro, cuidam collatum eſt be- neficium, cuius poſſeſſionem nondum a- deptus eſt, vult nominationes impetra- re, an teneatur exprimere illud benefi- cium? Reſpondeo breui,non, quia illud non poſſidet, & beneficia poſſeſſa tantum 13 *Beneficia nondum collata non poſſeſſa exprimantur.*

debent exprimi, quanuis per ſolam collationem ius quęratur abſenti in beneficio. c. ſi tibi. de præben. in. vj. Inno. in c. inter cætera. de præbend. glo. in §. item ꝙ vniuerſitates. in verbo poſſidebũt. de colla. in prag. niſi in fraudem hoc faceret, & tutius & æquius eſt vt mentionem facias, ne poſtea proceſſibus inuoluaris, & hoc ſi ſcieueris, alioqui diuinare non teneris. arg. l. ſi putator. ff. ad. l. aquil. facit. c. gratia. de reſcript. in. vj. nam qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. ſed iſta qualitas videlicet poſſeſſa, eſt iuncta verbo exprimere, ergo oportet quod ſint poſſeſſa tempore nominationis impetratæ. nec refragatur, quod in beneficialibus non conſideratur poſſeſſio. ca. 1. & per totum de eo qui mittitur in poſſeſ. ſed ſolus titulus. c. ſi tibi abſenti. de præbend. in. vj. quia reſpon. hoc eſſe verum, niſi lex figat pedem ſuper poſſeſſione, vt in. c. ſi a ſede. de præbend. in vj. & licet in mandatis & impetrationibus de iure ad rem ſit facienda mentio, vt patet per Felinum in capitu. in noſtra. de reſcript. per illum tex. tamen ſecus eſt in nominationibus, in quibus eſt expreſſum. beneficia poſſeſſa tantum eſſe exprimenda, & ſic nondum acceptata non, niſi fraus eſſet, vt ſupra dixi.

14 ¶ Nono quæro, an tã de beneficio principali, quàm de vnito ſit facienda mentio in nominationibus? Reſpon. non de beneficio vnito. arg. cap. ſuper eo. de præbend. lib. vj. Ita expreſſe tenet Ioan. Brunellus in tract. de dignit. leg. in conclu. 19. glo. in §. item quòd vniuerſitates. in verbo qualitates. de colla. in prag. vbi limitat quando vtraque eccleſia eſſet æque principalis, tũc vtraqꝫ debet exprimi. arg. cle. j. de præben. cap. 1. de conſecra. eccleſiæ vel altaris. Ancha. conſilio. 114. pro impetrante. Item nec de beneficio ignoranter ſibi collato. cap. gratia. de reſcript. lib. vj. nam is non poſſidet, qui ignorat. l. 3 §. Neratius. ff. de

[margin: ...beneficio vnito an ſit facienda mentio.]

15 acquir. poſſeſ. vt ſupra dixi. Et aduertendũ eſt, quòd ſi nominatus neget ſe poſſediſſe id tẽporis, videlicet dũ nominationes impetrauit, aſſerens contrarium probare debet. l. 2. ff. de probat. Tamen ſi probe- 16
tur nominatum alicuius agri fructus illius eccleſiæ ante recepiſſe, præſumitur quod illo anno poſſederit illud beneficium. ſing. eſt dictum Bal. in addit. ad Specula. in tit. de probat. verſi. ſed quæro qualiter. quod eſt notandum teſte Franciſ. Cremen. ſing. 132. ſi probo. nil tamen intereſt, ſiue poſſideat eccleſiam exiſtẽtem infra terrã, ſiue ſupra terrã. l. peregre. ff. de acqui. poſſeſ. ſiue per ſe, ſiue p aliũ, quia is poſſidet cuius noĩe poſſidet. l. quod meo. ff. de acq. poſſeſ.

¶ Decimo quæro, an ſpoliatus ſuo beneficio in nominationibus teneatur exprimere id beneficiũ quo fuit ſpoliatus? videtur ꝙ non per §. volumus. de colla. in cõcord. vbi tãtũ tenetur exprimere beneficia poſſeſſa, ſed nõ poſſidet illud quo fuit ſpoliatus. c. in literis. de reſti. ſpolia. ergo illud exprimere nõ tenetur. Secũdo facit, qui de vno dicit, de alio negat. l. cum prætor. ff. de iud. c. nõs ne. de præſumptio. c. qualis. 25. diſtinct. Tertio eſt tex. in. c. ſi tibi cõceſſo. de præb. in. vj. vbi quando quis non recipit fructus, non dicitur habere beneficiũ, ad hoc vt primum dicatur vacare per adeptionẽ ſecundi. c. ſi propter. de reſcript. in. vj. & hãc opinionem tenuit glo. in §. item ꝙ vniuerſitates. in verbo poſſidebũt. de colla. in prag. Quarto in cõcord. dicitur ꝙ beneficia poſſeſſa exprimere beneficiatus tenetur, ergo non tenetur exprimere nõ poſſeſſa, & illa quibus eſt ſpoliatus. In contrarium facit, quòd qui habet actionẽ ad rem, ipſam rem habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. Et id apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. habetur enim quod peti poteſt. l. id apud. ff. de verborum ſignificat. ſed iſtud eſt per fictionem. Secundo per ſpoliationem non perditur titulus, nec beneficium. Panormit. Imol. & Feli. in cap. in noſtra. de reſcript.

[margin: 17 Spoliatus an teneatur illud beneficiũ exprimere quo fuit ſpoliatus.]

¶ Tertio in mandatis apoſtolicis & alijs

impetrationibus ſpoliatus ſuo beneficio tenetur facere mentionem ſui beneficij ſpoliati, quando intendebat illud proſequi. doct.in.d.c.in noſtra. & Panor. & alij in c.cum teneamur.de præben.ergo & in his nominationibus,cum ratio diuerſitatis nõ aſſignetur.Quarto habenti beneficia vſque ad valorem ducentorũ aureorum, non dãtur nominationes.§.volumus.eo.tit. in cõcord.ſed is qui eſt ſpoliatus, habet ſaltẽ titulum,ergo &c.Quinto auferri debet materia delinquendi.l.cõuenire.ff.de pact.dota.ſed poſſet nominatus procurare vt ſpoliaretur ſuo beneficio, vt poſtea impetraret nominationes, & vigore illarum haberet beneficia, ergo &c. tamen quando ſtat per aliquem quo minus poſſideat,dicitur poſſidere.c.licet canon. & cap. commiſſa. de elect. lib.vj. Sexto vbi ſpoliatus primo beneficio accepit ſecundum incompatibile, pacifice, dicitur primum vacare.Inno.& alij in cap.de multa.de præbẽ. ergo ante adeptionem ſecundi illud primum habebat? Reſpondeo,aut quæris an ſpoliatus ſuo beneficio teneatur in nominationibus exprimere beneficia quibus vel quo fuit ſpoliatus, & dic ꝙ nõ per ſupradicta in prima parte, quia non ſunt poſſeſſa, & beneficia tantum poſſeſſa quis tenetur exprimere ſecundum cõcordatum, a cuius verbis non eſt recedendum.l. non aliter. ff. de leg. 3.& quoquo iure poſſeſſa ſint,non quærimus, dicit tex. in.l.j.§. non quærimus. ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.vbi etiam dicitur,ſi forte quaſi prædo poſſideat, teneri,fingens ſibi aliquem titulum poſſeſſionis, quocunque modo lucrifacturus quis ſit. Si tamen poſtea illud recuperet,& velit nunc petere beneficium vacans in vim nominationis,hoc non poterit, per. d.§. volumus. vbi dicitur quòd ſi nominatus obtineat beneficium quod ad valorem ducentorum florenorum auri de camera aſcendat, tunc beneficium petere ſeu conſequi non poteſt. Ecce ergo quòd licet impetrauerit nominationes tempore ſpoliationis, ei non proderunt, ſi tempore vacationis obtineat beneficia vſq; ad prædictum valorem,etiam ſi in nominationibus illud beneficium expreſſerit.Et ſic eſt concludendum quod nominationes valent etiam ſi non fuerit facta mentio de beneficio quo fuit ſpoliatus:tamẽ ſi illud recuperauerit poſt impetrationẽ nominationum,aliud beneficiũ ratione illarum conſequi non poterit,ſi illud beneficium vſque ad valorem præſtitutum aſcẽderet,alioqui cõtra, per prædicta.& ſic vides opiniones cõciliatas,notes perpetuo.

¶Vndecimo quæro, an ſufficiat exprimere beneficium in genere, vt non obſtante quòd alia beneficia habeat? videtur quòd ſic.in.c.non poteſt.§. vlti.de præbend. in vj.& quia tantum valet expreſſio generalis in ſuo genere, quantum ſpecialis in ſua ſpecie.l.ſi duo.ff.de adminiſtra.tutor. Cõtrarium arbitror verius,quia in concorda. §.volumus. dicitur quod nominatus tenetur exprimere beneficia quæ habet, & verum eorum valorem.quod nõ faceret,ſi in genere exprimeret.& hoc tenuit glo.in.§. item quod vniuerſitates. in verbo qualitates.de colla.in prag.pro hoc facit tex.in cle. j. de præbend. vbi non ſufficit expreſſio iſta generalis,& animarum cura nõ negligatur.Et quòd non ſufficiat in genere exprimere, tradit Panor. & Decius in.c. ad aures.de reſcript. & cle.vlti.de offic. ordina.Felinus in.c. in noſtra.de reſcript. Nec obſtat.d.c. non poteſt. prout ibi doct. declarant.Et vide ſexdecim limitationes ad illam regulam.d.l. ſi duo.per Bal.in.l. ſed & ſi quis.§.quæſitum. col.2. ff.ſi quis cautio. imo tenetur exprimere, etiam ſi motu proprio nominationes impetrarentur, vt diſſerit glo.ĩ.d.verbo qualitates. & Brunellus in tract.de dignit. leg.19.conclu. 4. decla.nõ tamen ſolent ſic nominationes cõcedere vniuerſitates. 11

An ſuffi- ciat expri- mere bene- ficia in ge- nere.

¶Duodecimo quæro quid ſi dolo deſijt poſſidere aliquod beneficiũ,an illud teneat exprimere? Videt ꝙ nõ, quia nõ poſſidet,& beneficia poſſeſſa tantũ 12

De eo qui dolo deſijt poſſidere.

quis tenetur exprimere. Reſpon̄. imo etiã ſi dolo deſijt poſſidere, quia is ꝓ poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere. l. is qui. ff. de rei vend. & l. ꝙ ſi dolo poſſeſſoris fugerit, damnandum eum quaſi poſſideret. ibidem. regula, qui dolo. & regula, parem. ff. de reg. iur. Iaſ. & alij in §. j. inſti. de actio. c. pro poſſeſſore. de reg. iur. lib. vj. & diſpoſitio loquens de poſſeſſore, habet locum in eo qui dolo deſijt poſſidere. Bar. in. l. vna. C. de aliena. iud. mut. cauſa facta. Alber. in. j. parte ſtatutorum queſt. 154. Iohan. And. in. d. regula pro poſſeſſore. Et Albet. ad verbum refert in. l. qui dolo. ff. de regu. iur. & non minus delinquit is qui non incipit poſſidere, quã is qui deſinit. l. j. §. ſane. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Et quid ſi lata culpa deſinat quis poſſidere, an comprehendatur, vide Iohan. Fab. & Iaſ. in. §. omnium. inſti. de

20 Beneficiũ de nouo poſſeſſum an ſit exprimẽdũ. actio. ℭ Decimotertio quæro an beneficiũ de nouo poſſeſſum per ſex menſes forte vel per aliud modicum tempus, ſit in nominationibus exprimẽdum? reſpon̄. quod ſic, dummodo tempore nominationũ poſſideat vel poſſederit, longo tempore, ſiue nõ, ſiue poſſederit per annum, ſiue minus: tum quia in concordat. tantum requiritur vt beneficium poſſeſſum exprimatur, non diſtinguens de tempore: tum etiam quia ratio concordato. locum habet ſiue poſſederit per annum, ſiue minus, vtpote vt vniuerſitates inſtruantur an ille qui impetrat nominationes, habeat vſꝗ ad ducentos florenos auri de camera: ſed ille qui de recenti poſſidet beneficium, habet id temporis vltra ducentos aureos, ergo oportebit illud beneficium exprimere. Non obſtat quod poſſit moleſtari intra annũ ſuper poſſeſſorio, quia fac eſſe, attamen non conſideratur ille euentus. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã ff. de verb. oblig. nam de iure poteſt quis in beneficio perpetuo moleſtari, regula beneficium. de regu. iur. in. vj. c. cura. de iure patro. glo. in verbo triennio. de pacificis poſſeſſ. in prag. Et etiam in hoc regno Frãciç quis poteſt moleſtari intra triennium, ergo ante triennium beneficium poſſeſſum quis non teneretur exprimere, ſi cõſideraretur quod quis poſſet moleſtari. Nec refragat̃ glo. in verbo pacifice. de pacific. poſſ. i prag. vbi dicit ꝙ multi nõ reputãt bñficia cũ pacifice poſſidere, niſi per annum poſſederit ſine lite, cum intra annum poſſit inquietari ſuper poſſeſſorio retinendç in caſu ſayſinç, & nouitatis, & beneficium ſequeſtrari ex ſtilo Franciç, per iura ibi allegata: quia ibi recitat opinionem aliquorũ, quam nõ approbat. vel ibi quo ad titulũ de paci. poſſe. non quo ad nominationes. vel dic vt ſtatim dicetur ꝑ glo. in. c. cõmiſſa. de elect. in. 6. vbi oportet ꝙ aliquandiu poſſederit anteꝗ dicatur pacifice poſſidere, quia hoc eſt verũ in caſu illius. c. & c. licet canon. ibi dẽ. nam poſſet quis ordinari, & poſtea auferretur ei beneficium, & cogeretur poſtea mẽdicare. c. diaconi. i. 5. 93. diſt. ſecus eſt in impetratione nominationũ, q̃a ſi impetrat noĩationes, & in eis exprimit beneficia quç nũc poſſidet, ſi aſcendant vſꝗ ad ducentos aureos, vniuerſitas recuſabit. expectet ergo an bñficiũ euincatur, & poſtea nomĩnatiões impetrabit. Si vero nõ aſcẽdat vſꝗ ad ſummã taxatã, impetrabit & obtinebit noĩationes. igit̃ expreſſio in noĩationibus nullius aut parui eſt nocumenti, ſecus in promotione vel adeptione ſecũdi beneficij.

ℭ Decimoquarto quid ſi poſſideat vnã rẽ bñficij, an bñficiũ dicat̃ poſſidere? reſpon̄. nõ, niſi oĩa bona, vel maiorẽ partẽ rerũ beneficij. c. j. de reſtitutio. ſpoliat. lib. 6. & ſic ſpectatur poſſeſſio rerũ corporaliũ, & non tm̃ ſpũaliũ, atq. j. q. 3. c. ſi quis obiecerit. cũ ſpiritualia nõ poſſideantur. c. cõqueſtus. de foro cõpet. Card. in. cle. fi. q. 11. vt lit. pend. Nec obſtat. l. & ſi nõ totã. cũ. ll. ſeq. ff. ſi qs omiſ. cauſa teſta. quia hoc habet locũ quo ad illũ titulũ, ſecus quo ad cõcor. & mediocriter etiã doctus rationẽ diuerſitatis luculẽter ex his eliciet. 21 De poſſidente vnã rẽ bñficij

ℭ Secundo requiritur ꝙ numerus beneficiorũ exprimat̃, vt probat̃ in. d. §. volumus. ibi beneficia, alio modo põ detãdo ꝗ̃ ſupra, vbi ſi habeat beneficia, & 22 Numerus bñficiorũ exprimẽdus eſt.

ſic plura, vt ꝓbat in.c.is cui.de præb.in.6. ea debet exprimere, cum ſit maior ratio in pluribus, quàm in vno.c.quia nonnulli. de cleric.non reſident.c.quia in tantū.de pręben.nam poſſunt aſcendere vſq; ad ducentos auri florenos facilius, quàm vnum.

23 ❡Primo quęro, pone noiatū habere vnum beneficium in regno, aliud extra regnum, an teneat vtrūq; exprimere? Videtur ꝙ nō: quia poſtq̄ non poteſt ad illa quę extra regnū ſunt, nominari, ergo nec exprimere ea tenebitur. Item de his quæ foris ſunt, quid ad vniuerſitates? arg.c.gaudem⁹.de diuor. Contrariū videtur verius, per illā rationē, vt vniuerſitates ſciant an is qui vult nominari, habeat vſq; ad ducentos ducatos. ſiue ergo habeat extra regnū, ſiue itra, intereſt vniuerſitatis non concedere nominationes illi habenti beneficium, ergo oportet illud exprimere, cū ſit eadē ratio, & eadē erit iuris deciſio.l.illud.ff.ad.l.aquil. & quia concordatū nō diſtinguit, nec nos.l.de precio. ff.de publicia.in rē actio. Itē tex. dicit exprimēda beneficia, ergo vbicūq; ſint, dū tamē poſſeſſa ſint a nominationes impetrante. quia beneficium eſt, ideo poſui concluſionem. Beneficia etiam extra regnum poſſeſſa, in nominationibus exprimēda ſunt, etſi ad beneficia extra regnum nominationes concedi non valeant. Nec obſtant in contrarium adducta, quia non eſt eadem ratio concedendi nominationes, & exprimendi. nam poteſtas limitata data eſt vniuerſitatibus regni, vt nominent, ergo non debet extendi ad beneficia, videlicet extra regnum.l.in agris.ff.de acq.rerum dominio. Sed habenti beneficia prohibet concordatum concedere nominationes, niſi ea exprimat.d.§.volumus.ſi ergo habeat extra regnum, & non exprimat, non ſatiſfacit concordato, volenti beneficium exprimi, ergo ſuæ nominationes non valebunt. Nec obſtat.d.c.gaudemus, quia loquitur dę his quæ ſunt extra eccleſiam, & non in caſu iſto, & iſta opinio eſt tutior.

Concluſio, beneficia etiā extra regnū poſſeſſa, in nominationibus exprimēda ſunt.

24 ❡Secundo quęro, an nominatus teneatur exprimere beneficia quæ in commendam habet? & non videbatur, quia ea videt detinere, cum ſit tanquam depoſitarius. gloſ. in.c.nemo. de elect.lib.vj. Videtur contra, quia non poteſt negari, quin ea poſſideat, ſiue in titulum habeat, ſiue in cōmēdam, ſiue vnum in titulum, & alterum in commēdam. nam commēda eſt titulus canonicus. c.dudum. in.2.de electio. dixi in tracta.de pacificis poſſeſſo.in.5.extenſio.nam non quærimus quo iure poſſideat, ſed an poſſideat. ita dicit tex.in.l.j.§. non quærimus.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.

An nominatus teneatur exprimere beneficia quę habet in commendam.

❡Tertio quæritur, quid ſi ad nutum abbatis monachus vnum beneficium habet, & poſſidet, an teneatur illud exprimere, eo quòd non eſt perpetuum? non videbatur, quia beneficia perpetua eſſe debere teſtatur.c.præcepta.55.diſt. Itē facit.c.poſtulaſti.de reſcript. vbi fit differentia inter titulum temporalem, & perpetuum, & alia multa quę poſſem allegare, quę tamē ſerio omitto.

25 ❡In contrariū me trahit, cū hoc poſſit eſſe ꝑpetuū, pro perpetuo iudicabitur, arg.l.ſufficit.ff.de conditio.indebit. imo ſi abbas ex malicia remoueret monachum, is ipſe poſſet ſupplicare ſuperiori abbatis, & ipſum ſuperior debebit tueri, inſtar ſerui.l.j.C.de precib.impera.offerend. Innocen.in.c.inſinuante.qui clerici vel vouentes.glo.in.§.& idem ordo.in verbo perpetuis.de collat.in prag. vbi concludit hæc manualia etiam poſſe permutari. citat Freder. in tract.de permuta.beneficio.q.16. vide quæ dixi in tracta.de pacifi.poſſeſ. in.6.limit. Item hic non exprimit perpetua, ergo etiam non perpetua tenetur quis exprimere, quia de beneficio quod quis obtinet in titulum, debet facere mētionem de iure.c.ſi prepoſnente.de reſcript.c.ſi motu.de præb. in.vj. nec hoc caſu ius diſtinguit an ſit tēporale an perpetuum, nec etiā nos diſtinguemus. l.de precio.ff. de publicia.in rē act. ius ergo conſiderat an detur in titulum vel non, ſed

Beneficia quę quis obtinet ad nutū ſuperioris an ſint in nominationibus exprimenda.

manuale datur in titulum.cle. quia regulares.de ſupplen.negli.prælat.cum ibi notatis,ergo de eo debet fieri mentio,& ita cõcludit in impetrante apoſtolico Calderi. conſilio.9.an impetrans.& idem in nominationib⁹ puto cõcludẽdũ.Nec obſtat primum,quia iam eſt ei reſpõſum,nec.c.poſtulaſti. quia ibi fit differentia inter perpetuam & temporalem vicariam,non ratione temporis,ſed reſpectu tituli,quia in tẽporali non datur titulus.ſecus in perpetua. notatur in.c.cum ex eo.de elect.in.vj.& in c. ſi gratioſe.de reſcript.eo.lib.non tamen tenetur facere mentionem de loco collegiali, vbi in ſingulos annos datur victus tantum vſque ad decem annos,vel aliud tempus,non perpetuo, vel ſi darentur fructus alicuius altaris vſq; ad decem annos. Calder. conſilio.6.an ſi epiſcopus. rub.de præben. quia non eſt beneficium eccleſiaſticum.Idem Calder.ibidem cõſilio.30. an ſi ſacriſtę.ſecus ſi perpetuo, vt dixi ſupra, quando eſſent(vt dicunt)ſpiritualizata.

26

27 ¶ Quarto quæro, quid ſi habeat Capellanias pauci valoris? Reſpondeo, tenetur exprimere, per cap. ſi motu proprio. de præbend.in. vj.quia hic dicit beneficia,ergo intelligit quæcũq; bñficia,ſiue maiora, ſiue minora.Et q̃ dicant maiora,vel minora, arbitrarium eſſe dicit Geminia. conſil. 85. ſuper primo dubio.circa finem. ſequitur de Ripa in cap.ad aures. col.j.de reſcript. licet aliqui contra teneant. Item paruum & magnum in iure differentiam non inducunt.l.j.§.cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam per leg.falci.l.quanuis minima. vt in poſſe.leg.l.ſi proprietarius.de damno infect. Et quia beneficium etiam modici commodi requirit reſidentiam.c.conqueſrente.de cleri.non reſident.Oldra. conſilio 140.in eccleſia.col.prima.cum ſingula officia in eccleſijs aſſiduitatem exigant perſonarum.c.ad hæc.de præbend.

Capellaniæ modici valoris an teneat̃ q̃s exprimeſ ſe.

Taceri beneficium quod habebat tẽpore impetrationis nominationũ, nõ ſuccurritur, licet poſtea illud reſignauerit.

28 ¶ Quinto quæro, quid ſi impetrans nominationes tempore impetrationis habebat beneficium quod in nominationibus non expreſſit, poſtea conſultus reſignat id, vel per ſententiam amiſit illud beneficium, quod non expreſſerat, demum aliud vacans beneficium acceptat vigore nominationum, an valeat? Videtur quòd ſic, quia in nominationibus attenditur tempus vacationis, vt in concord .§. volumus. vbi poteſt prouideri ei qui non habet ducentos florenos auri in beneficijs tempore vacationis.ita tenet glo.in prag. in.§.quod ſi quis. de collat. Contrarium teneo, quia quod ſemel vitioſum eſt, tractu temporis non conualeſcit. regula eſt iuris. Sed nominationes ab initio fuerunt nullæ propter beneficium non expreſſum, ergo illa reſignatio nil facit quo magis nominationes valeant,maxime quãdo eſt defectus in ſubſtãtialibus,vt hic. Deci. in regula,quæ ab initio.ff. de regul. iur.facit cap.primũ. & cap. ſi eo tempore. de reſcript. in .vj.cap.j. de deſpon. impuber.ibidem tradit Specul.in titu.de reſcrip. præſenta.§.ratione autem impetrantis.col. 3.verſicul.quid ſi impetrans. Nec obſtat quod tempus vacationis attendatur in nominationibus, verum eſt quando nominationes ſemel valent. tunc enim inſpicitur tempus vacationis beneficij, an nominato ſit competens beneficium,nec ne, id temporis, ſcilicet vacationis. ſed quando ſunt nullæ, nõ conualeſcunt poſtea, nec inſpicitur tempus vacationis. facit quod ſi archipreſbyter nõ valens habere copiam epiſcopi, reſignauit in articulo mortis in manibus preſbyteri recipientis reſignationem nomine epiſcopi,& canonici ſtatim elegerunt, poſt duos dies vita functus eſt archipreſbyter, demum epiſcopus electionem canonicorum confirmauit, quod non valet electio de beneficio non vacante, & ſic nec confirmatio. Ioannes Andreæ. in regula non firmatur.de regu.iur.in.vj. in mercurial.& ibi Philipp. Peruſin. Item ſpeciale

eſt in.c.is cui.de præbend.in.vj.vt quis poſ
ſit dimittere beneficium,& poſtea erit ido
neus.ſecus erit in alijs caſibus.l.ius ſingu-
lare.ff.de legib.& pro hoc eſt tex.in.c. du-
dum.§.nos.igitur de præbend.in. vj.& Io
an.monachi in.d.c.is cui.hoc expreſſe tra-
dit.Archi.in.c.ſi motu. in fi. de præbend.
in. vj.& idem in mandatis apoſtolicis con
cludit Compoſtel. in.c.in noſtra. col.2.de
29 reſcript.℄ Tertio exprimitur in nomina-
tionibus verus valor beneficiorum.d.§.vo-
lumus.Oldra.conſilio.216.circa. Barba. c.
ad aures.numero.40.de reſcript.vbi dicũt
in impetrationibus apoſtolicis valorẽ be-
neficiorum exprimendum. ſic ergo erit
in nominationibus,vt hic dicitur in textu.
ratio eſt,vt vniuerſitates inſtruantur an is
qui velit obtinere nominationes,habeat vl
tra ducentos aureos,vel vſq; ad illam ſum-
mam, & tunc eidem denegare poterũt &
debebunt nominationes, ſi non exprime-
retur valor verus.hoc non poſſent ſcire v-
niuerſitates,nec diuinare tenentur,cũ nul-
l9 hoc debeat.l.ſi putator.ff.ad.l.aquil.Imo
punitur præſagus.l.nemo.C.de malefic.&
mathe.&.c.cõtra.26.q.5.Roma.ſing. 660
tu ſcis &c. & hæc ignorantia eſt probabi-
lis,cum ſit in facto alieno.l.fina.ff.pro ſuo.
Secũdo etiã intereſt collatoris hoc ſcire,ne
etiam impetratis nominationibus habenti
ſummam ducentorum flo2enorum auri de
camera prouideat, cum non teneatur, ſed
nõ habẽti, vt in regula cancella.61.&.d.§.
volum9.de colla.℄ Tertio hoc præcipitur
in concord.vt verus valor exprimatur, &
ſic hoc exprimere videtur de forma & ſub-
ſtantia quæ debet ad vnguem ſeruari.l.cũ
hi.§. ſi prætor.ff.de tranſactio.&.l.j.& ibi
doct.ff.de liber.& poſthu. alioqui nomina
30 tiones ſunt ipſo iure nullæ.Ego vero ſuſti-
nui concluſionem hãc videlicet, Nomina-
tiones,quanuis verus valor in eis nõ ſit ex-
preſſus,iure ſubſiſtunt.intellige ſi eo anno
quo impetraui nominationes, propter ſte-
rilitatem nõ valuit beneficium niſi vigin-
ti,& ego expreſſi æſtimationem commu-

Verus valor in nominationibus debet exprimi.

Cõcluſio, Verus valor quanuis in nominationibus nõ exprimatur, tñ iure ſubſiſtant.

nem, videlicet quod valebat quinqua-
ginta,tunc puto quod nominationes vale-
bunt,vt intra dico, cum communis valor
ſit attendẽdus.l.precia rerum.§.fi.ff. ad leg.
falcid.vel ſi expreſſi beneficium eſſe plu-
ris, q̃ eſſet,quia quod pluris eſt,vtiq; tanti
eſt.tex.expreſſus in.l.cum furti.ff.de in litẽ
iurand.l.in eo quod plus.de reg. iur. & ibi
Deci.vide tamen Feli. & alios in.c. ad au-
res:de reſcript.& infra.q.7. Et hodie ſtilus 31
curię Romanę inualuit,vt i impetrationi-
bus bñficiorũ exprimat valor.glo.& doct.
in cle.j.de p̃bend. Barba.& Feli. in.d.c. ad
aures.Et hoc vt annata ſoluat Roma.pon-
tifici,vt patet in rub.de anna.in prag. & in
cõcord.& ita Vrban9.vj.ordinauit,vt i de-
ciſio.rotæ caueatur deciſio. 292.licet impe-
trans.in nouis.& in regula cancell.61.
℄ Galli hunc verũ exprimendi ſtilum non 32
receperunt:imo licet beneficiũ valeat mil-
le aureos,non exprimũt valere niſi.xxiiij.
ducatos,ſic,cui9 fructus &c. vigintiquatu-
or ducatorum auri de camera ſecundũ ex
co.an.valorem non excedunt. Dicũt enim 33
burſales conſtitutiones in regno extirpan-
das.hæc tamen non eſt burſalis quo ad no
minationes.quia ob hoc non datur anna-
ta papæ,nec vniuerſitati,ergo verus valor
eſt exprimendus in eiſdem. Idẽ ſeruat etiã
in Frãcia i vnionib9,vt ver9 valor tã bene 34
ficij vniti q̃ vniẽdi exprimatur.de quo i re
gula cancel.21.quod eſt notandum ſecun- 35
dum Feli.in.cap. ad aures. col. vlti. de re-
ſcrip.Et per hoc dixi q; ſi quis habeat be-
neficium ducentorum florenorum auri &
vltra, deductis tamen oneribus & impen-
ſis non remanent habenti niſi centũ,quòd
ille poterit nominationes impetrare, quia
verus valor eſt ei ad centum,& ille eſt ex-
primendus ſecundum concorda. Et hoc vi-
detur concludere Bar.in eo qui impetrauit
a papa,i.l. quotiẽs.ff.ad leg.falc. Bal.in.l.
j.col.2.C.de fruct.& litiũ expenſis.Feli. in
d.c.ad aures.col.penulti.concluſio. 12. Iaſ.
&alij in.l.non amplius.col.2.ff.de leg.j.&
& in.l.illud.in princ.C.de collat.l.cũ quę-

Stilus Gallorũ qu[...] ad exp[...] nẽ valor[...] benefic[...]

Burſales cõſtitu[...] nes Ga[...] reprob[...]

dā.§.fina.ff.de iuriſd.om.iu.Decius cōſilio
156.ſtatutū. Feli.in.c.ad noſtrā.j.poſt glo.
ibi col.2.de iureiurand. quia peruenire &
habere proprie dicitur,quod deductis one
ribus ad aliquem peruenit.l.cogi.§.j.ff. ad
trebel.intellige tamē vt dico infra eo.in.5.
quæſtio.vt hic intelligamus de alio onere
videlicet neceſſario,q̄ ibi.Item bona dicun
tur ære alieno deducto.l.ſubſignatum .§.j.
ff.de verbo.ſigni.ſic & verus valor deductis
neceſſarijs oneribus dicitur.
36 ℂ Primo quæro, an de penſione teneatur …nſio ex …menda
facere nominatus mētionē? videtur q̄ nō,
quia non venit appellatione beneficij.cap.
quāuis.j.de pręb.in.vj.c.ad audientiā.in.2.
de reſcrip.Item penſio eſt quid mere tēpo-
rale,quæ non poteſt permutari cum bene-
ficio.c.vno de rerum permut. lib.vj. & ibi
not.docto.& dixi in tracta.de pacific.poſſe.
in.18.amplia.Reſpoñ.q̄ ſi data eſt in titu-
lum,tenetur eam nominatus exprimere,
alioquī non.Ioan.Andr.& alij in.c.poſtu-
laſti.&.c. ad audientiam.2.de reſcript.Do.
in.c.ſi pauper.de prębend.lib.vj.glo.in cle.
2.in verbo quodcunq;.de vita & honeſta.
cleric.vbi concludunt in impetrationibus
apoſtolicis exprimendum.idem ergo & in
nominatiōibus dicet. Et hodie quęlibet pē
ſio ſuccedit loco bñficij, quia ad vitam re-
cipientis . frequentius datur, ideo tenetur
habens eam facere mentionem etiā in mā
datis apoſtolicis.glo.in reg.61.in fin.Ioan.
Brunellus in tracta.de dignita.leg.conclu.
16.declara.4.& iſtud eſt ęquitatis plenum
inſpiciendo mentem concordatorum , in
quibus,pauperibus volunt conditores ſcho
laribus prouideri,&,non habētibus ad du-
centos florenos beneficia. Et parum refert
an habeāt in beneficijs,aut in penſionibus
perpetuis .cōſtitutio enim ex limite ratio-
nis debet ampliari,vel reſtringi.l.cum pa-
ter .§. dulciſſimis.ff.de leg.2. Lanfranc.in
tracta.de iterpreta.ſtatutorum,in interpre
tatione extenſiua in.2. concluſio. & ibi di-
xi in additio.ad eum.glo.tamen in.§.item
quod vniuerſitates. in .§. beneficiorum.de
colla. in pragma. dicit hoc eſſe ęquum.ta-
men penſiones non dicuntur beneficia ec-
cleſiaſtica,de quibus tenetur in nominatio-
nibus exprimere.ideo dicerem ante factā
ſupradicta procedere.vide in deciſio.capel-
la.Tholo. quæſt. 472. & rotam deciſ. xj.
rub. de præben. vbi dicit titulum ſuper a-
liquibus bonis datum,nō debere exprimi,
quia non eſt beneficium eccleſiaſticum.
ℂ Secundo quæro, beneficium valuit hoc 37
anno propter caritatem frumenti. ducen- Valor tē-
tis aureis,vel plus, alijs tamen annis non poris cari
tantum valuit: quæritur quid debeam ex- tatis non inſpicitur
primere? Reſpoñ. quod communiter va-
let,exprimēdum eſt,per tex.in.§. fi. ibi ,ſe-
cundum communem ęſtimationē.de man
da.apoſtoli. ſupra.facit cle.vlti.de deci.nec
inſpicitur quod plus valuit vno anno.l.pre
cia rerum .§. fina.ff.ad leg. falcid.nota. in
l.2.C.de reſcinden.vendit.dixi in repeti.l.
vnicæ in gloſ . ſubtilitatem , in probatio-
ne intereſſe.C. de ſententijs quæ pro eo
quod intereſt.nota.in cap.j. de emptio. &
vend.&.in cle . ſi beneficium.de decimis.
Ideo poſui concluſionem,Etiam habenti 38
beneficia valoris ducentorum aureorum Cōcluſio.
nominationes iuſtæ dantur hoc caſu præ- Habēti be-
dicto,quia de his quę raro veniunt,non fit neficia vſq; ad du-
regulariter lex.l.ex his.ff.de legib. vel etiā centos au-
intellige vt ſupra ead.q.dixi.nuc. 35.vide. reos dentur nomina-
tiones.
ℂ Tertio quæro, an diſtributiones quoti- 39
dianæ ſint computandæ in iſto valore? Diſtribu-
Videtur q̄ non , ſed fructus tantum, qui tiones cō-
ſunt ſoliti percipi de corpore beneficij, vt putantur
tenet expreſſe Petrus de Anchar, in cle.2. in valore.
dę decimis . Et illi groſſi (vt vocant) fru-
ctus computantur, qui veniunt in porta-
tis,vt in proprijs terminis eſt tex.in regu-
la cancel.60. & quia diſtributiones quoti-
dianæ non percipiuntur de corpore bene-
ficij,ſed ratione perſonalis ſeruitij, ideo nō
computantur in valore,teſte Oldra.conſi-
lio.118. ex virtute.Aegidi . de bellamera
conſilio. 34. ſuppoſito.in quarto dubio.ro
ta deciſio. 134. in nouis. Anchara. in cle.
vna. quęſt.5. de conceſſio. prædend . Feli.

Decius & alij in.d.cap. ad aures. per cap. licet.de præbend. vbi appellatione fructuum & redditũum non veniunt diſtributiones quotidianæ. Ideo decima papalis non eſt ſoluenda ex illis.glo.in extrauagã. ſuſcepti. in verbo conſueuit. de electio. in extrauag. Ioan.xxij. ſequitur Geminianus in conſilio .85. ſuper.j. col. penult. Item mortuaria, vniuerſaria & quæſtæ non cõputantur in valore, teſte Oldra. conſilio 216. circa primum. niſi tales redditus ſoleant quotannis locari pro certa pecunia. Feli. & moder. in.d.cap.ad aures.& iſta licet ſint iuris,tamẽ nominatus tenetur exprimere verum valorem, etiam cõſiſtentem in diſtributionibus quotidianis,vt habetur in dicto.§.volumus. in concorda.vbi hoc præcipitur,& ſic hoc caſu diſtributiones computantur, licet regulariter contra per ſupradicta. vide Ioan. Andr. in additio.ad ſpecula. in rub.de conceſſio.præben. col.6.verſi.demum quærebatur &c.

40 Decima papalis nõ ſoluitur ex diſtributionib⁹

41 Quando nõ eſt verus valor expreſſus

41 ¶Quarto quæro, quidam impetrauit nominationes,& expreſſit in eis certum valorem ſui beneficij obtenti, tamen id temporis non erat verus valor, tempore tamen vacationis alteri⁹ beneficij reperitur verus valor ille expreſſus, an nominationes valeant? Videtur quòd ſic,nec ob hoc vitiantur. nam gratia per vacationem, & realem prouiſionem ſortitur effectum. argu.l. quotiens. & ſequen.ff. de verbo. obligat. & .l. ſi Calendis. de re iudicata. Item gratia dicitur habere conditionem. argu.l. vnum ex familia .ff. de legat.2.circa princip. &.l. cum ita.de optio. leg .l.3. qui & a quib. manu.liber. & in conditionibus tempus extantis conditionis attenditur .l. eas .ff. de conditioni. & demonſtrationi.l. ſi deportati.de legat.3. & per iſta ſic concluſit Oldra. conſilio. 168. ad primam quæſtionem. Sequitur Barba.d. cap. ad aures.numero. 38. Tamen contrarium tenet Bald. ibi, quod inſpiciatur valor tempore impetrationis. qualitas enim iuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi .l. in delictis .§. ſi detracta. ff.de noxa. actio. ſic tenet gloſ.in .§. item quòd vniuerſitates. in verbo præſentationis. de collat. in pragmati. Ipſeque huic ſententiæ me ſubſcribo, quia non eſſet ſatiſfactum textui volenti verum valorem exprimendum, nec poterat pręſagire nominatus ad tempus futurum, argu.l.ſi putator .ff.ad leg. Aquil.Et ideo tempus datę nominationum quo ad hoc attendi debet, ſicut in alijs reſcriptis. cap. eam te. de reſcript. cap. ſi eo tempore. illo titu. Siue ergo fuerit auctus valor, ſiue diminutus poſt nominatiões,nil obſtabit,quia narratio eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis.Specul. in titul. de reſcript. præſentatio .§. ratione autem cauſæ. col. 2. verſic.item quid ſi expreſſit.per tex. & ibi Panor.in tertio notab. in cap. quia circa. de conſanguinita.Plene diſputat Anchara.in cle. vna .q.4. de conceſſio. præbend. Nec obſtant ſupradicta,quia loquuntur de gratia ad beneficia certi valoris, vt ſi varietur valor, attendatur tamen tempus vacationis. ſed hic loquitur de eo qui expreſſit non verum valorem beneficij, quod obtinebat. quod ſecus eſt, quia tempus impetrationis debet inſpici, teſte Panormit.in dicto cap. quod circa. Idem concludit Bald. conſilio.491. Petrus de ſeſſa in primo volumi. in impetrante beneficium ac ſi familiaris papæ eſſet, tamen tempore impetrationis nõ erat, ſed tẽpore vacationis ſecus,vt beneficiũ iſti nõ debeatur. vide ibi multa allegata p eũ,per quæ hic magnos poſſem reddere commẽtarios. ſed ibi licet videre. Imo ſi beneficiũ valeret decẽ, & ego ſolũ expreſſero nouem, non ob hoc vitiantur nominationes in modico,argu. l. ſcio .ff. de reſtitutio. in integ. & ita in gratia in forma pauperum concludit Aegidius Bellamera in deciſio.601.in cauſa.& iſtud eſt ęquũ,maxime quãdo dolo nõ eſt factũ.

¶Quinto quęro,ſcholaris habet beneficiũ in Hiſpania, quod eſt redditus ducento- 42 Exprim

[illegible] eſt quantũ in loco valet beneficium.

rum ducatorum ibi, attamen vt pecunia deferatur huc, diminuuntur viginti aurei, an debeat exprimi quod valeat tantum centum octoginta, an ducenta? Reſpondeo, debet exprimere verum valorem, videlicet quantum valet in illo loco vbi eſt. d.§. volumus. Ancha. in clemen. vna.q.6. de conceſſio. præbend. Et quod debeat conſiderari locus in quo eſt beneficium, facit.l.vinum. in fine.ff.ſi cert.pet. &.l.vlti.de tritica. & ita expreſſe conſuluit Oldra. d. conſilio. 168. & ratio traditur ibi, quia actus cuius expeditio in certum locum confertur, in illo loco cenſetur celebratus. l. hæres §. vlti. ff. de iudic. l. contraxiſſe. de actio.& obliga. & quia in beneficio reſidere quis tenetur. cap.1. & per totum.de cleric. non reſident. ideo valor illius loci in quo morari debet, inſpicietur. quod eſt notandum, quia quotidie contingit. Et quid ſi plus valebat aureus in loco beneficij q̃ in vniuerſitate in qua impetrauit nominationes, vide Ioan.And.in addi. ad Specu.in rub.de conceſſio.præbend.col. penulti. verſicu. ad aliam quæſtionem.& doc. in.l. cum quid.ff.ſi cert.peta.

43 Nominatus an valorẽ quẽ expreſſit, ꝓbare teneatur.

¶Sexto quæro, an nominatus teneatur probare illum valorem quem expreſſit verum, ſi ab alio opponatur, non eſſe verum valorem? Videtur ꝙ ſic, quia impetrans omnia in ſupplicatione expreſſa probare tenetur, nec opponenti incumbit onus probãdi.c.quia circa.& ibi Panor.in.2.notab. de conſangui. & affinita.Feli.in.c.cõſtitutus.col.j.de reſcrip.dicenti enim incumbit onus probandi.l.ei.ff. de prob.cõtrariũ teneo, quia ſufficit ꝙ nominatus dicat beneficium eſſe valoris centum aureorũ, & nõ pluris, iuxta glo.in.l. cũ de lege.ff.de probat.quam ſequitur Iaſ.in.l.fina.§. licentia. col.j.C.de iure deliberand.Curtius conſilio 27.col.8.verſic. ſed contra &c.Et aſſerens plus valere, oportet quod probet.l.quoties §.1.ff.de probat.plene Feli.in.c. ex literis. col.penul. & ſeq.de probat.Et hoc de facto dicit ſe habuiſſe Barb. in.d.c.ad aures. & obtinuiſſe ſcd̃m cõſiliũ Bal.licet ibi Panor. & aliqui videantur tenere cõtra, videlicet quòd quando opponitur quod impetrans expreſſit falſum, tunc impetrans habet probare narrata, ſicut creditor, quãdo debitor dicit pecuniam non fuiſſe numeratam, probare debet.l.4.C.de non numera. pecu.Si vero excipitur quòd tacuit verum, tunc excipiens, quia allegat dolum, illũ probat. notatur in cap.1. de litis conteſta. in.vj.l. quoties.§. quidam.ff. de probatio. & an patronus teneatur probare ſe præſentaſſe intra tempus a iure ſtatutum, tradit Curtius in tracta. de iure patro. in verbo. honorificũ. q.49. allegat Feli.in.c. quod ad conſultationem.de re iud. Aegid. de bella mera conſil. 34. ſuppoſito. col.2.

¶Septimo nominatus dubitas ne exprimeret verum valorem, expreſſit maiorem valorem, quia expreſſit ſuum beneficium valere centum, & non valet niſi quinquaginta.quæritur an nominationes ſint nullæ, eo quòd nõ expreſſit verum valorem? videtur quòd ſic, per capitul. cui de non ſacerdotali.de præbend.lib. vj. & per.d.§. volumus. de colla. in concorda. vbi verus valor exprimi debet.ſed verus non eſt expreſſus, ergo. In cõtrarium me trahit, quia quod pluris eſt, vtique tanti eſt.l.cum tuti.ff. de in litem iurand.l. in eo. & ibi ample Decius de reg.iur. ergo cenſetur verus valor expreſſus. l.j.§. ſi ſtipulanti. de verbo. obliga. vbi Bar. & doct. Item ſi vniuerſitates ſciuiſſent minoris eſſe valoris, facilius conceſſiſſent, ergo illa expreſſio quod erat pluris, non debet vitiare.abundans cautela non nocet.l.teſtamentum.C. de teſta.nam notarij & alij dictãtes ſic debent ſcribere ample, vt tollatur malignorum ſpecifica interpretatio, quia adhuc nõ poſſunt nimis ſpecificare ſpecificanda. ſunt verba Antho. Butr. in cap. nimis. 1. vlti. oppo.de exceſſib. prælato. Nec obſtat d.c.cui.nam ibi nõ comprehenditur beneficium minoris valoris, quia erat intentio Roma. pontificis prouidendi de beneficio

44 Valor maior expreſſus an vitiet.

illius valoris tantum, ideo alius valor, etiã minor, non comprehenditur. hic vero agitur de excludendo a nominationibus illum qui habet vltra ducentos aureos. ſed quoniam expreſſit maiorem valorem, ob hoc non habet, ergo non excluditur, not. Domi. & Philip. in. d. c. cui de non ſacerdotali. vide ſupra eo. verſi. tertio exprimitur &c. & Cardi. cõſil. 31. cum inter. Quid ſi taceat impetrationem nullam, vide Domi. conſil. 140. caſus talis.

¶ Quarto exprimitur in nominationibus
45 qualitas beneficiorum, videlicet an ſit dignitas. c. ad aures. de reſcript. Rota deciſio. 202. & deciſ. 257. in antiq. & deciſio. 610. ibidem. & ita in proprijs terminis declaratur in ordina. reg. rub. des graduez, articu. 7. & in prag. ſanctio. §. item quòd vniuerſitates. in verbo qualitates. licet concordatum non dicat qualitates beneficiorum exprimendas, attamẽ iuxta ordinationes regias & iura exprimendas quidam putant.

Qualitas beneficiorũ in nominationibus exprimitur.

46 ¶ Itẽ oportet exprimere an beneficium obtentum ſit curatum, per cap. cum in illis. de præbend. in. vj. & cle. j. & ibi nota. illo titu. & glo. in regula cancella. 63. alioqui gratiæ ſunt nullæ. Rota deciſio. 292. licet impetrãs. in nouis. Nicol. Milis in reper. in verb. grã. q. 5. & licet iure cautũ nõ eſſet, ſtilus tñ hoc vult. Imol. & Feli. i. c. in noſtra. in fi. de reſcri. Io. de Selua ĩ trac. de bñficio. in tertia parte. q. 11. ĩ. 23. qualitate. Ratio eſt, quia ſicut hæ qualitates poſſunt mouere papam ad non concedendum c. quanuis. in primo. & in. c. is cui. de præbend. in. vj. ita etiam vniuerſitates ad non concedendũ nominationes, vel collatores poteſt mouere ad nõ conferendum beneficium iſti nominato, ſed alteri nullum habenti beneficiũ, vt habetur in. d. regula cancella. 15. vbi
47 ponit has prærogatiuas. Limita, niſi illud beneficium haberet curam de iure annexam, vt archidiaconatus. Feli. in. c. in noſtra. correla. 4. de reſcript. & deciſio. Rotę 202. nota quòd quis. in antiq. ¶ Secundo fallit niſi cura acceſſorie annexa ſit, quia tunc non reputatur curatum beneficium. c. ſuper eo. de præbẽ. in. vj. & ibi dicit Domi. Ad iudicandum curatum non attenditur illud quod ex accidenti competit, ſed eius natura conſideratur. Oldra. cõſilio. 102 factum tale. per tex. in. l. ſi quis nec cauſam. ff. de rebus credit. Tertio intellige præmiſſa, quòd talis mentio fiat in ſpecie, non in genere. cle. fina. de offi. ordinar. Panor. & alij per illum tex. in. d. cap. ad aures. ideo non ſufficeret ſi diceretur, cura animarum non negligatur. cle. j. de præbend. quia generalitas obſcuritatem parit. l. ita fidei. ff. de iur. fiſci. & propter generalitatem & verborum inuolucrum effugitur mens deliberata pontificis. Bal. in cap. cum dilectus. de reſcript. & dixi ſupra eodem. ¶ Quarto dicitur curatum beneficium, ſiue habeat curam fori contentioſi, ſiue fori pœnitentialis. not. Inno. & Panor. in cap. dudum. in ſecundo notab. 9. de electio. & c. de multa. in vlti. col. de præbend. & glo. in extrauag. execrabilis. in verbo curam animarum. in extrauag. Ioã. 22. Proprie tamen & ſtricte cura animarum eſt in foro pœnitentiali, & nulli conuenit, niſi ſacerdoti. Inno. & Anto. in cap. cum ſatis. de offic. Archid. Cardi. conſilio. 48. at dubia. & vtra ſit dignior, diſputat Card. & Imol. in. d. clemen. prima, vbi licet videre. vide glo. in verbo impendant. in cle. dudum. de ſepul. Item aliæ qualitates beneficij notabiles beneficio de facto inherentes debent exprimi, ſecundum glo. in. d. §. item quod vniuerſitates. in verbo qualitates. de colla. in prag. Quod eſt notandum, & prædicta procedebant tempore prag. ſanctio. ſed quia conditores remouerunt verbum qualitates, noluerunt eſſe exprimendum, quia duntaxat rationem habuerunt ad verum valorem beneficiorum, & nõ ad qualitates, vt patet in. d. §. volumus. & ſic ſufficit exprimere beneficium, & eius verum valorem, licet non exprimat qualitas. nõ obſtant verba prag. quia ſunt correcta per tex. in. §. volumus,

Quãdo dicat bñficiũ curatũ

nouiſſimum,nec refragatur ordinatio re• gia,quia fuit facta cauſa declarandi prag. vt patet ĩ ordina.rub.des graduez ſimples. artic.5.& in modum prouiſionis donec a• liter fuerit declaratum,vt ibidem artic.vlt. dicitur, ergo eſt declaratũ in.d.§.volum⁹. igitur non poteſt allegari ordinatio.& fa• ciunt quæ dixi in ſeq.requiſito.Nec eſt ve• riſimile quòd ſi rex voluiſſet cum papa ex• primendam qualitatem,quod non expreſ ſiſſet,ſicut expreſſit in ordinationi. ideo di cerem nominationes valere etiam ſi quali• tas non ſit expreſſa:ante factum tamen cõ

48 ſulerem exprimendam. ¶ Quinto non eſ• ſet inconueniens exprimere diœceſim illius cui nominationes conceduntur,vt vniuer• ſitates inſtruantur an eidem cõcedere poſ• ſint,vtpote ſi Germanus homo,Hiſpanus vel alius exterus velit ĩ regno ſuſcipere no minationes,non poteſt ei vniuerſitas con• cedere,cum non poſſint beneficia in hoc re gno habere ſine literis naturalitatis a rege conceſſis.glo.in verbo exterorum, in pro• œmio prag. ſanctio. Benedict.in repet. c. Raynucius.in verbo & vxorem.numero 1044.de teſta.&.d.Iaco. Bonaud.in pane• gyrico poſt tract.de terra rubea contra re• belles regũ. & ita diſponitur in ſtilo parla menti in.7. parte. rub.de præben. ordina. 3.nec ſufficeret exprimere diœceſim in qua habet domiciliũ,vel beneficium: ſed opor• tet exprimere diœceſim originis,licet con• tra teneat do.de rota deciſio.648.ſi aliquis eſt oriundus.in antiq.Imo etiam de iure fa cilius prouidetur oriundis, quàm exteris. l.in eccleſijs.C.de epiſcopis & cleri.c. ne• minem.70.diſt.glo.in. c.ſi proponente.de reſcript.quam ſing.dicit Corſet.in ſingu. incipiente ſubreptio.Roma.in repet.l.ſiue ro.§.de viro.fallen.14.col.14.ff.ſolut. ma• trimonio.Barba.in.c.eam te.numero. 28. de reſcript.& conſil.23.ſcripſit.col.5. in.j. volu.ac conſilio.57.præclare.eo.volum.& conſil.30.bene.in fi.vol.3.Et ita diſponitur in regula cancella.19.videlicet vt oriundus non oriũdo præferatur. Non tamen ob nõ expreſſam diœceſim vitiarentur nomina• tiones impetratę per regnicolam,quia tex. concordati non adſtringit nos eam expri• mere,ideo non debemus dicere vltra quàm concordatum nos adſtringat, nec iuſtiores lege nos oportet eſſe. ¶ Sexto exprimãtur 49

alia quę cõſueuerunt exprimi per vniuerſi• tates,vel ea quę ſtatuta vniuerſitatũ cogũt exprimere.nam.§.monemus.de collatio.in con ordat.dicit quod vniuerſitates nõ de• bent nominare niſi illos qui promoti fue• runt ſecundum ſtatuta vniuerſitatum.ſi er go in ſtatutis vniuerſitatis aliquid erat ex• primendum in nominationibus,dico illud non eſſe omittendum,vt ſtatuta ſeruentur. alioqui non valeret gradus, nec nomina• tiones,non ſeruatis ſtatutis,per.d.§.mone mus. Alia vero non ſunt exprimenda, quia in reſcriptis ad beneficia non debet fieri mentio niſi de his qualitatibus quæ a iure expreſſę reperiuntur,vt de eis fiat mentio. glo.in cle.ſi dignitatem.de præb.quod gra• tia ſit nulla,eſt pœna.& vbi ius non impo nit pœnam,eam imponere non debemus. glo.in.c.fina.de iur.patro.not.in regula.in pœnis.de regulis iuris in.vj.& ſic cõſuluit Cald.cõſilio.x.in reſcriptis ſub titu.de re• ſcript.& conſil.j.col.ij.de filijs presbytero. Item non debemus requirere pluſquam requirant verba legis vel ſtatuti. l. gallus. .§.videndum.ibi,nihil enim addidit quo ſignificaret tempus.ff.de liber.& poſthu. vbi dicit Bal.in.5.notab.quod quando ver ba legis vel ſtatuti non requirunt certum tempus,nec nos requirere debemus. ¶ Notandum eſt tamen ꝙ eã quæ hic repe riuntur eſſe exprimenda,neceſſario expri• mi debent,etiam ſi eſſent talia, quibus ſu• perior nõ redderetur facilior vel difficilior ad concedendum,vel denegãdum,per tex. in.c.ſi motu.ibi,quantumcunq; modicam. de præbẽ.in.vj.&.l.proſpexit.ff. qui & a quibus.vbi lex licet dura ſit,ſeruanda eſt, ita Do.in.c.dudũ.col.penult.de præb.in.6. Feli.in.c.poſtulaſti.col.4.verſi.declara. & in.c.ĩ noſtra.correlario.3.&.20.de reſcrip.

Margin notes: 48 Dioceſis non ſit exprimẽda. — 49 Conſueta exprimantur.

Minor an poſſit acceptare beneficia curata ſi ſit idone⁹ tempore vacatiõis

51 dixi in glo. pro expreſſis. in forma mãdat.
apoſt. ¶ Quęro, quidam minor.xxv.annis
obtinuit nominationes ad beneficia etiam
curata, ad quę ratione ætatis erat inhabilis,
& antequam vacaret beneficiũ, reperitur
in ætate legitima ad curatum, an illi vigo
re nominationũ poſſit prouideri? videtur
ꝙ non.c.ſi eo tempore.de reſcript. lib. vj.
vbi ſi mandetur prouideri de beneficio cũ
cura, vel ſine, ſi ille impetrans erat minor,
& ſic inhabilis ad curatum tempore impe
trationis, licet ſit habilis tempore vacatio-
nis, non tamen eidẽ debebitur curatum ra
tione illius ſubreptionis, ſic nec per nomi-
nationes videtur. ¶ Secũdo noĩationes ſunt
gratię quaſi expectatiuæ.glo.in.§. itẽ quod
vniuerſitates.in verbo gradus, de collatio.
in prag. Et ſic per eas expectant quidã tã-
diu, vt ſine beneficijs moriãtur. ergo debet
ſecundũ ius expectatiuarũ interpretari.c.
cauſam.de reſcrip. ſicut aliæ gratię interpre
52 tanť. ¶ Tertio facit glo.in.§.illi vero.de col
latio.in prag.in verbo religioſis.vbi glo.te-
net regulari non deberi beneficiũ regulare,
ſi tẽpore noĩationis erat ſecularis, licet tẽ-
pore vacationis ſit regularis, ſi dixerit in
nominationibus, ad ſecularia, & regularia.
idẽ tenet Brunellus in tract.de dignit. leg.
conclu.19.declaratio.6.quæ clauſula hodie
non apponitur per vniuerſitates, cũ ſit per
concordata prohibitũ ad regularia ſecularẽ
nominari, etiã prætextu diſpẽſationis apo
ſtolicæ, nec contra.§. & inſuper.eodẽ titu.
in concord. contrariũ tenet.d. Auriolus ille
miles Tholoſanus ĩ repet.c.eã te.de reſcrip.
tũ quia poteſtas nominãdi data vniuerſita
ti cenſeť eſſe data a lege, cũ ſit perpetua, &
ideo dicitur ordinaria, & nõ delegata, ſecũ
dũ eũ ꝑ glo.in.c.ſi cõtra.de off.deleg.glo.ĩ
l. & quia.ff.de iuriſdict.omniũ iudicũ. tex.
iuncta glo.in.l.2.C.de off.eius qui vicẽ alte
rius gerit. ideo nõ cadit in noĩationũ literis
ſurreptio, ſecundũ eũ per glo.in.c. irrefra-
gabili.§.cęterũ.de offic.ordina.in verbo ſu
per hoc. niſi in his quę poſui ſup̃. ¶ Secũdo
is nominatus nõ dicit impetrãs apoſtolic⁹
ergo ſurreptio in eũ non cadit, vt not.in.c.
fina.de offi.leg.li.6. & cle.vltima. de offi.
ordina.vbi glo.in.§.nõ tñ.ĩ verbo effectũ.
de colla.in prag. Rota deciſi.55. in antiq.
vbi ex priuilegio papæ poteſt quis ad vaca
tura nominare, & ille nominatus ꝑ tale pri
uilegiũ nõ præfert impetranti apoſtolico.
alioqui ſi primo impetraret nominatiões,
præferreť ſecũdo impetrãti etiã a papa.c.
tibi qui. de reſcrip.in.vj.quod nõ vr̃ verũ,
vt in rub.de mãdat.apoſt.dicit, videlicet ꝙ
apoſtolicus impetrãs nominato etiã anti-
quiori pręfertur. ¶ Pręterea in noĩationib⁹
debẽt exprimi illa quæ ſupra in proxima
quæſtione dixi.ad alia exprimẽda non ad-
ſtringit.§.volumus. & §.ſtatuimus.de col-
lat.in cõcordat. ergo ad alia non erit ſurre-
ptio, licet dicatur in nominatiõe ad benefi
cia curata & nõ curata. ſi papa voluiſſet a-
liud exprimi, dixiſſet. Itẽ mens papę fuit
viris literarũ ſtudioſis & diſciplinis libera-
libus incumbẽtibus prouidẽdi, vt atteſtať
in proœ.cõcordat. ſed iuuenes ſtudẽt ante
xxv.annos. nã poſtea nõ præſumitur ꝙ be
ne addiſcãt.l.j.& ibi Bar.C.qui æta.lib.x.
ergo illis poteſt prouideri de nominationi
bus etiam ad curata, dũmodo fuerint ętatis
ꝑfectę quãdo beneficium vacabit. nam co-
gitauit papa, ꝙ ſimul atq; quis eſt nomi-
natus, non adipiſcitur beneficiũ, ſed opor-
tet ꝙ expectet ſe eſſe antiquiorem. ergo be
ne cogitauit ꝙ illa impetratio nominatio-
num fieret ante.xxv. annos, & ſic antequã
eſſent ad curata habiles. alioqui ſequeretur
quod iuuenes ſtudioſi haberent ſuas nomi
nationes ferme eluſorias, quia tantum ad
ſimplicia beneficia, & ſic grauarentur mul
tis expenſis, vt alias impetrarent ad curata
poſt ętatem perfectam, quod non fuit mẽs
papæ, vt interim ſenes, qui nõ ita bene ad-
diſcunt ſicut ipſi iuuenes, eos pręcede-
rent, etiam in data antiquiores, & ſic bene-
ficijs principum & ſuis nominationibus
deciperentur in curatis: quod non eſt di-
cendum, vt notat imperator in.l. prima
C.de his qui veniam ætatis impetraue.

Item facit.c.ei cui.de præben.lib.vj.vbi at-
tenditur tempus vacationis.ſic & in nomi-
nationibus.§.ſi quis vero ex dictis. ibi, tē-
pore vacationis.eo.titu. ℂ Præterea facit.l.
ſi.C.de teſta.milit.vbi ſi princeps pupillū
creet tribunum,non ob hoc poterit teſtari,
ſed expectabitur ætas.ſic quando nomina-
tiones conceduntur graduatis minoribus
25.annis, non poterit eis durante minori
ætate prouideri de beneficijs curatis, ſed
poſt legitimam ætatem ſic.nam ſuſpendi-
tur prouiſio in curatis vſque ad legitimam
ætatem,ſicut dicimus in minore ordinato
ad preſbyteratum, vt non poſſit celebra-
re ante legitimam ætatem.25. annorum,
poſt ſic,etiam ſine alia ordinatione. cle.fi-
na. de æta. & qualitat.ſic in nominatis. &
ita tenet in proprijs terminis Auriol.in.d.
repet.cap.eam te.numero.318.cum ſequē.
vſq; ad.332.de reſcript.vbi multa alia fun-
damenta adducit. illa videto, non addo a-
lia nunc,ſed quando operæpretium fuerit,
53 amplius diſcutiam. ℂ Vltimo pone quod
minor eſt diſpenſatus ad obtinendum be-
neficium curatum, intra quod tempus te-
neatur promoueri? Reſpon.quod in.18.an-
no ad ſubdiaconatum.in.20.ad diaconatū.
in.25.ad preſbyteratus ordinē. per cle. fi-
na.de æta. & qualit. ita concludit Petrus
Ancha.cōſil.293.vltra.& conſil.304. iſta.
niſi in diſpenſatione eſſet adiecta clauſula,
quòd ad nullos ex ſacris ordinib9 teneatur
promoueri ante.xxv.annos. ita concludit
Ioh.de Ayma,dicens ſe habuiſſe ter de fa-
cto in rub.de electio.regia ad prælaturas
nomina.in verbo ſcientia,in concord.quia
diſpenſatus de non promouendo ad ſacer-
dotium,non cenſetur diſpenſatus vt nō te-
neatur promoueri ad ordinem ſubdiacona
54 tus.c.cum ex eo.de electio.in.6. ℂ Poſtre-
mo quidam fuit promotus in magiſtrum
artium,vel fuit effectus baccalarius,ſed nō
habebat tonſuram id temporis, quæro an
valeat gradus? reſpon.ex ſupraſcriptis ſic,
cum inſpiciatur tempus vacationis, vt di-
xi ſupra p.c.ei cui.de præben.in.vj. Quid ſi

ſpēſat9 benefi i curat tenetur moueri tēpore

das pris m tō m ha s an ſit.

noiatiões īpetrauerit añ tõſurā, an valeat? 55
cogita,& vide Imol.& alios in.c.2.de inſti
tu.& Peruſ.in.c.ſi eo tpe.de reſcript. in.vj.
Feder.cōſi.290.q2 i p̄nti.col.5.verſi. videa-
tis &c.Feli.& alios i.c.cū adeo.de reſcript.

Nominationes impetratę ante habitam primam tõſuram an valeant.

ℂ DECIMA QVAEST. PRINCIP.

ℂ Decimo principaliter quæro,quæ in no
minationibus requirātur? Reſpō.primo re 1
quiritur gradus.§.præfatiq; ordinarij.& §.
præterea.& per totum de collat.ſupra. Et
ſic ſcholaris quantocunq; tempore ſtudue
rit,eſt incapax nominationum,niſi habeat
gradum.§.teneantur.de colla. ibidem. hoc
tenet glo.in §.inſuper. in verbo graduatis.
de collat.in pragma. & in hoc conuenit
omnis prope turba regnicolarum.

De requiſitis ī nominatiōib9.

ℂ Primo quæro,qualis gradus requiritur? 2
Reſpoñ.gradus doctoratus,licētię vel bac
calariatus in theologia, in iure canonico,
vel ciuili. In medicina requiritur gradus
doctoratus vel licētiæ,in artibus magiſte-
rium.d.§.præterea.& §. tempus. de colla.
in concord.Et in his quæ iuris ſunt poſiti-
ui,licitum eſt dicere quod not.glo.in.§.fur
tiuę.inſtit.de vſucap. ſic volo,ſic iubeo, ſit
pro ratione voluntas.& inter iſtos gradua
tos quidam dicitur graduatus ſimplex, a-
lius graduatus nominatus,de quibus infra
dicetur. Item requiritur ꝙ gradus ſit ha-
bitus in vniuerſitate famoſa.§.præfati.j.& 3
.§.præterea.de colla.ſupra.vel quod in ali-
qua vniuerſitate priuilegiata gradum ade
ptus fuerit §. ſtatuimus. ibidem in Con-
cordat.& in ordinat. reg. rub.des graduez
ſimples, articul.9.ibi, & quilz ont eſtudie
en vniuerſite priuilegiee.&c.
ℂ Ex quo infertur quòd graduatus ſub bul
la,non poteſt obtinere nominationes, nec 4
beneficia virtute gradus, quia bullati do-
ctores in hoc regno non ſunt habendi pro
doctoribus, nec priuilegijs aliorū doctorū
gaudēt,tāq̄ per ſaltū ꝓmoti.l.nemo.C. de
aduoca.diuer.iud.Guido papę.q.388.in de-
ciſio.Delphin.Roma.in repeti.l. ſi vero.§.
de viro. col.9. fallen. eadē. ff.ſolut. matri.
Iaſ.in.l.ſi quis maior.in fi.C.de tranſactio.

Gradus debet ſumi in vniuerſitate famoſa & nō ſub bulla.

& Tho.parpalię in repet.l.placet.col. 20. C.de ſacroſanctis eccle. Decius poſt alios in.c.clerici.de iud.nec ſunt maioris momēti q̄ bulla.glo.ī regula cācell.Iulij ſecūdi in ſexta parte.& aſini,qui non poſſunt ſumere gradum ratione ignorantiæ in vniuerſitatibus famoſis,recipiūt a comitibus palatinis.

Cōtra doctores bullatos.

5 ℂQuæro,quidā gallus ſumpſit gradum in Italia,quem inſinuat cum tempore ſtudij epiſcopo Aurelianēſi, vacat beneficium in menſibus graduatorū, quod epiſcopus gratificando cōfert iſti promoto in Italia.graduatus in vniuerſitate Franciæ, qui etiā inſinuauerat,illud requirit, & acceptat.cui debeatur? videtur quòd graduato in Italia poſſit conferri beneficiū in mēſibus graduatorum vacans, per .§. ſtatuimus,de colla.ſupra. vbi collator in menſibus deputatis graduatis poteſt gratificare vnum ex eis,quem voluerit, ergo iſtū graduatum in Italia,& alias extra regnum.nā diſpoſitio generaliter loquens,generaliter debet intelligi.l.j.§.generaliter.ff.de legat. præſtand.Sed concordatum generaliter loquitur de graduatis,ergo vbicūq; ſint promoti,non refert,dum tamen modo in vniuerſitate famoſa,& priuilegiata,vt in.d.titu.de colla.in cōcord. ſed vniuerſitates extra regnum ſunt famoſæ, & priuilegiatę. ergo ibi graduatus priuilegio ſui gradus frui debet. Item ratio & mens cōcordatorum cōuenit iſti graduato extra regnum, videlicet vt prouideatur peritis.ſed hic iſtā qualitatem habet,ergo non erit reijciēdus, arg.nota.in authen.habita.C. ne filius pro patre.vbi aliqui doctores dicunt priuilegia ſcholarium cōcedi tantum ſtudentibus alibi q̄ in patria.ibi dixi in priuilegijs ſcholarium,an ſit verum.ℂPręterea actus iure factus in vno loco,habet vires etiam extra illum locum in quo eſt factus.vnde ſi notarius creatus in ciuitate,fecerit inſtrumētum extra,valebit.Bar.& Bal. in.l.nec ei. .§. ſatiſdatio.q.5.ff.de adoptio. Bar. & alij in.l.j.C.de ſumma trini.ſic & grad⁹ aſſumptus in Italia habebit vires etiam in Francia,ſicut legitimatus Romæ, vbiq; eſt legitimatus,& hoc tenet glo.in regula cancel. Iulij ſecundi in.3.parte.& hoc in proprijs terminis tradit Ioannes Daynia doctor Tholoſanus in Rub.de elect.o.in verbo,in vniuerſitate famoſa.vbi hoc ex̄p̄ſſe firmat.

Graduatus in vniuerſitate extra regnū an bñficia in vim gradus obtinere poſſit

Mihi tamen videtur contraria opinio verior,quia graduatis tantum in vniuerſitatibus regni conceſſit priuilegia nominādi, & gradum dandi quo ad beneficia habenda in vim illorum.probatur in proœmio concordat.& in.§.monemus.ibi, vniuerſitates regni.ergo alias extra regnum excluſit,arg.c.nonne.de pręſump.Hoc etiā probat in ordina.regijs rub.des graduez ſimples.arti.4.vbi ſic dicitur.Item enioignōs aux vniuerſites de noſtredict royaulme,& Daulphine.& poſtea ſemper ad eaſdē vniuerſitates ſe refert,maxime arti.7.ibi, eſdictes vniuerſites &c.& in.§.præfati.ibi,huiuſmodi graduatis.&c.

ℂSecundo quando priuilegia ſunt ſpecialiter conceſſa alicui vniuerſitati vltra alias, tunc aliæ non vtentur illo priuilegio. not. in.l.j.ff.de leg.j.ſed ſpeciatim vniuerſitatibus regni eſt conceſſum vt poſſint regnicolas ad gradus promouere quo ad beneficia habenda in regno, ergo hoc priuilegio non vtētur aliæ vniuerſitates extra regnū, quę non habent hoc concordatum,nec priuilegium.

ℂTertio bonum eſt argumentum de perſonis ad locum,& ecōtrario .l.j.&.ij.ff.ne quis eum qui in ius vocat.eſt,vi eximat.Iaſon & recentiores in.l.vinum.ſi cert.peta. Claudius cātiuncula in topica iuris,fol.68. ſed perſonæ exterę non poſſunt etiam in vniuerſitatibus regni ſumere gradum ad habendum beneficia in vim illius in regno, ergo etiam regnicolæ non poterunt gradum ſumere extra regnum quo ad hoc priuilegium regni.

ℂQuarto cui prohibetur conſequens , videlicet nominare,& antecedens ad illud, videlicet gradum dare.l.illud.ff. de acquir. hæred.cum ſimilibus allegatis in.l.j, pe-

254

Claudi.ſeycel .ff.de iuſtit.& iure.Sed pro‑hibetur vniuerſitatibus extra regnum dare nominationes regnicolis,ſaltem nō eſt cō‑ceſſum illis, ergo nec poterunt concedere gradum quo ad beneficia regni.

¶Quinto vna res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes.ff.de vſucapio. nec duplici iure.c.cognouimus.12.q.2.ſed vni‑uerſitates extra regnum non poſſunt con‑cedere nominationes etiam regnicolis §. monemus.de colla.in cōcord.ergo nec etiā gradus quo ad beneficia habenda in vim illius.

¶Sexto hæc priuilegia data in concorda‑tis ſunt eo conceſſa,ne res nummaria Gal‑liæ exhauriretur,vt patet in primis literis regis poſitis in princi.concord. Franciſcus &c.verſicu.ideoq́; Sed reſpublica Franciæ nummis exhauriretur,ſi quilibet ſcholaſti‑cus gallus ſtuderet extra regnum,& ibi ſu‑mere gradum poſſet,ergo &c.

¶Septimo, papa in ſuis primis literis ad concordata dicit feciſſe concordata pro cō‑muni & publica vtilitate regni. Commu‑nis & publica vtilitas regni eſt, ne regni Franciæ ſcholaſtici extra regnum promo‑ueātur,tum vt ſciamus an per ſaltum pro‑moti ſint,quod ſolent facere vniuerſitates Italiæ:tum etiā propter collatores, vt ſci‑ant an tales promoti ſint literis prędíti,& moribus,ac ſint tales,quibus poſſint ſacer‑dotia committere,ad hęc etiā vt vniuerſi‑tates habeāt cōmoda illi⁹ grad⁹,vt ſeqtur.

¶Octauo vult papa (vt dicit) ingenti ho‑minum regni diſpendio obuiare, verſicu. poſtremo.ſed ingens diſpendium eſt vni‑uerſitatibus regni & quodammodo vilipē‑dium quod homines galli relictis tam fa‑moſis & excellentiſſimis Francię vniuerſi‑tatibus,alibi ſumant gradum, ergo non debet permitti ſaltem quo ad priuilegia concordatorum.

¶Nono prohibetur ibi ne per vrbes er‑rabunde vagentur ſcholaſtici Galliæ. ſi concederētur hæc priuilegia promotis ex‑tra regnum, ſcholaſtici regni vagarentur, & præberetur iſtis materia vagationis, quæ ſummopere a iure improbatur.c.quia in tantum.de præbend.

¶Decimo ſicut atteſtatio nobilitatis de‑bet fieri a iudicibus regni.§.cum vero. de colla.ſupra.dico infra quæſtione.xij.nume ro.17.ita & atteſtatio grad⁹ & ipſe gradus debet aſſumi in vniuerſitate regni.

¶Vndecimo quædam requiruntur in lite‑ris gradus in Frācia per concordata & or‑dina.regias,quæ non requiruntur in Ita‑lia, de quibus infra dicetur in eadem quæ‑ſtione, & ſequen.& illa requiſita non ſer‑uarent vniuerſitates Italiæ.

¶Duodecimo, inſtrumentum ſigillatum ſigillo regio factum in Montepeſſulano, non habebit executionem hic,quāuis ſic conſuetudo vt habeat, tamen in hoc inſpi ciemus celebrati contractus conſuetudi‑nem.Bald.in.l.vna in fi.C.de confeſſis.Ia‑ſon in.l.penulti.in fin. princi.ff. de iuriſdi. omni.iudic.Sic iſte graduat⁹ in Italia, vbi non ſunt hæc priuilegia concordatorum, non habebit ea in hoc regno ratione ſui gradus.

¶Vltimo hæc priuilegia dantur vt ſtudia & regni vniuerſitates foueantur, & augē‑antur §. item placuit. de collationibus. in pragmatica. vbi ſic dicitur. Item pla‑cuit ipſi congregationi, vt tanto magis ſtudia & vniuerſitates regni & Delphi‑natus cum ſcientiarum augmento foue‑antur, quòd ſuppoſitis vniuerſitatum prę‑dictarum conferantur duæ partes præben‑darum &c.ergo ſuppoſitis & graduatis in alijs vniuerſitatibus non debentur be‑neficia in vim gradus, argumento a con‑trario ſenſu, ſed concordata ſucceſſerunt in locum pragmaticæ, ergo in eiſdem terminis debent intelligi in his in qui‑bus non eſt immutatum per ea.

¶Non refragantur ſupra in contrarium adducta. Primum, quòd generaliter dan tur priuilegia graduatis in vniuerſitatibus

6 famoſis. Reſpondeo, dari priuilegia non ſimpliciter graduatis in vniuerſitatibus, ſed graduatis in vniuerſitatibus regni, probat.d.§. monemus. & ordinationes regiæ ſupra allegatæ. ideo non loquitur generaliter. & ſi loqueretur generaliter, tamen deberet intelligi ſecundum præfationem, in qua tantum loquitur de graduatis in regno. & quia eſt regni, & localis, ideo ad alios non extendetur. Non obſtat ſecundum, quòd ſit eadem ratio in promotis extra regnum, quia ſunt literis præditi, ſicut in regno promoti. Reſpondeo, etſi haberet locum vna ratio, tamen aliæ (quas ſupra dixi) refragantur, ideo non habebit locum, arg.§.affinitatis. inſti. de nupt. Minus obeſt quòd diſpoſitio rite facta in vno loco, vbique ſortitur forum. Reſpondeo hoc eſſe verum, vt ſit doctor vbique, non tamen habebit priuilegia illorum qui promoti fuerint in Gallia, ſed iuris communis priuilegia habere poterit, de quibus in authen.habita.C.ne filius pro patre. Et quamuis D. Dayma hoc tenuerit, quia erat in vniuerſitatibus extra regnum promotus, hoc fecit vt ſuam defenderet promotionem, ideo ei non puto credendum, cum cauſam ſuam ageret. Ex his concludo epiſcopum non poſſe gratificare promotum extra regnum, nec ei eſſe conferenda beneficia in vim gradus.

7 Scriptura in nominatio nib' requiritur.

¶ Secundo requiritur ſcriptura.§.præfati.ibi, per literas patentes. & §. volumus. ibi, in nominationum literis. de collatio. in Concorda. alioqui quomodo poſſet dare literas duplicatas collatoribus nominatus, ſi eas non haberet? Certe nõ poſſet, quia non dat, qui nõ habet.l. traditio, ff. de acquirend. rerum dominio. dicit Barto.in.l. ſi vniuerſæ.C. de legat. etſi ad hoc adſtringantur in.§.teneantur. de colla. in concordat. ibi, literas duplicatas dare &c. Licet regulariter ad validitatem actus non requiratur ſcriptura.l. pactum quod bona fide.C. de pactis. quod fallit quando ex lege vel ſtatuto requireretur ſcriptura, vt in emphyteoſi.l.j.C. de iure emphyt. & alijs caſibus traditis per gloſ. meliorem iuris in cap.j. de cenſib. lib.vj. & Berta. in verbo ſcriptura de ſubſtantia. Et in hoc regno Franciæ propter concordata, mandata etiam requirunt ſcripturam, vt patet in rubr. de mandat. apoſtolicis.

¶ Licet de iure in gratia apoſtolica non requiratur ſcriptura, quia ſtatim habet effectum diſpoſitionis.c. inquiſitionis. 25.quæſt.2.l. contrahitur.ff. de pignor. & in gratia apoſtolica hoc expreſſe tenet Archidia. & alij in procemio ſexti libri circa finem. Bald.in.l. ſi qua. colũna.2.C. de epiſcopis & clericis. 8 Scriptura in gratia apoſtolica nõ requiritur.

¶ Quarto, quidam nominatus acceptauit beneficium quod ſibi ratione ſuę nominationis per epiſcopum fuit collatum. perdidit ſuas nominationes. quæro an poſſit beneficium cũ ſola collatione retinere? tradit Antho.in cap. in noſtra. in princip.de reſcript.& ibi Feli. in verſicu.ſpoliatus, in fine. vbi dicunt quod ſic, quia collatio conſeruatur ſine literis nominationum, per.c. cum olim.in.j.de priuileg. gloſ. in cap.ſane.de renuncia. 9

¶ Tertio requiritur quòd is cui conceduntur, ſit actu reſidens in vniuerſitate in qua vult ſumere nominationes, vt habetur in ordina.Reg.rub. des priuileges des eſcolliers, articul.7. Vidi contrarium ſeruari in multis vniuerſitatibus. 10

¶ Quarto requiritur quòd illæ literæ tam gradus quàm nominationis ſint manu ſcribæ vniuerſitatis (quem ſecretarium vniuerſitatis in Montepeſſulano vocant) ſignatæ. dicto §. præfatiq; graduati.ibi, manu ſcribæ.l. diuus.2. ibi, literas incluſas atque obſignatas.ff.de cuſto. reorum. nam ſicut acta iudicis non faciunt fidem, ſi non habeant iudicis ſignum. Dynus in.l. in fraudem.§. quoties.ff. de iure fiſci. ſic nec inſtrumentum ſine ſigno no- 11 Literę gradus & nominatio manu ſcribæ vniuerſitatis ſignatæ [illegible]

tarij probat. l. final i. §. nec calidis. C. de aſſeſſo. Bar. in. l. ad teſtiũ §. ſi quis. ff. de teſta. Guido papę in ſtatu. ſi quis per literas. in verbo propria manu. in fine. Feli. in. c. ſcriptura. col. 4. de fide inſtru. hoc tamen dicunt doct. de conſuetudine eſſe, vt ſignũ ſit de ſubſtantia in inſtrumento. Panor. & Decius in cap. i. de fide inſtrumen. Bar. in. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium. ff. de edend. Corne. conſilio. 22. licet. 3. volumi. & conſilio. 70. duo. colum. j. in. 4. volu. & conſil. 118. placet. col. 2. ibidem.

12 Locũte⸗nẽs ſcribę ... poſſit ...latiões ſignare.

¶ Quid ſi ſcriba vel ſecretario vniuerſitatis abſente, literæ gradus & nominationis fuerint ſignatæ per locumtenentem, ſeu per ſubſtitutum ſcribæ, quæro an valeant? Videtur quòd non, quia tex. dicit in. d. §. præfati. manu ſcribæ, ergo non manu alterius, quia qui de vno dicit, de alio negat. cap. nonne. de præſumptio. l. cum prætor. ff. de iud. ¶ Item quando aliquid debet fieri per propriam manum, ſubſtitutus nõ poteſt interuenire. tex. notab. quem ibi ponderãt Bar. et patruus meus Iacob. Rebuffus, & alij in. l. penulti. C. de erogat. militaris anno. lib. 12. cap. periculoſæ. de pœniten. diſtinct. j. c. 1. de verbo. ſignifi. lib. 6. ¶ Itẽ facit tex. in. l. ſingulos. ff. de teſta. vbi dicit, ſingulos teſtes qui ĩ teſtamẽto adhibẽtur, proprio chirographo annotare cõuenit. dicit glo. ergo vnus ꝓ alio nõ ſubſcribit. cap. quicũq;. in prin. de hæreti. lib. vj. & ibi glo. in verbo proprijs manibus. ¶ Preterea quando iuramentum requirit quòd propria manu alicuius fiat, non poteſt iurari per alium. cap. 1. de iureiur. lib. vj. clemen. j. illo titul. quia importat propriam induſtriam. Barba. conſil. 76. ſapienter. colum. 3. & conſil. 88. ſapienter. colum. 6. in. 4. volumi. vbi concludit de teſtamento, quod non poſſit ſignari per alium, etiam nomine illius perſonæ quæ ſignare debebat. Imo quando actus requirit propriam perſonam, non poteſt illa perſona delegare aliam. Aret. in l. j. §. 1. & ibi Iaſ. & alij. ff. de acquirẽ. poſſeſſ. Item quando lex vel ſtatutum mandat vt certi notarij vel hominis ſubſcriptio apponatur, tunc eſt de forma. l. j. C. de conueniend. fiſci debitor. lib. 10. Roma. conſil. 203. quo ad primum. & omiſſio illius formæ vitiaret actum. l. j. ff. de liber. & poſthu. ¶ Veritas in contrarium ſe habet. nam qui per alium facit, perinde eſt ac ſi ipſe faceret. regula, qui per aliũ. de reg. iur. libr. vj. Et proprie dicitur facere, qui facit per alium. tex. ſing. & ibi multa addidi in. l. certe. §. 1. ff. de preca. vide tamẽ Bart. in. l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniurijs. & Dynũ in. d. regula. qui per alium. Alioqui ſequeretur, quòd ſcriba ſeu ſecretario abſente, vel valetudine impedito, non poſſent concedi nominationes, quod eſſet irrationabile. nam quando notarius non poteſt propter infirmitatem ſignare protocolum, committit alteri notario. l. quædam. §. is autem. ff. de edend. Bald. in cap. 2. colum. 3. de fide inſtrumen. Sic dicemus in nominationibus, vt ſcriba cuidam committere poſſit.

¶ Non obſtant quæ ſupra diximus, quia in concordato nõ apponitur verbum propria manu ſcribæ, ideo poterit ſignari per alium. quod ſic probatur. Proprijs manibus debet leuari infans in baptiſmo. cap. ad limina. 30. q. j. Et tamen compaternitas contrahitur per procuratorem, ſecũdum communem opinionem poſitam in cap. veniens. de cognatio. ſpiritua. Feli. in cap. licet. colum. 3. de teſti. facit cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. iuncto cap. mulieres. de ſententia excommunica. Panor. in cap. fina. de iuramen. calumnię. hoc tenet Albertus in tract. de forma & ſolennitate actus, rub. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas, fol. 27. colum. 3. vbi dicit non importari perſonalitatem, vel induſtriam, quando dicitur tantum, manibus, vel manu ſcribæ, vt in concordato. ergo per ſubſtitutum poterit fieri.

13 Cõpaternitas etiã ꝑ procuratorẽ cõtrahitur.

¶ Itẽ etiã ſi in concordato eſſet propria manu, adhuc poſſet fieri ꝑ aliũ, per regulã quã 14

14 Actus qũ ꝑ aliũ poſſit fieri.

tradit Cardi. in clementi.j. de iureiurand. vbi dicit, quando actus non eſt præiudicialis, vel non eſt electa induſtria perſonæ, poteſt fieri per aliũ, licet dicatur proprijs manibus. Bal. in.l.vna.§. ne autẽ.C.de caducis tollend. probatur per Felinum in.c. licet ex quadam.col.2. & ſequen. de teſti. Item valet actus non ſeruata forma, quando imminet neceſſitas. Alex. & Soci.in.l.j. ff.de lib. & poſthu. Bal. in proprijs terminis in rub.C.de fide inſtrumẽ.colum.8.numero.23.

¶Præterea ſtatuto Delphinali cauetur quod propria manu debent ſubſignari literæ a iudice, tamen valebunt ſi fuerint ſignatæ a locumtenente, ſecundũ Guido. in ſtatuto ſi quis.in verbo propria manu ſi-

15 gnatas, verſi.ſed quid ſi dictę. ¶Oportebit tamen quod ille qui ſic ſubſcribit, proteſtetur ſe facere nomine ſcribæ. Bar.in.l. ad teſtium.§.ſi ab ipſo.ff.de teſta.vbi dicit teſtem ſignãtem anulo alterius, debere proteſtari. Ratio eſt, quia ſi vteretur ſigno alterius tanquã proprio, incideret in falſum. l.eos. &. l.lege Cornelia.ff.de fal.§. itẽ lex Cornelia. inſti.de publ.iud. moder.ĩ.§.poſſunt, inſti.de teſta.

No. tu qui ſubſcribis ꝓ aliquo.

16 ¶Primo quæro, in qua parte debent ſignari? Reſpon.in fine, arg.l.hac conſultiſſima. ibi, finem autem teſtamẽti ſubſcriptiones. C.de teſta.l. ſubſignatum. ff. de verbo. ſignifi. Specu.in tit.de inſtru.editio.in fine. nam ſcriba ſubſcribere debet nomen ſuũ & cognomen in nominationibus, vt ibidem in alijs inſtrumẽtis dicitur, & Guido papæ in.d.verbo propria manu.in princi. ſic Specu.in.§. vt autẽ. verſi.notarius. rub. de ſenten. in.2. parte. Paul.in.l.cum antiquitas.in fine.C. de teſta. Bar. in.l.ſi quis ex argentarijs.§. ſi initium.circa finem. ff. de edend. licet Bal.in.l.non enim aliter.ff. de adoptio. dicat non eſſe determinatum locum a iure, in quo debeat apponi ſignũ notarij. plus dicit in.l.ad teſtium .§. ſi quis de teſtibus, ff.de teſta.non eſſe curandum an ſignum notarij apponatur in principio vel in fine inſtrumenti, tamen ſubſcriptio in fine debet poni, & etiam ex conſuetudine ſignum: & ille locus eſt magis conueniens. Bauer.in.§. poſſunt.col.3. & ſequẽ. inſti.de teſta. & ſic de conſuetudine ſeruatur, ita ꝙ ſi contra fieret, non valeret inſtrumentũ, nec nominationes. ¶Secundo

Quo ĩ loco debeãt nominatiões ſignari & aliæ ſcripturę.

quæro, quid ſi fuerint duo ſcribę, an vterque debeat ſubſignare? Videtur ꝙ ſic, quia cum duo notarij recipiunt vnum inſtrumentum, non ſufficit quòd vnus illorum ſignet, ſed requiritur vtriuſque ſignum, niſi inſtante neceſſitate Alber.per illum tex. in.l.j.ff.de offic. conſul. Guido papæ deciſio.122. Et quilibet in ſua ſubſcriptione debet facere mentionem alterius. Rebuffi in l.nulli.in fine. C.de numerarijs & actuar. lib.12. quod non ſeruatur. & talis conſuetudo vt inſtrumentum nõ valeat niſi ſint duo notarij, valet, vt not.Dec.in. c.2. nu. 6.de proba. & quando conficiunt varia inſtrumenta, neutri creditur, quia ſibi inuicem derogant.l.ſcripturę.C.de fide inſtru. ſic conſuluit Bald. conſil. 392. in primis. verſi.vltimus. Si tamen tempore peſtis vel alterius neceſſitatis non reperiretur niſi vnus, ille ſolus poſſet conficere inſtrumentum, & valebit. Angel. per illum tex.in.§. quod autem. in authen. de non alienand. reb. eccle. colla.2. allegat.l.fi.C.de teſtam. Contrarium arbitror verius, quia.§. præfati.2. dicit manu ſcribæ, ergo ſufficiet vnus, & ita ſeruat vniuerſitas Tholoſana, quia quilibet cenſetur eſſe datus in ſolidum, ideo valet ſine ſubſcriptione duorum. ſecus ſi eſſent duo collegę electi. patruus meus in.d.l. nulli. Bald.in.l. iuriſiurandi. colum.3. C. de teſtib. Si tamen ex cõſuetudine vel ſtatuto requiritur ſignum ſcribæ & Bidelli generalis in nominationibus, vt apud Bituriges, tunc non valebunt niſi ſignum vtriuſque interuenerit. ita tenet Guido in.d.q.122.an inſtrumentum. Sed hoc eſt, plus quàm ſit a concordatis expreſſum, requirere, & ex cauſa valet: vt quandoque in vniuerſitate Bitu-

17 Signũ du- rũ an req- ratur.

riceñ. dum ibi profiteret dixi.

18 Notarius quo ſigno vti debet. ℭ Tertio quæro, quo ſigno debeat ſcriba ſeu notarius vti i nominatiōibus? Reſpoñ. ſigno conſueto, alias ſi mutauerit ſignum ſuum, falſi tenetur. Bal. & alij in prima cõſtitu. C. & in. l. comparationes. col. vltima. C. de fide inſtru. & c. ſignificauit. de appella. & ibi Peruſi. & alij. Lanfran. in. c. quoniam contra. in verbo inſtrumentorũ. col. 2. de probatio. per. l. fina. C. de aſſeſſorib. & §. itẽ lex cornelia. inſti. de publi. iud. Feli. in. c. j. de fide inſtru. Ratio eſt, vt poſtmodum ex iſtis inſtrumentis ad aliã fiat facilior comparatio. §. oportet. in authen. de inſtrumen. cautel. & fide. colla. vj. glo. in. d. §. item lex cornelia. quod recte fieri non poſſet, ſi diuerſis vterentur ſignis. glo. in. §. ſed ſi inſtrumenta. in verbo adijciatur. d. authen. de inſtru. cautel. & fide. Bauer. in. d. §. poſſunt. notab. 2. inſti. de teſta. ℭ Ideo vitiarentur nominationes ſi ſcriba vniuerſitatis eas ſignaret per duas literas, vt P. R.

19 Nominationes per ſigna incognita non ſignētur. volens dicere Petrus Rebuffus, vel p duas ſyllabas incognitas, vel per literas nouas, quia tales notę nec literæ ſunt, dicit tex. in l. ſed cum patrono. §. fina. ff. de bono. poſſe. & ibi glo. & hoc intellige quando ſcriptura de ſubſtantia erat, vel de forma, alioqui quando eſſent tales literæ, licet non probent, tamen non vitiant, ſed perinde eſt ac ſi ſcriptura earum rerum nõ eſſet facta, arg. l. j. ff. de iniuſto rupt. l. ſed ſi pupillus. §. pſcribere. de inſtito. actio. Bal. & Imol. in. l. quoties. §. j. ff. de hæred. inſti. Albert. Brunus in tract. de forma. Rub. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas. verſi. quadrageſimoquarto. ibi, quędã vero ſunt &c.

20 V Sigillo vniuerſitatis ſigillari debēt nominationes. ℭ Quinto requiritur ꝙ ſigillo vniuerſitatis ſint ſigillatæ. d §. præfati. ibi, ſigillo vniuerſitatis &c. nec valerent, niſi eſſent munitę ſigno ſcribæ, & ſubſcriptione, ac ſigillo vniuerſitatis, nec ſufficeret ſi ſigillo facultatis eſſent ſigillatæ. ſpecu. in titu. de inſtrumen. editio. §. inſtrumentum ergo publicum. verſi. item quod non eſt ſignatum. & verſi. item quod non eſt ſigillatum. vbi ſigillum & ſubſcriptionem requiri dicit. idem tenet Guido papę. q. 175. literæ. & 481. literis. in ſuis deciſio. Bar. in. l. ſi procuratorem. ff. de procurato. Docto. c. 2. de fide inſtrumen. Panor. & alij in. c. poſt ceſſionem. de probat. ℭ Item inſtrumentũ ſigillatum ſigillo regio, ſine notarij vel notariorum ſubſcriptione, non habet executionem paratam, niſi conſuetudo aliud habeat, vt dico in prac. mea ſuper ſtilo Bituricenſi articu. j. rub. de executio. vide tex. in. l. fina. §. ſinautem hi. C. de bonis auctoritate iud. poſſi. ℭ Facit quòd nec creditur literis epiſcoporum ſigillatis ſine teſtibus & ſubſcriptione notarij circa prouiſiones factas de beneficijs ad eorum collationem ſpectantibus in præiudicium apoſtolicorũ impetrãtium. Rota deciſio. 201. not. quod non creditur. Panor. & alij in. d. c. poſt ceſſionem. Quid in alijs caſibus, tradũt doct. in. d. c. poſt ceſſionem. & Bal. in conſil. 319. ſuper. j. & conſilio ſequent. in. 3. volu. Quia impetrantes apoſtolici ſunt ordinarijs exoſi, ideo ordinarij facile vti ſolent antidatis, & ſigillum eorum apponunt ad libitum, teſte Bonifa. in cle. vltima. col. fina. de ſenten. excommunica. Et in hoc ſigillo requiritur actus, aptitudo, volũtas, & character. Bal. in. c. 2. col. 3. de fide inſtrumen.

21

22 Literis epiſcoporũ an & quã credatur.

23 Quæ in ſigillo requirantur.

ℭ Primo quęro, Quotuplex eſt ſigillum? Reſpondeo, multiplex, quoddam eſt ſigillum auctoritatis, vt ſigillum papæ, regis, epiſcoporum, & dominorum temporaliũ. cap. nobiliſſimus. 96. diſtin. & ibi notat. & clemen. vna in fine de iureiuran. Aliud eſt ſolennitatis, vt ſigillum teſtium in teſtamentis. §. poſſunt. inſti. de teſta. & quod ius ciuile annulum vocat, ius canonicum ſigillum appellat teſte Innoc. & Imol. in. c. 2. de fide inſtru. Eſt tamen tex. egregius loquẽs de ſigillo in. l. videamus. §. qui vinum. ff. loca. Aliud eſt ſigillum teſtimoniale, vt. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſcopis & clericis. l. Caius. ff. de pig. actio. vt eſt iſtud quod in nominationibus apponitur, ideo in eis ſolet apponi, in quorum fidem & 24 Multiplex eſt ſigillum

teſtimonium,&c. Aliud eſt ratificatiuum. l.2. C. de rebus alienis non alienand. & ibi Bald. & in margarita in verbo ſigillum. quæſt.2. Aliud ponitur in ſignum conſenſus. cap.j. de procura. vt quando agitur de prẹiudicio ſigillantis. Bal. in d.c. 2. col.3. Aliud ſigillum datur in ſignum confirmationis. c. inter dilectos. §.j. de fide inſtrumen. Imol. in c.2. colum. penulti. de fide inſtrumen.

25 ¶ Secundo quæro, quid debeat continere ſigillum. Reſpondeo, debet continere quãdam impreſſionem. l.j. verſi. ſinautem ſocius. ibi, ſigillo impreſſo. C. de communi ſeruo manu. & ibi. Bal. notat illum tex. l. j. §. ſi pecunia. ff. depoſi. c. inter dilectos. de fide inſtrumẽ. glo. in cap. nobiliſſimus. 96. diſtin. In qua impreſſione debet eſſe imago principis, ſeu rectoris, vel arma regis, aut ſigillantis, vel eius imago, ſeu alicuius ſancti, ſicut in moneta. l. fina. C. de veter. numiſmatis poteſtate. lib.11. Bald. conſilio.376. caſus talis eſt, domini de la ſcala. in.3. volum.

Sigillum quid debeat continere.

¶ Item debet continere charácteres ſeu literas circum, vt, ſigillum vniuerſitatis, vel, ſigillum regis, vel alias literas aptas & cõuenientes ſigillo. tex. in c. ſignificauit. de appellat. & ibi. doct. c. inter dilectos. de fide inſtrumen. Et ſigilla debent apparere orbita, & characteres, vt ſit forma. glo. in. d. c. inter. in verbo dimidia. & nomen ſigillantis. l. decernimus. C. de aquæductu. lib.11. Ideo ſi quis vellet ſigillare cum re non habente characteres, vel literas legibiles, puta cum corrigia, non poſſet. §. poſſunt. inſti. de teſta. l. ad teſtium. §. ſignum. ff. de teſta.

26 ¶ Ex quo infertur quòd defectus formẹ impreſſionis ſeu characteris impedit rei eſſentiam, vt non valeat actus factus ſine illis, imo defectus vitiat, vtpote ſi figura ſeu imago amplius non appareat, vel character ſigilli. d. c. inter dilectos. vbi ſi ſigillum frangatur pro ea parte, vt non dignoſcatur imago, vel tantum atteratur, vel caſſetur, vt non cognoſcantur literẹ, nec cuius ſit ſigillum, non faciet fidem, & vere non eſt ſigillum, propter formæ amiſſionem. Specu. in titul. de inſtrumen. editio. §. inſtrumentum. verſi. item quod imago. & in titul. de procurato §. ratione autem formẹ. verſi. item quod non ſunt ſigillo &c. Guido papæ in ſtatuto ſi quis per literas. in verbo propria manu. verſi. ſed quid ſi in &c. Sequitur Albertus Brunus in tractat. de forma & ſolennitate actus. rubr. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas. verſi. quadrageſimooctauo. dicens, quando actus requirit ſigillationem, tunc ſigillum eſt de forma. Bald. in. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. ideo cum hic ſigillum in literis nominationum & gradꝰ requirat̃, nõ valebũt tales literẹ nõ ſigillatẹ, nec literæ atteſtatoriæ temporis ſtudij, vt infra dicetur.

¶ Tertio quæro an ſufficiat quocunque ſigillo vniuerſitatis ſigillare nominationes? Reſpondeo, non: ſed oportet quod ſigillo deſtinato ad nominationes ſigilletur, ſi aliquod ſit: & non valeret ſi eſſet ſigillum deſtinatum ad nominationes & gradus, & alio diuerſo ſigillo ſigillarentur, per. d. c. ſignificauit. ibi, ſigillum capituli ad citationes tantum. quod eſt notãdum, quia vtẽdum eſt qualibet re ad eius vſum deſtinata. cap. ad noſtram. & cap. ſuggeſtum. de appellat. Bald. & Peruſi. in. d. c. ſignificauit. Et per hoc dixi quod ſi nominationes conſueuerant ſigillari magno ſigillo, & rector appoſuit paruum ſigillum, quod non valent, per ſupra adducta. nam ſigillum ad vnum actum deputatum, non facit in alio actu fidem, per. d. cap. ſignificauit. nam limitata cauſa limitatum producit effectũ. l. in agris. ff. de acquiren. rerum dominio. Aret. in. d. cap. poſt ceſſionem. & Decius 27

Sigillo ad nominationes deſtinato ſigillentur.

in.d.cap. ſignificauit. Imo nominationes redderentur ſuſpectæ, ſi figura appoſita in ſigillo eſſet valde difformis ſigillanti, vtpote ſi epiſcopus, doctor, vel vniuerſitas haberet ſigillum in quo eſt impreſſa figura hominis armati. idem ſi capitaneus vel miles haberet ſigillum in quo eſt impreſſa imago doctoris, aut epiſcopi. nam illud ſigillum debet eſſe, vt in notionem ſigillantem deducat. l. ſtigmata. C. de Fabriceñ. libro. II. hoc tenent expreſſe Porcus & Bauer. in.d.§. poſſunt. inſti. de teſtamen. quia nomen rei conueniens eſſe debet. §. eſt & aliud. inſti. de donatio. ſic & ſigillum. ℭSi tamen vniuerſitas promiſcue vteretur magno & paruo ad nominationes, tunc eſſent validę, & ſic poſſent ſaluari contra opponentem non eſſe recte ſigillatas, ſecundum docto. in. d. cap. inter dilectos. de fide inſtrumen. In Montepeſſulano ſigillantur magno ſigillo cum retro impreſſione minoris. quod ſi non fiat, non valent, quia ita ſolitum eſt fieri, argumen. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum peta. & ibi Iaſon multa ad hanc rem facientia adducit.

ℭIdeo in nominationibus ſolet apponi, in quorum omnium fidem & teſtimonium, ſigillum noſtrum conſuetum apponi iuſſimus &c. nam in literis debet exprimi ad quid ſigillum apponatur. Et ſi non exprimatur, videtur apponi ad id quod natura cauſæ deſiderat, quia ex natura actus datur intelligi voluntas. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. Bald. in. c. 2. colum. 3. de fide inſtrumē.

8 ℭQuarto quæritur, an valeant nominationes, ſi ſigillo tantum facultatis legalis, vel canonicæ ſeu theologiæ, ſigillentur? Clarum eſt quòd non, quia tex. dicit ſigillo vniuerſitatis, & facultas non eſt vniuerſitas. nam diuerſitas nominum inducit diuerſitatem rerū. l. ſi idem. C. de codicil. etiam ſi ſigillarentur ſigillis omnium facultatum, & omitteretur ſigillum vniuerſitatis, quia forma omiſſa redderet actum nullum. l. j. ff. de lib. & poſthu. Et iſta opponi poſſunt contra nominationes, nec poſſunt euitari ſi probentur. Si tamen per inuidiam vel malitiam rector recuſaret ſigillare nominationes alicuius facultatis, poſſet inſtante neceſſitate facultas ſuo vti ſigillo, per. l. primam. ff. de offici. conſul. & cap. ſi quis propter. de furt. & vt malitijs hominum obuietur. cap. ſedes. de reſcrip.

lo fa- / tis / tiões / ate / valēt.

ℭNec etiam valerent nominationes ſi ſigillo rectoris priuato ſigillarentur, cum non ſit ſigillum vniuerſitatis. ideo hæc qualitas, videlicet vniuerſitatis, debet interuenire, per ea quæ probat Ioannes Andreæ in cap. j. de homicid. lib. vj. in nouella. vbi dicit, ſi probatum fuerit aliquem occidiſſe hominem, qui occidens accuſatus fuerat occidiſſe tanquam aſſayſinus: ſi illa qualitas non fuerit probata, non debet cōdēnari. Bar. in. l. j. per illum tex. ff. ne quid in flumine publico. & Bald. in. l. ſi quis non dicam. C. de epiſcopis & clericis. Et quando ſigillo authentico debent ſigillari inſtrumenta, debet probari illud eſſe authenticum. Decius in cap. poſt ceſſionem. col. 3. de probat. Sic in nominationibus debet probari eſſe ſigillum vniuerſitatis. & hoc probabitur, ſi in nominationibus fuerit expreſſum, vt ſolet apponi, In quorum omnium fidem & teſtimonium has noſtras nominationum literas ſigillo vniuerſitatis communiri iuſſimus &c. Poſſet tamen probari contrarium, ſed eſſet difficile, & oporteret eas falſas probare, ad quod eſt ante cogitandum.

ℭQuinto requiritur in nominationibus annus, ad hoc vt antiquior quis ſit appareat, qui debet pręferri §. ſtatuimus. de collationi. in concordatis. & infra dicetur. & in inſtrumentis regulariter 29

Annus in nominationibus apponi debet.

requiriť annus, & alia q̃ tradit glo.in.l.generali.C.de tabula. lib. 10.& doct. in.l. ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.ff.de eden. plene Barb.in repet.rub.de fide inſtrumẽ.

30 ¶Sexto dies & menſis,vt appareat quo tẽpore cõceſſę ſint,& an extra tempus permiſſum. nam de conſuetudine non conceduntur extra tempus quadrageſimæ, licet nullum tempus ſit præſtitutum vt concedantur per concordata.ideo conſuetudo,q̃ eſt optima legum interpres,erit attendenda.l.de quibus. cũ.ll.ſequẽ.ff.de legib. ideo poterunt iſta opponi cõtra nominationes. ſic data ſententiæ in ſententijs eſt ſcribenda.c. tum ex literis. & ibi not. Imola. de

Dies & menſis in no͞iationibus apponi ſolet.

31 reſti.in integ. ¶Alia etiam quæ adhibentur in inſtrumentis publicis,vtpote locus, & alia tradita per glo. in.d.l. generali. C. de tabul.lib.10. ferme ſolẽt in nominationibus interuenire, quæ magis per ſtilum inducũtur,vel per conſuetudinẽ vniuerſitatis, quàm ſcripto poſſint declarari.

32 ¶Item notat Bal.in rub.C.de fide inſtru. col.5.numero.15. quod ad hoc vt notarius poſſit conficere inſtrumentũ, requiruntur quatuor. Primo facti cõmiſſio, id eſt ꝙ ſit rogat⁹,vt in authẽ.de tabel.colla.4. Scdo rei cognitio,id eſt vt qualitatem apprehendat per ſenſum corporis. Tertio requiritur iuris permiſſio,id eſt quod inſtrumentum conficiat de permiſſis,non de prohibitis.l. iubemus.§.his tabellionib⁹.C. de ſacroſanct. eccleſ.§.ſcriba.de prohibita feud.aliena. per Federic. Quarto teſtium præſentia,& rogatio. quę proſequitur Bal.in.d.rub.ibi videre licet.

Quatuor requiſita in inſtrumentis.

¶VNDECIMA PRINCIPALIS QVAESTIO.

1 ¶ Vndecimo principaliter quæriť quę requirãtur i literis certificatorijs tpis ſtudij? Reſpoñ. ſcripturam,ſigillum,ſubſcriptionem ſcribę vniuerſitatis,& illa ſex quæ ſupra proxima quęſtione dixi,requiri,vt eſt tex.in.d.præfatiq; graduati. & ſic non valerent atteſtationes quando rector & facultas certificarẽt, quia non eſt vniuerſitas quæ requiritur,vt ſupra dictum eſt in nominationibus.

Quæ requirantur in literis certificatorijs tẽporis ſtudij.

¶Septimo requiritur quod duo teſtes ad minimum de tempore ſtudij atteſtentur vniuerſitati vel facultati, quia vbi numerus teſtium non adijcitur, duo ſufficiunt.l.vbi numerus.ff.de teſtib.c.licet ex quadam.illo titu.vbi dicitur ꝙ vnus nõ ſufficit etiam ſi præſidali fulgeret dignitate,quia regulariter non facit plenam fidẽ. l.iuriſiurãdi.C.de teſtibus. & nominati & graduati tenentur plenam fidem facere de tempore ſtudij.d.§.præfati.ibi,fidem facere teneantur.quod non eſſet ſi per vnum tãtum probarent,nec vniuerſitates certificarent quendam ſtuduiſſe niſi prius audirẽt teſtes, & ſic vidi ſeruari. 2

Duo teſtes atteſtari de tempore ſtudij debẽt.

¶Primo quæro,quales debẽt eſſe tales, teſtes de tempore ſtudij deponentes? Reſpõdeo,probatæ vitæ,& opinionis.c.licet vniuerſis.cum ſeque.de teſti.l.3.in princ.ff.eo. Ideo ſolent Tholoſates apponere in literis certificatorijs hæc verba, nobis fides facta extitit per teſtes fide & teſtimonio dignos. licet hæc non debant apponi, quia non ſtatur ſcripturæ referenti, niſi producatur ea ad quam ſit relatio.tex.in authen.ſi quis in aliquo.C.de edend.ideo ſimpliciter vniuerſitates Franciæ certificant quem ſtuduiſſe nulla habita mentione teſtium , & iſtud eſt tutius. 3

Probatæ vitæ debẽt eſſe teſtes de ſtudio tẽpore deponentes.

Requiritur etiã ꝙ ſcholares pro ſcholaribus deponant,nõ faber, vel cerdo: quia quę in ſcholis aguntur,non poſſunt facile aliter probari,quàm per ſcholares ibidẽ exiſtentes,ſicut nec illa q̃ fiunt in capitulo, poſſunt ꝓbari aliter q̃ per canonicos.c. veniẽs.2.in fi.de teſti . Idem de his quę domi finut,dicitur in.l.conſenſu.§. ſuper.C. de repud.ſi tamen omnes ſcholares cauſa peſtis vel belli ab vniuerſitate diſceſſiſſent, poterit tempus ſtudij probari per bidellũ, vel vicinos,qui in dies viderunt illum ſcholarem ingredientem ſcholas,vel per ſuum hoſpitem,in cuius domo habitabat, argu. d.l.conſenſu.§.ſuper.& ibi addidi.

¶Requiritur etiam ꝙ illi teſtes ſint iurati,nam teſti non iurato non adhibetur fi- 4

Iurati teſtes.

des.l.iuriſiurandi.C.de teſtib.c.tuis,illo titu.etiam ſi fuerit religioſus obſeruantię.c.nuper.de teſtib.etiam ſi eſſet ſanctæ vitæ. Barb.in tract.de præſtã.Card.in.2.quęſt.ſecundæ partis,in fine.¶ Intellige quo ad pręſumptionẽ,quam bene faceret,ſed non probationem plenã regulariter. glo.in.c.cum olim.in.j. de priuileg. Iaſ.in repet.l.admonẽdi.col.70.nume.189.ff.de iureiur. Alexã.cõſil.131.pſpectis. & conſil.237.in 6.volu.Ideo ſolet apponi in literis certificatorijs,teſtes iuramento medio examinatos.*Si* iſta non apponerentur,præſumeretur falſitas cõtra has literas, maxime apud Tholoſates & in Montepeſſulano,vbi hoc vtuntur ſtylo:quãuis ſufficiat vniuerſitatẽ certificare ſtuduiſſe tali tempore nulla facta mentione teſtium,vt ſupra dixi.

5 ¶ *Secũdo* quero,vniuerſitas certificat iſtũ Titiũ ſtuduiſſe p quinquẽniũ,vt facta fides extitit eidem per teſtes,ego volo probare contrariũ,videlicet quod nõ ſtuduit quinquennium,& quod teſtes non ſunt fide digni,nec omni exceptiõe maiores,vt teſtes eſſe debent.glo.in.§.item verborũ.inſti.de verbo.obliga.c.j.de conſanguini. & affini. an poſſim probare? Videtur ꝙ ſic,quia de veritate ſemper debet inquiri,vt fides veri conſtare poſſit.l.ij.&.l.non eſt nouum. C. de eden.Item quando lex vel ſtatutum dicit ſtandum eſſe iuramento alicuius,poterit tamen contrarium probari per legitimas probationes.tex.& ibi Panor. & alij in.c.propoſuiſti.de proba.c.continebatur. de deſponſa.impube. Bal.& Sali.in.l.j.C. de reb.cred.Idem quãdo dicit ſtandum dicto alicuius,intelligitur niſi probetur contrarium.glo.& doct.in.l.ij.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cau.agatur.dixi plene in ſtylo Bituri.artic.2.glo.par ferment.rub.j.

[...]n poſſit probari con[...] līas tẽ[...]oris ſtu[...]j.

¶ In contrarium videtur,quia vili ſeruienti creditur in his quæ eidẽ cõmiſſa ſunt ratione officij.c.quoniam contra.& ibi Lanfranc.& alij.de proba.Bar.in extrauagan. ad reprimendum.in verbo per nuncium. quomo.in leſæ maieſta.crimi.proced.c.ad audientiam.de præſcrip. Fortius creditur toti vniuerſitati atteſtãti de tempore,quia non eſt veriſimile quod vniuerſitas admitteret teſtes viles,& falſum deponẽtes.Ideo illis debet ſine dubio ſtari.

¶ Item creditur literis epiſcoporũ ſigillatis in his quæ ad ſuum ſpectant officium. c.poſt ceſſionem.de proba. Item creditur literis examinatorum.c.cum ſecũdũ.& ibi Card.21.notab.de præben. ergo & fortiꝰ vniuerſitati credetur,alioqui quotidie ſic nominationes impugnarentur,& via fraudibus pateret, contra.l.in fundo.ff.de rei vend.c.ſedes.de reſcrip.

¶ Tertio quæro quomodo debeant illi teſtes deponere? Reſpon.de quinquẽnio vel de triennio in nobilibus, & requiritur ꝙ ſint concordes in tempore,alioqui nõ probant. Vnde ſi vnus deponeret de quinquẽnio,alter de quadriennio, non valerẽt literæ certificatoriæ niſi in quadriennio,quia in alio ſunt ſingulares,qui non probant.c. bonæ.in.j.de elect.not.in.c.licet.de proba. l.ob carmen.§.fina.de teſtib.dixi plene in tract.meo de reprobationibus & ſaluationibus teſtium,in verbo ſingulares. Tamẽ ſi teſtes tantum deponerent de quinquennio,valeret,quia licet non ſit continuũ expreſſum præſumit.l.ſi vſusfructus in bienniũ.ff.de vſufruct.lega. &.l.ſi cũ hermes. vbi Bal.C.de loca.vide Alexã.in.l.ſi pcuratori.in fi.ff.de verb.oblig.vbi quando ſit mentio de tẽpore, in dubio intelligitur de cõtinuo.not.in.l.eũ q kalẽ.ff.de verb.obli. 6

Teſtes vt debeãt deponere.

¶ Quarto quæro,pone duos depoſuiſſe Titiũ ſtuduiſſe per biẽniũ,& alios duos depoſuiſſe eũdem alio triennio ſtuduiſſe,an valeat ipſorũ depoſitio? videt ꝙ nõ,quia quinquẽniũ requirit, & nõ fruſtatim,ſicut lupus comedit fruſtatim agnũ.c.j.§.nos ſumus.13.q.1. Inno.in.c.qualiter.in.2.col.j. de accuſa. Vnde dicit Bal.in.l.obſeruare. col.fin.C.quorũ appel.nõ recipiunt.quod ſi ſtatuto caueret,ꝙ ſi quis iuerit de tali loco ad talẽ,pede mulctet, & duo teſtes dicãt ꝙ viderũt ire vſqꝫ ad dimidiã partẽ,alij 7

Tẽpꝰ ſtudij an debeat coniungi.

vſq; ad aliã dimidiã, hæ ꝓbationes nõ coniungunt, nec perfectũ acceſſum ꝓbãt, niſi deponãt quod viderint principiũ & finẽ. ſequit Iaſ. in repet. l. admonẽdi. nu. 253. cũ ſe j. ff. de iureiu. Refert Catellian⁹ Cotta in ſecũda parte memoraliũ. in verbo indicia. Iaſ. cõſi. 35. col. 5. in 3. vol. Rñ. depoſitionẽ teſtiũ valere, & cõiungentur tẽpora. arg. l. vnicę. & ibi multa addidi. C. q numero tutela. facit quod diuerſitas quæ ſimul iungi poteſt, nõ facit teſtes ſingulares, vtpote volo probare præſcriptionẽ decẽnalẽ. probo p duos teſtes de primo quinquẽnio, p duos alios de ſequẽti quinquẽnio, optime ꝓbo ex cõiunctione teſtiũ, ex quo reſultat probatio cõtinui tẽporis decẽnalis ex coniunctione teſtificationum. ſic in tẽpore ſtudij. Bal. in. l. teſtiũ. nu. 12. C. de teſtib. Ancha. conſil. 276. viſa. Nec obſtãt ſupra in cõtrariũ adducta, quia debent intelligi in probationibus imperfectis, quæ nõ coiungũtur. ſecus quãdo probationes per ſe ſufficiẽter ſunt ꝓbatę, & ita vnũquodq; indiciũ p ſe ſufficiẽter ꝓbatũ poteſt cũ altero cõiungi. Bal. in. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. j. ff. de edẽ. Barb. in tract. de præſtã. Card. in. 2. q. primæ partis. col. vlt. Feli. & alij in. c. cauſam. notab. j. de off. deleg. Alexã. cõſil. 13. ex his. col. vlt. in. j. volu. Cotta vbi ſupra in verbo probationes. Hippoly. conſil. 20. digneris. nu. 47. cũ ſeq. ſiue longũ tempus intermedium fuerit, ſiue breue, cum tex. tãtum requirat quinquennium, & eadem ratio militat in eo qui duos annos ſtuduit, anno 1512. vſq; ad decimumquartum, & poſtea obrutus negocijs, intermiſit ſtudium vſq; ad annum milleſimum quingenteſimum viceſimumſeptimũ, & poſtea ſtuduit tres annos. dico poſſe coniungi per ſupradicta, vt infra dicetur. vide Collec. in. c. ex parte. de cleri. non reſiden. vbi in pœnis dicit nõ coniungi, vt ſi religioſus audiuerit leges per vnum mẽſem, & poſtea deſtiterit, demum audiuerit per alterum menſem, non erit excõmunicatus, vt no. in. c. nõ magnopere. &. c. ſup ſpecula. ne cleri. vel mona.

¶ Quinto quæro, quidam habet literas certificatorias temporis ſtudij de triennio quo ſtuduit Tholoſæ, & de biennio quo ſtuduit hic Pariſijs. In literis tamen gradus dicitur quod ſtuduit per quinquenniũ in hac noſtra Pariſi. vniuerſitate, & tamen non ſtuduerat niſi per biennium. Quærit quibus literis ſtabitur? Videtur ꝙ nullis, quia quando teſtes ſunt cõtrarij, omnes repellũtur. l. eos. & ibi Bar. ff. de fal. l. qui falſa. de teſtib. c. licet. de proba. & ſcripturæ repugnantes & contrariæ non probant. l. ſcripturæ. C. de fide inſtru. Contrariũ dicerem, ſtandum eſſe videlicet literis certificatorijs tẽporis ſtudij, quæ ſunt factæ principaliter ad hoc vt certificent: literæ vero gradus, vt probent gradum. ergo ſi incidẽter faciant mentionẽ de tẽpore ſtudij, non debẽt derogare alteri inſtrumẽto ſuper tẽpore ſtudij cõfecto, cum prolatum ſit enũciatiue, & ſic non ꝓbet. l. ex hac. ff. de dona. clemẽ. vna. de proba. Et iſtæ literæ gradus debẽt intelligi ſecundum alias literas certificatorias, videlicet ꝙ ſtuduit p quinquẽnium in noſtra vniuerſitate, cõputato tempore quo in altera ſtuduit. Et hic error vniuerſitatis non debet nocere graduato vl te qualificato, quin poſſit corrigi. arg. l. j. & per totũ. C. de erro. aduoca. & demonſtratio falſa non vitiat. l. demonſtratio. ff. de cõdi. & demonſtra. Et ibi Bar. & Soci. & fuit hoc mihi in palatio ſæpe petitum, & ita reſpondi. 8

¶ Sexto quæro, pone ꝙ ſtudui triennium Tholoſæ, & biẽniũ in Montepeſſulano, & nominat⁹ ſum in Montepeſſulano, an vniuerſitas Montiſpeſſulani poſſit certificare de tempore ſtudij Tholoſę? Videtur ꝙ ſic, quia illud cenſetur permiſſum, quod non eſt prohibitum. l. præcipimus. C. de appellatio. Item omnia poteſt vniuerſitas, ſine quibus nominationes haberi non poſſent. l. 2. ff. de iuriſd. omnium iud. c. præterea. de off. delega. 9

Vniuerſitas nõ teſtat d tẽpore ſtudij altę vniuerſitatis.

¶ Itẽ iudex teſtes alterius prouinciæ audit etiã de eo quod eſt in alia ꝓuincia factũ.

l.iudices.C.de fi.inſtrumē.Itē cui concedi tur cōſequēs,& antecedens.vnde ſi cui cō cedat aquæ hauſtus,videtur eſſe cōceſſum iter ad illum fontē vel puteū.l.ij.§.fi.ff. de ſeruir.ruſti.prædiorū.Panor.in.c.cum libe rum.col.ij.de ſepultu.l.olympico.ff.de ſer uit.vrbano.prædio.Sed vniuerſitatibus re gni eſt cōceſſum vt nominationes poſſint dare,ergo & tēpora ſtudij poterūt facere, ſine quibus non valerent nominationes.

¶ Veritas in cōtrarium ſe habet,quia vna vniuerſitas nō certificat de tēpore ſtudij al terius.nam cōfundit ordo quādo vnicuiq; ſua iuriſdictio nō ſeruat.c.peruenit. 11.q.1. alioqui præeminentiā vnius altera vſurpa ret,quod iure ꝓhibetur,quia quilibet ſuo debet eſſe cōtent⁹,nō aliena quærere.l.fin. C.vnde vi.Item quis debet habere literas certificatorias ab illa vniuerſitate in qua ſtuduit.ſi ergo ſtuduit in pluribus, a quali ber debet habere literas certificatorias.d.§. præfati.2.Igitur cum iſtud pro forma da tum ſit,debet ſeruari,& eius omiſſio vitia bit.c.cum dilecta.de reſcript.

¶ Item veriſimile eſt quod tempus ſtudij melius poterit probari in loco vbi ſchola ris ſtuduit,quàm in alio.l.j.§.j.ff.de flumi. §.ſi res.& ibi Aluar.vlt.not.de pace tenē. & ei⁹violat.c.ſcriptū.ibi,p Venetias.& ibi exp̄ſſe Bal.de elec.p.l.ij.C.vbi de ratioci.

¶ Nec obſtat quod non ſit prohibitū,quia imo eſt prohibitum in concordato,ſed nō iudici,ideo conceditur ei. Nec refragatur ꝙ omnia ſunt conceſſa,ſine quib⁹ &c.Nā vniuerſitas poteſt certificationis literas fa cere de tempore quo ſtuduit in eadē vni uerſitate,non in alia.Et ſic illud antecedēs cenſetur eſſe conceſſum qualificatiue, & per hoc non obſtant in contrarium addu cta,& ita ſeruatur.

concordatis vacaturo, proteſtans in caſum
contradictionis & negligentiæ (quod ab-
ſit) de pœnis tam in concordatis, q̃ in ordi
na. regijs cõtra inobediẽtes ſtatutis. & tũc
oſtendat ei literas gradus, & alias, quas te
netur eidem exhibere. de quibus ſupra di-
ctum extitit. vide Specul. in tit. de reſcrip.
præſenta. in princ. petatq́ inſtrumẽtum
nominatus de hac inſinuatione a notario,
quem debet ſecum ducere, vt poſtea poſſit
probare feciſſe inſinuationem.c. quoniam.
de probatio.
ℂDemũ epiſcopus, vel alius collator hu- 54
militer ſalutare debet, pileo etiam parum Epũs qd agere debeat quãdo inſinuatur ſibi noïatiões
leuato, quia nihil in epiſcopali ceruice ſplẽ
didi⁹ fulgeat oportet, q̃ ipſa humilitas.c.cõ
tra morẽ.100.diſt. & dicit ad Ro.13. Red-
dite omnib⁹ debita: cui tributũ, tributũ: cui
vectigal, vectigal: cui honorẽ, honorẽ. nã
imperator Anto. ſalutat⁹ a pręfectis, aliquã
tulũ proceſſit, & eis mutuã ſalutationẽ de-
dit.l.j.C.de ſenten.paſſ. etiã maior minori
ſalutem porrigit.c.1. de feud. cognitio. &
adagio dicitur, par pari referto, & gratia
gratiã parit. Hiero. ad Nepotia. Epiſcopi
honorẽt clericos quaſi clericos, vt ipſis epi
ſcopis a clericis quaſi epiſcopis honor de-
feratur. Cur ergo (inquit) te habeã vt prin-
cipem, cum tu me non habeas vt ſenatorẽ?
& ſi prælatus non ſeruet reuerentiam ſub-
dito, nec ſubditus ſeruare eidem tenetur.
c.cum beatus.45.diſtinct.c.ſignificaſti.de
elect.c.ad decorem.de inſtitutio. & ſi ma-
riti ab vxoribus honorari velint, eas tãquã
vxores revereri non grauẽtur. Hoc elegã-
ter & pulchre more ſuo tradit ſupra quã
dici queat doctiſſimus. D. And. Tiraquel.
in.14. lege cõnubiali. fol.144. verſ. igitur.

¶ Item reuerenter eas recipere debet, & quod mandatur, exequi. c. ſi quando. de reſcript. cum ſint emanatę tam authoritate apoſtolica, q̃ regia, ſaltem mediate, vt patet in concor. & eſt tex. in. l. item eorũ. §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. cuius verba ſunt, ſi decuriones decreuerunt actionẽ per eum mouendam, quem duumuiri eligerent, is videtur ab ordine elect⁹, & ideo experiri poteſt. parui enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit. Et illas literas ſic oblatas poterit collator inſpicere, ſi velit, & legere, petens literas duplicatas, ꝓmittens ſe factur ũ ꝓut eidem præcipitur, & quod iuris fuerit. & nõ debet excandeſcere in nominatũ, quia nil eſt laudis turpia verba loqui. Si tamen nil dixerit nominato inſinuẽti, nõ minus valebit intimatio, qa verba epiſcopi in inſinuatione non ſunt de ſubſtãtia, ſicut ſunt in matrimonijs, in valentibus loqui. glo. in. l. fi. C. de pſcript. 30. vel. 40. anno. & c. tuæ. de ſponſal.

Epiſcop⁹ inſinuati q̃d reſpõdere põt.

55 ¶ Aduertat nominat⁹, vt inſtrumentũ inſinuationis a notario recipiat, & penes ſe retineat, quia forte, ſi poſtea eo indigeret, inuenire nõ poſſet, vt not. i. c. ſignificauit. de teſtib. d. Boerius in addit. ad Mãdago. in vltima parte. ĩ forma. 4. qualiter appellans denunciare habet appellationẽ. & in illo inſtrumẽto faciat inſcribere inſinuationem factã tẽpore quadrageſimæ, quia quando tempus (vt ſupra dixi) in aliquo actu requiritur, nõ ſufficit probare actum factũ, niſi probetur quod illo tẽpore fuit factus. l. eum actum. ff. de neg. geſt. Feli. in cap. quod ad cõſultationem. col. antepe. in 2. cõclu. de re iud. vbi dicit nõ ſufficere ꝓbare appellaſſe, niſi probetur appellatum intra decem dies. & ſi in inſinuatione fiat mentio de literis gradus, nõ creditur quo ad gradum rite datũ, niſi ad verbũ literæ fuerint deſcriptæ. Ro. cõſi. 336. circa.

Inſtrũm inſinuationis debet nolatus retinere.

56 ¶ Octauo quæritur, qb⁹ pręſentib⁹ ſit inſinuandum? Reſpon. notario præſente, & duobus teſtibus. nam notario ſine teſtibus nõ crederetur. c. quoniã contra. de probat. vel pręſentibus duobus notarijs in illis regionibus vbi de conſuetudine requirũtur, vt hic. & valet illa cõſuetudo, de qua Decius in. c. 2. col. 5. de probat. Et plus credit notarijs q̃ alijs teſtibus. glo. in verb. tabularijs. in. §. ſi vero abſunt. in authen. de hę red. & falci. colla. 1.

Quib⁹ ſit inſinuandũ pſentibus.

Inſinuatio corã notarijs apoſtolicis an valeat.

57 ¶ Nec diſtiguo quo ad hoc, ſiue ſint notarij regij, ſiue apoſtolici, licet in aliquibus materijs diſtinguatur, vt dixi in articulo primo. rub. de executio. in practica mea.

58 ¶ Nono quęro, quibus fiant inſinuationes de quibus loquimur? Reſpon. his ad quos beneficiorum collatio ſpectat, ſeu præſentatio, ſiue conferant aut eligant, aut de beneficijs alio modo prouideãt, ſiue ſint cardinales, archiepĩ, epiſcopi, abbates, capitula eccleſiarum, vel quiuis alij eccleſiaſtici collatores: tex. in. §. teneanť. de colla. in cõcord. & in ordi. regijs iã citatis arti. 10. & artic. 8. & ſequ. ſiue ius conferẽdi ſpectet ad aliquem de iure, ſiue de conſuetudine, ſeu ex pręſcriptione, quod põt eſſe, vt tradit Panor. in. c. cum contingat. de foro cõpet. Feli. in. c. auditis. de præſcrip. Ioan. de Selua. q. 8. partis ſecundæ. idẽ in mandatis arbitror. c. tibi. & c. duob⁹. de reſcript. i. c. ſi capitulo. de conceſ. præben. eo. lib.

Inſinuationes q̃bus fiãt.

59 ¶ Primo quæro, abſentibus collatorib⁹ an hæc inſinuatio poſſit fieri eorum vicarijs? Reſpondet tex. in. d. §. teneantur. q̃ ſic, in abſentia collatorum, & hoc declaratur in ordina. reg. & in prag. in. §. ſtatuit. in verbo, vicarijs. vbi dicit epiſcopos teneri ad conſtituẽdum vicarios generales, vt in eorum abſentia poſſint nominationes inſinuari, & alia fieri coram eis. c. quoniã. de offi. ordi. c. quia in quibuſdam. 89. diſt. c. in nona. 16. q. 7. Nã domino abſente ꝓcuratori poteſt fieri litis motæ denunciatio. l. ſi dictum. §. ſi præſente. & ibi glo. in verbo procuratori. ff. de euictio. facit. l. procuratoris. de tributo. actio. tex. in cap. ſi ſoli ibi ordinario ipſi factã. de cõceſſio. pręb end. in. 6. & ibi Ioan. And. dicit nõ ſuffi-

Inſinuatio an vicarijs fiat.

cere,quādo præſentia epiſcopi haberi poſ
ſet,per.l.item.§.peritam.ff.de petitio.hæ-
re.l.mora.ff.de viur. Et in abſentia vicario
rum poterit fieri officialibus vel aſſeſſori-
bus,vel prioribus clauſtralib⁹,aut ſubprio
ribus,ordina.reg.articu.11.rubri.Des gra
duez ſimples.

Inſinuatio vicario facta an liget epm.

60 ¶Et talis exhibitio facta vicario ligat epi
ſcopum,intantum quod ſi poſtea eps con
ferat alteri,non valebit,licet dicat ſe igno
rare inſinuationem vicario factā, alioqui
nil operaretur. De rota deciſio.432. nota
vtrū.in antiq.glo.in.§.item voluit.in ver-
bo,vicario.de collat.in prag.plus dicēs ſuf
ficere etiam mandatū vicario inſinuare in
epiſcopi abſentia.c.eam te.de reſcript. &
ibi doct.glo.in.§.qui de prædictis.in ver-
bo,collatori.de colla.in prag. facit qđ no-
tat Archid.in cap. Reatina.63.diſt.vbi di
cit fuiſſe obtentum,ꝙ quando requiritur
conſenſus regis vel epiſcopi,ſi ſint abſen-
tes extra prouinciam,ſufficit cōſenſus eo-
rum vicariorū,qui alias non ſufficeret. ſe-
quitur Bal.in.c.cum venerabilis. de cōſue
tudine.per.c.cum nullus.ibi,epiſcopo au-
tem in remotis agente.de tempo.ordinā.
lib.6. Licet contrarium teneat Roma.cō-
ſi.693.ex longeua.Primā tenet Iaſ.in.l.in
prouinciali.§.ſi ego.col.penult.ff.de operis
noui nuncia. Præſenti ergo epiſcopo, vel
alij collatori eſt inſinuandum. Barb.plene
in.c.volentes.numero.12.cum ſequent.de
offi.legat.

Eps extra ciuitatē non eſt quęrēdus

61 ¶Et dicit̄ præſens, qui eſt in ciuitate,vel
in continentibus ædificijs,quia illi q in cō
tinentib⁹ ædificijs ſunt,in ciuitate eſſe in-
telliguntur.l.qui in cōtinētibus.ff.de ver-
bo.ſig.non tamen tenetur nominatus col-
latorem adire vel quęrere extra ciuitatē.
argumento illius qui tenetur adhibere
medicū alicui,vt non teneat̄ extra ciuita-
tem quęrere.no.in.l.ſi ab hoſtibus.ff.ſolu.
matrimo.Alexan.conſil.91.nume.5.in.7.
volu.cum teneatur creare vicarios,& eos
in ciuitate relinquere.ſi tamē epiſcop⁹ ſit
in tali loco qui de facili poſſit adiri(quod
boni viri arbitrio relinquitur)forte nō eſ-
ſet omittendus.glo.in.d.§.item voluit. in
verbo abſentia.de colla.in prag. Iſto tamē
iure non vtimur.ſi fiat vni,ſufficiet.

¶Nec me mouet.d.§.teneatur,ibi,aut eo
rum vicarijs,quia ibi dictio aut,eſt alter-
natiua ordinis,vt in.l.cum pater.§.penul.
ff.de legat.2.& ita ponitur in.d.§.ſtatui-
mus.2.de collat.ſupra.licet regulariter nō
ſic accipiatur.glo.in.c.cum plures.de offi.
deleg.in.6.& ibi Domi.& Philip.Peruſ.

Quando ſunt plures vicarij,cui ſit inſinuandum.

¶Secundo quæro,quid ſi ſint plures vica 62
rij, an ſufficiat vni inſinuare? Videtur ꝙ
non,per.l.fina.ff.in ius voca.vt eant. & .l.
ſed & ſi.qui ſatiſd.cog.vbi ſi quis promiſe
rit duos ſiſtere, non liberatur ſi alterum
ſiſtat.

¶Item quia ſunt ordinarij.Ioan.And. &
alij in.c.tua.de offi.vicarij.&.c.2. eod.tit.
lib.vj.& habent iuriſdictionem inſolidū,
& quilibet poteſt ſeparatim procedere,
niſi aliter fuerit in cōſtitutione expreſſum.
arg.l.1 ff.de offi.conſul.l.imperatores. ad
municip.glo.in cap.2.de arbit.lib.6.& ibi
Panor.& Bar.in.l.ſi vni.ff.de re iudic. Ex
quo tamen cauſa eſt coram vno inchoata,
alter non poteſt ſe immiſcere,niſi primus
ſit impeditus,per.d.l.ſi vni. igitur cū vn⁹
ſine altero poſſit procedere, omnibus eſt
intimatio faciēda,ad hoc vt omnium im-
pediatur collatio,inſtar procuratorum.c.
ſi duo.de procur.in.6.

¶Contrarium eſt verum,quia omnes vi-
carij,etiam ſi eſſent quinque vel ſex(vt a-
pud Bituriges)repræſentant vnam perſo
nam,videlicet conſtituentis,a quo eſt eo-
rum poteſtas. cap.2. de conſuetudi. vnde
ſicut inſinuatio facta vicario ligat domi-
num, multo magis debet ligare alterum
vicarium.

¶Nec me mouet.d.l.fina. nec.l. ſed & ſi.
quia eſt caſus diuerſus,& loquitur in de-
bitore qui duo debet copulatiue: hic con-
tra,qa in ſolidū cōſtituti ſunt regulariter.

¶Nec reſtagat̄ aliud,quia loquit̄ qn̄ plu-
res habēt poteſtatē cōferendi inſolidū,nec

vnius poteſtas depẽdet ab alio, nec repræ-
ſentanr perſonã vnius, hic cõtra. glo.in.d.
§. item voluit.in verbo vicario.
63 ¶Tertio quæro, quid ſi vicarius conferat
Deuolutio & de vicario ad archiepiſcopum.
inhabili, an poteſtas deuoluatur ad conſti-
tuentem, vel ad ſuperiorem epiſcopi, vide-
licet ad archiepiſcopũ? Videtur ꝙ ad cõſti-
tuẽtẽ, per.§.ſi quis vero.in verbo immedia-
tũ ſuperiorẽ deuoluantur.de colla.in prag.
vbi deuolutio fit ad immediatũ ſuperiorẽ:
ſed immediatus ſuperior vicarij eſt epiſco-
pus, ergo ad eũ fiet deuolutio. ¶Contrariũ
verius arbitror, tũ quia non fieret deuolu-
tio ad immediatũ ſuperiorẽ, ſed ad eundẽ.
c.2.de cõſuet.in.6. Et concordatũ vult vt ad
immediatũ ſuperiorẽ epiſcoporũ, vel ar-
chiepiſcoporũ, & id genus collatorũ deuol
uatur poteſtas, ergo ſic fiet. Itẽ qñ delega-
tus in totũ delegat, ad primũ delegantẽ ap-
pellatur.c.ſuper quæſtionũ. de offic.deleg.
c.duo ex trib9.&.c.ſi is cui.illo tit.in.6.&
epiſcopus de ſe queri debet, qui talẽ vica-
rium ſibi elegit.§.ſi.inſtitu.pro ſocio.
64 ¶Quarto quæro, cui iſtorũ vicariorũ inti-
Qñ ſunt plures vicarij, cui ſit inſinuatio.
matio fieri debet? Reſpõ. poterit nomina-
t9 eligere vnũ ex iſtis, cui exhibebit nomi-
nationes, & alia requiſita, arg.authẽ.habi-
ta.C.ne filius pro patre.vbi quãdo quis ha
bet plures iudices, habet optionẽ.glo.in.l.
fina.C.vbi in rẽ actio.ſic & hic videtur. Itẽ
in alternatiuis eſt electio debitoris. l.3. ff.
de eo quod cert.loco.l.plerũq;. de iure do-
tiũ.regula, in alternatiuis.de reg.iur.in.6.
Sic & in pluribus quibus eſt facienda inſi-
nuatio. ſi tamẽ fieret collatio ab epiſcopo
& vicario eodem die, nec de prioritate ap-
pareret, valebit collatio facta per epiſcopũ
propter eius maiorẽ prærogatiuam.c. du-
dum.&.c.ſi a ſede.de præb.lib.6.dico ple-
ne in tract.de pacif.poſſeſſo.in.17. limita.
65 ¶Quinto quæritur, an valeat inſinuatio fa
Inſinuatio facta vicario extra dioceſim valet.
cta vicario extra dioceſim? Videtur ꝙ nõ.
c.ſtatutum.de præb. lib.6.extra territoriũ
ius dicenti non paretur impune.c. fina. de
conſtitu.lib.vj.l.fina.ff.de iuriſdi.omnium
iudicum. ¶Contrarium videtur verius,
quia ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictio-
nis, poſſunt etiam extra territorium exer-
ceri.l. 2.ff. de offic.proconſul. poſſet vica-
rius extra dioceſim conferre, ſicut epiſco-
pus.cap.nouit.de offic.lega. & ibi nota.&
de Rota deciſio.vlti.de offic. vicar. capit.
poſt electionem.de conceſſione præbend.
Item ſacerdos parochianum ſuum extra
parochiam vbicunque confiteri & abſol-
uere poteſt, cum ſit voluntariæ iuriſdi-
ctionis. Hoſtien. in ſumma de pœnitent.
& remiſſio.§. cui confitendum.verſicu.&
nunquid extra territorium. Poteſt etiam
epiſcopus extra territorium conferre ſuis
ſubditis ordines. Barba.d.capit. nouit.di-
cens epiſcopum Aſteñ. multis ſcholaribus
ſua memoria cõtuliſſe Bononiæ, vt dixi ſu-
pra numero. 29.
¶Nec obſtat.d. cap.ſtatutum, quia loqui-
tur in beneficijs vacãtibus in curia, in qui-
bus eſt ſpeciale, &.d.cap.fina.loquitur in
actibus iuriſdictionis contentioſæ, hic vo-
luntariæ.
¶Sexto quæro, quidam epiſcopus eſt vica- 66
rius archiepiſcopi, vel alterius epiſcopi,
De inſinuatiõe facta epõ q eſt alterius epi vicarius.
quidam eidem inſinuauit, quæro an cen-
ſeatur illi inſinuaſſe & vt epiſcopo, & vt
vicario? Videtur quòd ſic, ſi nominationes
dirigebantur vtrique epiſcopo, vt res va-
leat.l.quotiens.2. ff.de reb. dub.c.inter.§.
cæterum.de fide inſtrumen.
¶Contrarium arbitror verius, vt tantum
cenſeatur eidẽ facta inſinuatio tanq̃ epiſco-
po, & nõ tanq̃ vicario, niſi dixerit, etiã ti-
bi tanq̃ vicario inſinuo.per tex.in.l.de pu-
pillo.§.nunciationẽ.ff.de operis noui nun-
cia.ibi, & generaliter ei nunciari nouum
opus poteſt, qui in re præſenti fuerit domi-
ni operiſve nomine. Ecce ergo quod requi
ritur vt nomẽ vicarij exprimatur, alioqui
in dubio cenſetur inſinuatio facta eidem
tanquam epiſcopo, vt omne analogum in
ſua famoſiori ſtet ſignificatione.§. ſed ius
quidem ciuile. inſti.de iure natura.
¶Item in mandatis Apoſtolicis ſi colla- 67
tio ſpectet ad Archidiaconum ſeparatim,

non ſufficeret inſinuatio facta publice, ſed oportet quod illi ſeparatim fiat. capit. fina. de præbend. in.vj. quod eſt verum ſi ratione ſuæ dignitatis cõferat: ſecus ſi tanq̃ vicegerens capituli conferret, vtpote quia eſt i turno ſuæ hebdomadæ, vt ſupra dictũ eſt, & ſequit. D. Ruſeus in tract. de mand. Apoſtolicis. 3. parte.

68 Inſinuatio f. cta capitulo nõ ligat vicariũ epi.

¶ Ideo ſi inſinuatio fuerit facta capitulo, & vnus canonicus erat vicarius epiſcopi, per hanc inſinuationem capitulo factam nõ ligatur epiſcopus, niſi illi canonico intimatum fuerit tanquam vicario epiſcopi.

69 Duæ literæ duplicatæ an dari debeant.

¶ Et an teneatur dare duas duplicatas literas, videlicet vnas tanquam vicario alterius epiſcopi, alteras tanquam epiſcopo? & crederem quòd ſic, quando hoc requireret. alioqui ſi tantum literas duplicatas daret, non vitiaretur inſinuatio facta ſub duplici qualitate vni perſonæ, quia per eas ſolas literas ita certus eſt, ac ſi duas haberet. quod ſufficit, & videtur ſatisfactum cõcordato. fuſius aliquando dicam.

70 Inſinuationes factæ vicario reuocato quãdo valeat

¶ Septimo quæro, epiſcopus reuocauit tẽpore quadrageſimæ vicarium, vt deciperet nominatos. quæro an inſinuatiões eidẽ vicario poſtea factę, viribus ſubſiſtãt? Reſpõ. ſubſiſtere, ſi nominati & vicarius ignorant iſtam reuocationem. nã geſta per vicarium valent, ſi ignorat reuocationẽ. tex. ſing. in. l. ſi forte. ff. de off. pręſid. cuius verba inſero, Si forte pręſes prouinciæ manumiſerit, vel tutorem dederit priuſquã cognouerit ſucceſſorẽ aduenisse, erunt & hæc rata. & per illũ tex. ſing. dicit Roma. ſing. 57. fuit quæſtio Romæ.

71 Collatio bñficij facta p vicariũ reuocatũ quãdo valeat.

¶ Quod valet collatio beneficij facta per vicarium reuocatũ, antequam ſciat, quia ſicut antequam ſciat, non dicitur habere iuriſdictionem: ita etiã non cenſetur reuocata antequam ſciuerit. Inno. in. c. ex conqueſtione. de reſtitu. ſpoliat. Peruſ. in. c. ſuper eo. 2. vltimo nota. de appella. Et ſentẽtia lata a primis iudicibus reuocatis, ante notitiã reuocationis valet. c. audita. de reſti. ſpolia. Panor. & alij in. c. cæterum. de reſcript. cõſuluit Decius conſilio. 395. in cauſa iſtorũ. col. 2. Debet etiã quis habere ſalarium quandiu ignorat ſucceſſorem aduenisse. Roma. in. l. diem functo. ff. de aſſeſſo. Et priuilegium tandiu durat alicui, quandiu ſciuerit ſucceſſorem aduenisse. tex. & ibi glo. prima in. l. tribunus. ff. de teſta. milit. quam Iaſ. not. in. l. more maiorum. numero. 8. ff. de iuriſdict. omniũ iud. & Roma. ſing. 566. quod. l. ſi forte. & facta poſt euocationem non ſunt nulla, antequã is a quo euocatur, ſciuerit euocationem, & ei fuerit intimata. c. eccleſia. in. 2. vt lite penden. dixi in repet. l. quod iuſſit. nota. 2. numero. 66. cum ſequẽt. ff. de re iudic. vbi vltra alios tractaui materiam vtilẽ euocationis. Vnde etiam fit, vt non valeat reuocatio procuratoris ante intimationẽ. cle. vna de renuncia. c. ex parte Decani. de reſcript. Imo etiam ſi vicarius ſciuerit, & dolo tacuerit, valebit inſinuatio, ne via pateat malitijs. l. in fundo. ff. de rei vendica.

¶ Octauo quæro, an cõductori fructuum epiſcopatus poſſit fieri inſinuatio? Videtur ꝙ ſic, quia cõductor omnes fructus habere debet, ſi ſic cõuentum eſt, & collatio eſt fructus. glo. in. c. cũ olim. de maior. & obedien. ergo illi debet fieri inſinuatio ad hoc vt teneatur conferre. 72 Inſinuatio an cõductori fructuũ fiat.

¶ Item ius præſentandi trãſit cum vniuerſitate ad locatorem. c. ex literis. de iure patro. ergo poſtquam poteſt præſentare ad beneficia, illi debet fieri inſinuatio.

¶ Contrarium eſt verum, quia in conductorem, etiam ſi conduceret ſpiritualia & temporalia, non tranſit ius conferendi, niſi ſpecialiter ſit ei cõceſſum. c. fina. de off. vicar. in. 6. ita tenet Io. de Selua in tracta. de beneficio. in. 2. parte. q. 11. ergo inſinuationes illi fieri non debent, cum poteſtatem conferendi non habeat.

¶ Nec obſtant in cõtrarium adducta, quia eſto quòd fructus temporales tranſeant in conductorem, non tamẽ collatio, quæ eſt ius ſpirituale, licet ſit in fructu. & ſi pręſentatio tranſeat cum vniuerſitate bonorum, tamen non collatio. not. in. c. quãto. de iud.

c.querelam.de ſimo.nec præſentatio trāſit in conductorem ad modicum tempus.Panor.in.d.c.ex literis.& Feli.in.c.cum Bertoldus.col.penul.de re iud.

73 Coadiutori an ſufficiat inſinuare. ¶ Nono an ſufficiat inſinuare coadiutori dato epo, vel epo ſit facienda inſinuatio? Et breui reſpon.quòd coadiutori poteſt fieri quādo habet collationem beneficiorum. glo.in.§.item voluit.in verbo vicario.de colla.in prag.& tunc habet collationē beneficiorum,quando datus eſt illi qui perpetuo impedimento eſt detentus, vtpote mentis alienatione vel intellectus, quia epiſcopus eſt demens vel furioſus. alioqui eccleſiæ diutius vacarent, ſi expectaremus quod moreretur vel reſipiſceret.l.ambiguitatem.C.de vſufruct. alias coadiutori non poteſt fieri,vt dixi ſupra in.8.quæſt. princi.ibi.q.10.& glo.in titu.de colla.in verbo iuriſdictio.in prag.niſi epiſcopus eſſet lepræ morbo percuſſus, tunc etiam putarem quod coadiutori inſinuatio eſſet facienda propter periculum communionis.c.de rectoribus.&.c.ſequen.de cleri.ægro.c.j.de cōiugio ſeruo.Idem ſi peſte eſſet infectus,contra quam non valent medici,nec medicinę.Paul.in.l.ſi ab hoſtibus. ff.ſolu.ma.De ripa in tracta.de peſte. plene tradit. ibi videre licet multa ad hāc rem facientia.& mortuo epiſcopo ſuccedit capitulum,& finitur poteſtas coadiutoris. Bal.in.l.quęſitum.ff.de tute.

74 [...]e inſinuatione [...]ſda capitulo. ¶ Decimo quando diriguntur nominationes capitulo,tunc debent inſinuari capitulo congregatis canonicis vel monachis,nō autem valeret inſinuatio, ſi ſeparatim in domo cuilibet literæ pręſentaret,arg.c.in Geneſi.de elect.glo.& doct.in.c.ſi capitulo.de conceſſ.præbend.in.vj. nam quando diſpoſitio tangit plures in vniuerſo, tunc requiritur quod cōgregati illum actum faciāt,alias act⁹ nō valebit.c.piſanis.de reſti. ſpolia.l.2.C. de decu.lib.x.etiā quādo maior pars præiudicat minori,debet fieri in vniuerſo,non ſigillatim.Iſtud tradit Bar. in.l.omnes populi.in.3.q.ſecundæ quæſt. princi.ff.de iuſti.& iur.facit etiā quod no. idem Bar.in.l.aut facta.§.fin.ff.de pœnis. tex.in.l.ſemper.§.ſi in ſepulchro. quod vi aut clam. ¶ Et ſic etiā debet mandatū pręſentari.ſi tamen duobus competeret ius cōferendi qui non facerent collegium vel capitulū,tunc ſigillatim poteſt illis fieri exhibitio.Panor.in.c.3.de iur.patro.Et qd ſi canonici non ſint congregati?debet expectare nominatus vel mandatarius diē quo ſolent congregari,cum bis in hebdomada ſoleant de conſuetudine cōgregari: vel debet requirere illum qui habet poteſtatem congregandi,vt congreget:quod ſi recuſet congregare,vel canonici nolint quod mandatarius ſeu nominatus ingrediatur:tūc facta illa diligentia habebitur ac ſi præſentatio facta fuiſſet capitulo. Feder.cōſil.190. & doct.in.d.c.ſi capitulo.& ſufficit facere tunc inſinuationem in loco vbi capitulum conſueuit congregari, Decano, Archidiacono,vel Præpoſito,ſeu maiori parti illorum canonicorum qui ibidem inueniuntur: nec oportet quod nominatus probet quod maior pars interuenerit,teſte Collecta.in.c.dilectus.2.col.vl.de præbend.per no.in.c.bonæ.j.de electio. 75 Mandatū quō inſinuādū ſit capitulo.

¶ Vndecimo,an ſequeſtro ſit inſinuatio facienda? Videtur quòd non,quia ſequeſter, maxime neceſſarius,id eſt auctoritate iudicis poſitus,nō poſſidet.l.intereſſe.ff.de acqui.poſſeſſ.l.vna.C.de ſequeſtra. poſſeſſ.& fruct. Anto.& Panor.in.c. examinata. de iud.& ibi Henric.dicit quòd manus regis appoſita rei cōtentioſæ,non priuat aliquē poſſeſſione ſua, & talis ſequeſter colligit fruct⁹ nomine alieno,quos habet reſtituere victori.c.2.de ſequeſt. poſſe.& fruct. ſic non poteſt præſentare nec conferre,ergo nec illi inſinuare debebit,cum non ſit collator vel patronus,quibus tantum inſinuari oportet. ¶ Contrarium tenet Innocen. in.d.c.examinata.vbi dicit ſequeſtrū poſſe præſentare & conferre. Idem tenet Feli.in.c.cum Bertoldus.in fi.de re iud.quem ſequit̄ D.Ruſeus in tract.iuris regalio. in 76 Sequeſtro an poſſint inſinuatiōes fieri

10. priuilegio, quia fructus colligere poteſt, inter quos eſt præſentatio & collatio. glo.in.c.cum olim.de maio.& obe. & pro hac opinione latum fuit arreſtum, vt eidem inſinuari poſſit, vt citat glo.in.§.item voluit.in verbo vicario.circa finem.de colla.in prag. Quod eſt intelligendum quando ſequeſter eſſet voluntarius, id eſt de cõſenſu partium electus, vel voluntarius & neceſſarius, id eſt datus per iudicem de partium cõſenſu, vt communius fit: & ille poterit & cõferre, & præſentare. Roch. de curt.in tracta.de iure patro.in verbo ipſe vel is.quæſt.36.Io.de ſelua in tract.de benefi.in.2. parte.q.9. ego vidi ſequeſtrum voluntarẽ ad cui conferẽdũ requirentẽ amborum litigantium: & ſi conueniebant in vnum, illi conferebatur a ſequeſtro. ſi diſcõuenìebant, idoneior eligebatur ex duobus nominatis per litigãtes, & iſtud eſt tutius.

77 ¶ Duodecimo dubitatur, lite pendente cui contendentium poſſit inſinuatio fieri? Breui dicerem ꝙ ſi alter eſſet in poſſeſſione, illi poſſet fieri, quia conferre poteſt. not.in c.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſeſ. &.c. conſultationibus.de iure patro. Io.de ſelua in tract.de benefi.in.2.parte.q.7.& ibi declarat quãdo dicatur eſſe in poſſeſſione poſt Calderi. in cõſil.12.in rub.de iur.patrona. Si neuter poſſideat, vel vterque dicit ſe poſſidere, tunc ante ſequeſtrũ factum ego inſinuarem vtrique propter dubium, per not.in.l.de pupillo.§.ſi plurium dñorum. per illum text. de operis no.nuncia.

Lite pendente cui ſit inſinuandum.

¶ Quãdo electio vel præſentatio fieri poſſit lite pẽdente, vide per glo.& doct.in.c. 2.de in integ.reſti.c.ex literis.de iu.patro.

78 ¶ Decimotertio, cui fiet inſinuatio epõ mortuo? Reſpõ.capitulo, cum ad illud deuoluatur collatio quæ fit ex neceſſitate, ſecus ex voluntate.c.illa.ne ſede vacante. & collatori debet fieri inſinuatio, ideo capi-

Epõ mortuo cui ſit inſinuãdũ.

79 tulo fiet.& hoc probatur in.c.eã te. de reſcrip. ¶ Et poteſt fieri collatio ꝑ capitulũ, ſiue beneficia vacent in mẽſibus nominatorũ, ſiue graduatorũ, quia dicuntur de neceſſitate conferri, licet ſit quædam liberalitas in cui conferendo, videlicet gratificando.glo.in.c relatum.de præbẽ.non tamen eſt mera liberalitas, ſed quędam neceſſitas, vt ibidem dicitur in.§ præfatiꝗ.j.ibi, conferre teneantur.probat tex.in.c. penult.in fi.ibi, alterũ quẽ voluerint eligere teneantᷣ. vbi gratificatio eſt neceſſaria: ita hic: alioqui diſpendioſa contingeret vacatio.c.quã ſit.de elec.in.vj. Item iſta collatio nominatorũ & graduatorũ non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui.ff.de vſucap.& quia habet conferre graduatis, dicitᷣ eſſe neceſſitatis, ſicut illa quæ habet cõferre nominatis. nam licet antiquiori debeatur nominato, poterit eſſe quod non erit idoneus, & ſic alterũ nominatũ gratificare poterit ſic graduatum, quia non videtur differẽtia inter eos, vel admodum parua. ¶ Itẽ quãdo collatio ſpectat ad epm̃ & capitulũ ſimul, epõ mortuo collatio ſpectat ad capitulũ.c.vno ne ſede vacãte.in.vj.& tũc recte fit inſinuatio eidẽ capitulo. cõcludere videtᷣ Frãciſc⁹ in tract.de off.& poteſtate.c.ſede vacante. in ſecunda parte.q.j. Inſuper collatio quæ graduatis fieri debet, nõ min⁹ dicitᷣ neceſſaria etſi gratificari vn⁹ ex graduatis poſſit, vt no.in.l.legato generaliter.ff.de lega.j. vbi ſi relinquatᷣ optio ſeruorũ, nõ minus dicitur neceſſarium legatũ.l.ſeruo.ibi, teneri.ff.de optio.lega.paria ſunt deberi vni Titio, vel vni ex pluribus.no.in.l.ſi ita.ff. illo titu.quia totum neceſſarium eſt. ſic & collatio facienda graduatis, & illa optio etiam tranſit ad hæredes.l.illud. ff. de optio.lega.quod eſt notandum, quia vidi dubitari in palatio.

Capitulũ gratificat in menſibus graduatorũ.

¶ Decimoquarto, quid ſi collatio vel præſentatio ſpectat ad duos ſimul, videlicet ad epiſcopum & capitulum, an ſufficiat vni illorum inſinuare? Reſpon. ſic, argu.l. de pupillo.§.ſi plurium.ff.de operis no.nunciа.qui ſic dicit, ſi plurium res ſit in qua opus nouum fiat, & vni nuncietur, recte facta nunciatio eſt, omnibuſque dominis nunciatum videtur. nam quotiens poteſtas 80

vni adimitur ſine quo collatio facta nõ valet, alij etiam adempta videtur, cum collatio ab altero facta non valeat, vt concludit Feder. conſil. j. & conſil. 232. caſus. in fine. ſic ipſe conſului, & Io. de ſelua in tracta. de beneficio in. 3. parte. q. 7. *Sic* in mandatis apoſtolicis tradunt docto. in. c. ſi capitulo. de conceſſ. præben. in. vj.

81 ¶Item ſi fiat interpellatio vni ex duobus reis debendi, nocebit alteri. l. penult. ff. de duo. reis. l. fin. C. illo titu. & ſi vnus ex pluribus iudicibus vel arbitris impediat, alij non poſſunt procedere. l. ſi in tres. & ſeq. ff. de arbit. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. c. vno delegatorũ. de off. deleg. Idem in procuratoribus. c. ſi duo. de procura. lib. vj. facit. l. ædiles. 2. §. ſi forte. ff. de ædilitio edic. quod intellige quando coniunctim ad eos ſpectabat collatio, & vnus ſine altero non poterat conferre.

¶Si vero collatio ſpectaret ad duos inſolidum, qui conferebant alternis vicibus, tũc inſinuatio alteri facta alterum non impediret quo minus conferret, & valeret collatio, per ea quæ not. Io. and. in clemen. vna de renun. & expreſſe glo. in. §. ſtatuit. in verbo ſpectat. de colla. in prag. Sed quid ſi ille cui eſt facta inſinuatio, ſit valetudine aduerſa detẽtus, & permittit alteri cui nõ fuit exhibitio facta, vt conferat, an valeat facta nõ graduato, vel eo mortuo alter cõfert? vide i. c. vno. ne ſede vacan. lib. 6. Hęc quæſtio in palatio fuit a me petita. ego cũ operępreciũ fuerit decidã. interim cogita.

82 ¶ Decimoquinto quæro, inſinuatio rite facta eſt vni collatori de omnib⁹ literis, etiã datis duplicatis: eo mortuo, an ſuo ſucceſſori ſit iterum facienda? Reſpon. nõ eſt dubium quin in ſingulos annos ſit exhibitio nominis & cognominis faciẽda, vt diſponitur in concordato. in. d. §. teneantur. Sed quid de literis iam inſinuatis? Et videtur ꝙ ſic, quia fit exhibitio, ne collatores ignorãtiam prætendere poſſint. clemen. cauſam. §. verum. de elect. & vt videant an literæ gradus & nominationis valeãt, & an graduatus ſit per ſaltũ promot⁹: quod nõ poſſet ſucceſſor cognoſcere, niſi per literarũ exhibitionem, ergo eſt facienda. nec poſſet ſucceſſor diuinare inſinuationẽ ſuo prędeceſſori factam, cum ſucceſſor habeat iuſtã ignorantiæ cauſam. l. 1. in fin. & l. 2. ff. depoſ. l. qui in alterius. de reg. iur. & iſtud eſſe ęquius teſtatur glo. ĩ verb. ſpectat. ĩ. §. & ſimiliter. de collat. i prag. Et Brunell⁹ ĩ tracta. de dignitat. legat. cõclu. 19. ĩ fine.

Succeſſori an ſit inſinuatio facienda.

¶In contrariũ facit quod concordatũ nõ ligat nominatum ad inſinuandum ſucceſſori, ergo nec ego, vt habetur in. d. §. teneãtur. & §. ſi tñ. vbi loquiť in ſingulari, videlicet in inſinuatione faciẽda, & ſemel tm̃.

¶Item iuramentum fidelitatis pręſtitum prelato, tranſit ad ſucceſſorem. c. veritatis. de iureiur. ſic & inſinuatio ſemel facta vni ad ſucceſſorem tranſibit, qui cenſetur vna perſona cum defuncto. in authẽ. de iureiuranda. morien. pręſtito. §. j. colla. 4.

¶Idem in delegatione facta ſub nomine dignitatis, vt ad ſucceſſorem tranſeat, probat tex. in. c. quoniã abbas. de off. deleg. c. ſi gratioſe. de reſcript. in. vj. Et in cõcordatis eſt decretum irritans, quod etiam ignorantes ligat. c. dudũ. de pręb. lib. vj. & pro hac parte dicit glo. in d. verbo ſpectat, interueniſſe arreſtũ pariſijs. Ego dicerem ꝙ ſi vacante beneficio nominati peterent illud benficiũ ſibi cõferri, quod ille ſucceſſor poſſet ab eis petere inſtrumentũ inſinuationis ſibi exhiberi, cũ iuſtã ignorãtiã pretẽdere poſſit, vt ſupra dixi. ſi tamẽ non peteret, nõ teneretur noĩatus hoc iterũ inſinuare. nã iterũ ex cauſa edere pretor iubet. l. ſi quis ex argẽtatijs. §. ſi. cũ. l. ſequẽ. ff. de edẽdo. illa tamẽ editio peti debet, vt ibi

¶Itẽ quãdo beneficiũ eſt affectũ, ordinati⁹ collator dicitur ligat⁹, etiã ignorãs. c. ſi eo tẽpore. de elec. li. 6. c. ſi poſtq̃. de pręb. eo. li. Sed ſimul atꝙ fuit pręſentatio facta collatori, affectũ fuit beneficiũ vacans tẽpore ĩ cõcordatis pręſtituto: ergo nõ requiretur alia inſinuatio. Card. & Imol. ĩ. c. eam te. ĩ fine. de reſcript.

83
Q. ſi collator non vult oſtiū aperire.

¶Decimoſexto quæro, quid ſi collator nolit oſtium aperire nominato volenti inſinuare? Reſpō. dolo facit. l. j. ff. de eo per quē factum erit. Imo ſi collator latitet, vel alias impediat ne fiat eidem exhibitio, perinde eſt atq; ſi facta fuiſſet, quia pro citato habetur, qui ſe occultat, vel impedit ne poſſit citari. c. quoniam. §. porro. vt lite non conteſta. clemē. j. de iud. glo. in c. capitulum. de reſcrip. l. fulcinius. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. & hoc eſt intelligendum quando loco & tempore congruis vellet nominatus inſinuare, vt ſupra dictum extitit. alioqui

84
Forma cle. cauſā, & in mādatis & inoīationibus ſeruat.

contra. ¶Hoc tamen caſu faciēda erit exhibitio ſecundum formam cle. cauſam. de elect. glo. in. §. ſtatuit. in verbo ſpectat. de colla. in prag. Seruatur etiam dicta clemē. cauſam, in inſinuatione mandati. Sunt tamen ſex caſus in quibus mandata afficiunt immediate beneficia, adeo quod collatio alijs facta non tenet, quos tradit D. Ruſeus in tracta. de mand. apoſto. in. 3. parte. circa finem.

85
Collator diſcedens ne inſinuationē audiat, an ſibi proſit.

¶Et ſi collator ſtatim atq; nominatus vel graduatus vult inſinuare, diſceſſerit, vt quandoque vidi: quia non eſt quod imputet nominato, valebit talis inſinuatio per illam regulam, quod per me non ſtat, mihi non eſt imputandum, regula, in iure ciuili. ff. de regu. iur. l. in executione. §. fina. de verbo. obliga. vbi traditur vna limitatio ſolennis per glo. facit quod dicit Barba. poſt Cardina. in d. clemē. cauſam. vbi dicit q̄ ſi dum appellans parat ſe ad legendum appellationem, & dū appellatus hoc cognoſcit, ſtatim diſcedit, quod habetur ac ſi totū legiſſet in præſentia, cū non poſſit appellanti imputari quin legerit. l. ſi fundus. §. fin. ff. de lege cōmiſſo. Idē ergo erit in nominato, alioqui quotidie fieret fraus per collatores ſic diſcedendo, & nominatos relinquēdo, cui eſt obuiandū.

86
cap. ſedes. de reſcrip.

Si nominatus nolit dare exēplum noīationis ſuæ, quid

¶Item tenetur nominatus & graduatus ſimplex dare collatori literas duplicatas, id eſt, exemplum ſiue copiam literarum quas inſinuat. d. §. teneantur. & ſi noluerit dare, non tenebitur collator ſibi prouidere, nec quod in nominationibus ſibi mandatur, exequi. d. cle. cauſam. inſtar eius cui non exhibetur ſecundum reſcriptum. ideo non tenetur exequi. cap. cum contingat. de reſcript. Et ſi citato non detur copia citationis, non tenebitur comparere. Nico. Milius in reper. in verbo, copia. in vltima. q. & hęc copia debet eſſe manu alicuius notarij ſubſcripta, vt faciat fidem. Bonifa. in d. clemen. cauſam. in fine princip. licet ſecus ſit in appellatiōe. d. c. appellatio. de appel. in. 6. & hoc ſi ordinarius petat. alioqui dicam inſinuationes non vitiari, quia tex. cōcord. nil dicit de ſubſcriptione dupli, ſiue exempli, ideo non hoc addam.

[illegible] collatori ſuccurral

¶Et hanc copiam facere tenetur ſuis ſcilicet nominati expenſis. cap. cum perſonę. de priuileg. in. vj. glo. & Barba. in d. clemen. cauſam. Geminia. & Philip. in capi. 2. de litis conteſtat. in. vj. & dico in gloſ. dare. 87

Exēplum noīationū expenſis noīati dandum.

¶Fallit ſi collator nollet, vel non requireret, quia ſua cauſa dicitur introductum, ideo poteſt ei renūciare. l. penul. C. de pact. vt expreſſe dicitur in ordinat. regijs rub. des priuileges des eſcolliers. ibi, ſeront tenuz leur laiſſer les doubles, ſi leſdictz collateurs le requierent. articul. 5. quod non video correctum per concordatum, ergo debet ſtare, & ſeruari, argu. l. præcipimus. C. de appellatio. Probatur etiam per tex. in. l. 2. & ibi Iaſon in. 5. notab. C. de iure emphyt. vbi emphyteota priuati non ſoluens cenſum intra triennium, priuatur re emphyteoticaria, ita demum, ſi dominus hoc voluerit. capi. potuit. de locat. gloſ. in. l. 2. ff. ſi ager vectigal. & ſpōſalia de futuro etiam iurata diſſoluuntur per adulterium, volente & petente ſponſo, non alias. Panor. in capit. quemadmodum. de iureiurand. Contractus etiam dolo initus eſt nullus, ſi contrahens petierit. glo. in. l. & eleganter. in verbo, nullam. ff. de dolo. nota. Panormitan. & de Burgos, in capitul. cum dilecta. de empt. & vendit. 88

Copia petenti debet, & alias hæc poſita.

l.2.ibi,ſi vẽditor eum inemptum eſſe ve-
lit,quia id venditoris cauſa cauetur . ff.de
lege commiſſo.Et ſic eſt prima limitatio
quod,inſinuatio nõ ſit facienda ſucceſſori.
89 ¶Et ſic non poterit nominatus cõtra aliũ
nominatum,vel graduatus cõtra aliũ op-
ponere, ꝙ is qui inſinuauit, nõ dedit lite-
ras duplicatas,ſiue copiã,vt dicũt,qa for-
te collator noluit,ſicut dicit de canone nõ
ſoluto,vt tertius non poſſit apponere an-
teq̃ dominus declarauerit ſe velle. Alex.
cõſi.82.in cauſa.col.2.vol.7.Barba. plene
in.c.mandatum.col.16.de reſcrip.

Noĩa'tu' cõtra aliũ nõ oppo nit exem plũ non eſſe datũ.

¶Item quando aliquis ex eligentibus fue-
rit cõtẽptus,hoc non poteſt tertius alle-
gare,quia forte cõtẽptus nõ vult . ſic cõ-
ſuluit Federi.conſi.227.ſi potero. & quã-
do fit ipſo iure priuatio,& non cum effe-
ctu,tertius non põt opponere, vt in bonis
ipſo iure in fiſcũ trãſlatis, q̃ nõ vult acce-
ptare fiſc⁹,& ſic cũ effectu nõ inducit pri-
uatio.l.his conſequẽter.§.1.ff.familię her-
ciſcun. Soci. cõſi. 78. viſis actis.in.4.vo-
lu.Sed hic fit priuatio ipſo iure, non cum
effectu,ſi collator nolit.ergo tertius nõ po
terit opponere.quod eſt bene notandum,
quia vidi doctos in hoc errare,& contra-
rium tenere.
¶Nec obſtat decretum irritãs appoſitum
in.d.cõcord.quia ita demũ operatur,ſi im
petrans vti velit.Ioan.Monach.in cap.ſta
tutum.de præben.in.6.Alexan.conſi.173.
viſo themate.circa finem.in.2.volu. Bald.
& moder.in.l.fina.C.de reuocand.donat.
Bened.in repet.cap.Raynutius.in verbo,
in eodem teſtamento.in.1.numero. 87.cũ
ſequenti. de teſta . dicens ſe in caſu mira-
bili alias conſuluiſſe,vt ibi per eum.vide ſi
lubet.
¶Tertio fallit quãdo primo dediſſet exẽ-
90 plum patrono,poſtea epiſcopo habẽti in-
ſtitutionem:non tenetur aliud exemplum
dare,cum ſufficiat dare habenti collationẽ
liberã, vel patrono alternatiue.d.§.teneã-
tur.de cuius natura ſufficit alterũ.l. ſi hæ-
redi plures,ff.de condit.inſtitu.c.inter. de

Patrono, nõ vero inſtituenti exẽplũ dari debet.

reſcript.& cum exprimat patrono eſſe in-
ſinuandum,videtur negare de inſtituẽtẽ.
arg.l.cum prætor.ff.de iud.cap.qualis.25.
diſtin.glo.in.§.& ſimiliter. in verb.diſpo-
ſitio. de colla.in prag.& ſufficit ſemel da-
re literas duplicatas,vt infra dicam, arg.l.
boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo . ſignifi-
catio.ergo non tenebitur dare patrono &
inſtituenti.
¶Quarto,non procedit in eo qui iure de- 91
uoluto confert,cui inſinuatio fieri non de-
bet ratione illius qualitatis , quia ad eum
deuoluitur collatio qualificate.§.ſi quis ve
ro.de colla.in concord.cle.vna de ſupplẽ.
neglig.prælat.& ſupra dixi.
¶Decimo quæro,per quos fiat ĩſinuatio? 92
Reſpõ. per noĩatos vel graduatos, vel per
ꝓcuratores eorũ.text . in.d.§.teneant.ibi,
ꝑ ſe,vel ꝑ ꝓcuratorẽ.facit tex.ĩ.l.1.§.1.ibi,
per ſe , vel per procuratorem poſcere.C.
de bonis mater . Nam intimatio in cauſa
appellationis per procuratorem poteſt fie
ri.glo.in verb.ſpecialiter.in clementi.cau
ſam.de electio.& ibi late docto.ſic & iſta.
Quid ſi aliquis ſit procurator,& tamẽ nõ
receperit adhuc mãdatum, ſed affectione
ductus inſinuat antequã ſciat ſe procura-
torem,an valeat talis inſinuatio? vide Frã
ciſquinũ Curtiũ in conſi.63. præſupponi-
tur.col.penult. & ſeq. quod facit ad quæ-
ſtionem epiſcopi habentis indultũ, an an-
te receptionem ſui indulti alius conferre
beneficia ad ſuam collationem ſpectãtia
poſſit.non decido,vt partes conſilia quæ-
rant.

Per quos debeat ĩſinuatio fieri.

¶Quęro,cui⁹ ſit optio? collator vult vt no 93
minatus ꝑ ſe exhibeat,nominatus vel gra
duatus vult per procuratorem inſinuare,
an poſſit? Reſpon.ſic, quia in alternatiuis
electio eſt debitoris.l.3.ff.de eo quod cer-
to loco.l.plerũq;.de iure dotium.
¶Item hoc beneficium ei a iure concedi-
tur,videlicet vt per ſe,vel per procurato-
rem inſinuet.d.§.teneantur.ergo ei nõ po
terit auferri per collatorem.regula, indul
tũ.de regu.iur.li.6.Et ſic inuito collatore

Noĩatus põt eligere an per ꝓcuratorẽ velit inſinuare

nominatus inſinuabit per procuratorem,
94 & graduatus.quod eſt no.

Specialis ꝓcurator vel gñalis an requirat in inſinuatione.

¶ Secundo quęro an requiratur procura-
tor ſpecialiter ad illum actũ deputat⁹, vel
ſufficiat generalis? Reſpõdeo ſufficere ge-
neralẽ,cũ tex.loquatur generaliter de ꝓcu-
ratore, ergo generaliter debet intelligi.l.
1.§.generaliter.ff.de leg.pręſtand.& inde-
finite loquitur, quæ indefinita æquipollet
vniuerſali.c. vt circa.& ibi glo. notab. de
elect.in.6.Item nomẽ habet,ergo & effe-
ctũ habere debet.l.a nullo.C.de ſer.ad hęc
procurator generalis omnia poteſt facere,
quæ diligens paterfamilias faceret.l.procu
rator cui.ff.de procura. facit.l.vero.de ſo-
lutio.Bar in.l. ſi procurator.de cõdict. in-
deb.Procurator generalis poteſt denũcia-
re.glo.& Bar.in.l.1.§.1.ff.de lib.agnoſcẽd.
Et hæc inſinuatio non eſt de caſibus requi
rentibus ſpeciale mandatum , de quibus
in.c.qui ad agendũ.de procurat.in.6.Bal.
in.§.1.inſti.de his per quos agere poſſum.
Barb. in d.clemẽ.cauſam.col.3.tamen nõ
poterit acceptare ſine ſpeciali mandato.§.
ſtatuit.in verbo procuratorem.de colla.in
prag.Licet cõtrarium teneat Card. in cle.
vna.§. quem etiam.q.3.de cõceſſ. pręb. &
Peruſ.in c.ſi tibi abſenti.de præb. in.6. &
ſufficit quod ſit cõſtitutus ad acceptãdum
quęcũq; beneficia,licet non ſit expreſſum
beneficium acceptandũ.Antho. Imol. &
95 alij in.c.accedẽs.de præbend.¶ Tertio du-
bitatur,an debeat conſtitui laicus,vel cleri
cus? Videtur ꝙ debeat eſſe clericus , quia

Procurator laicus an poſſit inſinuare.

per laicos cauſæ eccleſiaſticæ non debent
tractari.c.decernimus.de iud.Secundo fa-
cit,ꝙ capitulũ non poteſt compromittere
in laicum , vt eligat pręlatũ nomine capi-
tuli.Panor.in.c.cauſam.q.1.de elect. Ter-
tio laicus non poteſt conſtitui procurator
ad eligendum,quia deducere negociũ ſpi-
rituale de nõ eſſe ad eſſe,non poteſt laicus.
Domi.in.c.1.de procurat.lib.6.
96 ¶ Cõtrariũ dicerẽ verius, nã laicus poteſt
cõſtitui ad reſignãdũ,glo.not.ĩ cle.vna in
verbo procuratorẽ. de renũciatio. Barb.
in.c. olim.numero.13.cum ſequent.de re-
ſcript.
¶ Item poteſt conſtitui laicus procurator
ad acceptandum beneficium certũ, vel in-
certũ.Panor.& alij in.c.accedens. de præ-
bend.quia talis procurator in illo actu ac-
ceptationis ſe habet vt nudus miniſter, &
vt pica, declarando voluntatem domini.
Ideo cenſetur factum ab ipſo conſtituen-
te,vt not.in.l.multum.C.ſi quis alteri vel
ſibi. glo.in.§.ſtatuit.in verbo procuratorẽ.
de collation.in pragmat.Feli. in cap. apo-
ſtolicę.col.3.de exceptio.
¶ Poteſt etiam laicus cõſtitui ſyndicus.c.
vno.de ſyndi.& ibi not.doct.
¶ Nec obſtat quòd non poſſit cauſas eccle
ſiaſticas tractare. hoc verum ſuo nomine,
ſed nomine clerici non prohibetur : ſicut
filiusfamilias non poteſt eſſe in iudicio ſuo
nomine contra patrem. l. lis nulla. ff. de
iudic. tamen nomine alieno, & ſic procu-
ratorio poteſt.Idem in liberto contra pa-
tronum.l. quæſitũ.ff.de in ius vocand.Io-
annes Andr. plene in regula,quod alicui.
de reg.iur.in.vj.
¶ Nec alia obſtant, quia ſi laicus habet nu
dum miniſterium exhibere, nec habet re-
ducere ius ſpirituale ad aliquod eſſe, &
tunc poterit eſſe procurator,ratio eſt,quia
ſpiritualia tranſeunt per manus laici, tan-
quam aqua per canale lapideum.cap.ſi iu-
ſtus.j.q.j.alias contra. not.in.d.c. decerni-
mus.per moder. Tutius tamen eſſet con-
ſtituere clericum ſecundum Io.And. in d.
c.accedẽs. & ibi Card.quæſt.3.& ſequen.
¶ Quarto,an ille qui inſinuat tanquã pro- 97
curator, debeat oſtendere litteras procu-
ratorij? Videtur ꝙ cautio de rato ſufficiat.
l.1. C.de procur.& ſic ꝙ non teneatur ex-
hibere.

Literę ꝓcuratorij an ſint exhibendæ.

¶ Contrarium dicerem , nam qui aliquid
facit nomine procuratorio , debet oſten-
dere procuratorium. arg.in.l. hęres.ff. ad
treb.l.ſi fundum.vbi Bal.3.oppo.C.de rei
vend.Bar.in.l. ſi quis inficiatus.ff. depoſ.
¶ Vbi dicit ꝙ quando tu proteſtaris mihi 98

tanquam procurator, vel tanquam hæres, vt ego ſoluam tibi, debes mihi facere fidē per inſtrumentum, quòd ſis procurator, vel hæres, alioqui ego non conſtituor in mora. & hoc ſequitur Alexand.conſil.78. viſo & diligenter. colum.3. in.5. volumi. Feli.in.c. cum contingat.vj. concluſio. de reſcript. D. Boer.in addit. ad Mandagot, in tracta.de electio. in vltim.parte in forma ſexta, qualiter per procuratorem appellatio ignorantibus denuncietur, quia reus non tenetur excipere de mandato in extraiudicialibus, ſed actor tenetur oſtendere. Bal. in rubr.C.depoſi. & in deciſio.Neapolitan. quæſt. cccxvj. Galiotus &c. col.j.

℄Item procurator promittens indemnitatem, tenetur oſtendere ſe eſſe procuratorem.Bar. in.l. pater.ff. de dot. præleg. Socinus conſilio.29. viſis puncto. colum. 2.in.3. volu.quia qui dicit ſe talem, tenetur hoc probare.l. non ignorat.C. qui accuſa.non poſſunt.& ibi addidi alia ad hanc rem pertinentia, & ſic non ſufficeret ratihabitio, quia quando requiritur conſenſus certo & determinato tempore pro forma actus, ratihabitio poſtea ſuperueniens non ratificat actum.capi. auditis. de elect. ſed hic requiritur mandatum ab initio, ergo poſtea approbatio non valebit, & quia hic debet eſſe procurator vere, non ficte, de quo plene Feli. in capi.nonnulli.§. fin.col.3.verſic. amplia tertio. cum ſequē. de reſcript. vbi etiam videbis in verſi.amplia quarto, an ſufficiat ſi in inſtrumento inſinuationis dicat, talis N. procurator inſinuauit literas nominationū & alias pro tali &c. vide ibi.

Ratihabitio an ſufficiat in inſinuationibus.

99 ℄Quinto quæro, quidam inſinuat nominationes præſente nominato nihil dicente, an valeat inſinuatio? Videtur quòd nō, quia per ſe oportet quod faciat, vel per procuratorem, quod hic non facit, ergo nō valebit.

Præſente nominato poteſt per alium fieri inſinuatio

℄Contrarium eſt verum. nam præſentia perſonæ cum patientia inducit tacitum mandatum.l.j.§. magiſtrum.ibi, cæterum ſi ſcit, & paſſus eſt eum in naue magiſterio fungi, ipſe eū impoſuiſſe videtur. ff. de exercito. actio.glo.notab. & ibi Bal.in.l.j. in princi.de neg.geſt.Inno.& alij in cap. ex parte decani.de reſcript. deciſio. Neapoli. 308. Franciſcus, Bar. & alij in.l.ſæpe. ff. de re iud.Alexand.conſilio. 157. viſo.col. 3.in.2.volu. licet tacitum mandatum non ſufficiat ad hoc.ſed quia inſinuatio fit eo præſente, dicitur ipſe facere, etiā proprie, per tex.in.l. certe.§.1. ibi, proprie habere dicor.ff.de preca.& ſic præſentia ſufficiet, licet viderim multos dubitare.

℄Præterea licet text. dicat per ſe, aut per procuratorem, tamē poterit fieri mixtim, id eſt per ſe, & per procuratorē ſimul.glo. in.l.certi cōdictio.§.quoniā.ff.ſi cert. peta. & ibi plene docto.Bal.in cōſil.270.ad euidentiam.in primo volu. & alibi dixi. 100

℄Idem ſi epiſcopus nihil dicat quādo fit inſinuatio. nō enim minus valebit, inſtar eorū quæ not.Bar. Bal. & alij in.l.omniū. C.de teſta.per illum tex. ibi, nihil de eadē voluntate reſponderūt. vbi dicit Bar. Nota tu Peruſine, quòd ſufficit vt teſtamentum producatur coram iudice cauſa inſinuandi, licet iudices nihil dicant. & ita practicant aduocati Peruſini. & ibidem dicit Bal. idem eſſe in omnibus, in quibus ex forma ſtatuti ſufficit ſola productio, ſatis eſt facere quod dicit ſtatutum. ſtatuta enim tantum diſponunt quantum loquuntur, & non plus. Bal.in.l. teſtamētum non ideo. in fi.C.de teſta. Iaſ. conſil. 51.tota dubitatio. colum. 3. in. 1.volumi. ideo ſufficit facere quod dicit concordatum, videlicet inſinuare, licet collator nil dicat. 101

Inſinuatio valet & ſi epūs nihil dicat.

℄Sexto an poſſit fieri inſinuatio per nuncium? Videtur quòd non, quia non eſt procurator, & per ſe vel procuratorem debet fieri inſinuatio. Sed videtur quod ſic, quia nuncius procurator dicitur. gloſ.ſingul. in. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.ſecundum Bald. in Margarit. 102

Nūcius an poſſit inſinuare.

in verbo procurator.in.55.q.quia actus factus a nuncio, poſtquam eſt in eſſe deductus, vere videtur a domino, & nõ per fictionẽ celebratus.l.pater.ff.de manu. vindict. Bar.& alij in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Bar.in tub.C.de exercito. actio.col.3.¶ Vnde dicit Bal.in. d.l. multũ.

103 Procurator dr̃ tripliciter.

col.5.quod procurator dicitur tripliciter, large, vt cõtineat omnes adminiſtratores, prælatos, & ſyndicos. nil allegat. adduco tex.in.c.2.de donat. ibi, cum epiſcopus & quilibet prælatus eccleſiaſticarum rerum ſit procurator,& non dominus.c. fina.12.q.j.Lucas de pẽna in.l.2.col.2.C.de præd. curial.ſine decreto non alienan.lib.10.

¶ Secundo dicitur procurator ſtricte,vt cõtineat & procuratores & nuncios, vt.d.l. multum.¶ Tertio ſtrictiſſime, vt cõtineat procuratores prout differũt a nuncijs, nedum a prælatis & ſyndicis ſecũdum eum. & quis dicatur nuncius,declarat glo. in.d.l.multum.& ibi doct.Iaſ.in.l.qui Romę.§. Callimachus.col.penult.ff.de verb. oblig. Imo fortius dico,in his quæ ad ius referuntur,geſta per nuncium dicuntur per dominum vere & proprie fieri, non ficte. l.j.§. omnia.C.de veter.iur. enucleand.l. pater. in fine,ibi, cæterum ipſe manumittit.ff.de manumiſſio.Item in his quæ per actus naturales acquiruntur,nil,vel admodum parum differt procurator a nuncio, quia acquiſitio dominij & poſſeſſiõis vere fit mediante procuratore.l.quod meo.§. procurator.ff.de acqui.poſſeſſio.in his vero quæ acquiruntur per actum ciuilem, geſta per procuratorem,cenſentur eſſe geſta per dominum ex quadã fictione.l.ſi pater.ff.quæ in fraudem credito. Io. Crotus in repet.l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.col.49. & ſequent.

104 Subſtitutus pcuratoris an poſſit inſinuare.

¶ Septimo quæro,an per ſubſtitutũ poſſit inſinuatio fieri? Videtur ꝙ nõ,quia tex.loquitur tantum de procuratore, & non de ſubſtituto.ergo ſubſtitutus nõ poterit,quia hoc non dicit prætor.tex. ita loquitur in.l. ſi ſetuum.§ prætor.ff.de acquir. hæred.

¶ Cõtrarium teneo,quia ſubſtitutus a procuratore,cẽſetur procurator.c.1.§.1.c.is qui & .c. ſi duo. de procurat.lib. 6. & cenſetur a domino conſtitutus, quando procurator a domino habebat ſpeciale mãdatum ſubſtituendi,alioqui nõ.de Rota deciſio.146. ſubſtitutus. in nouis. per tex.in.l. itẽ eorũ. §.ſi decuriones.ff.quod cuiuſq; vni.nomi. & deciſ.414.ſi aliquis. in eiſdem.& deciſio.454. fuit dubitatum.ibidem.Sic dicerem ſi procurator non haberet poteſtatem ſubſtituendi a domino,quod nõ valeret inſinuatio facta ab iſto ſubſtituto, cum non poſſit ſubſtituere ante litem cõteſtatam.d.c.1.& etiam quia non eſſet procurator, vt requirit concordatum.

¶ Et an inhabilis poſſit conſtitui procurator ad ſubſtituẽdum habilem? Super hoc facio ſex concluſiones, quarum prima eſt, Poteſt conſtitui nuncius inhabilis,vt conſtituat & ſubſtituat procuratorem habilẽ, quia tantum præbet nudum miniſterium, vt pica & organum.l.qui autem.§. fina.ff. de conſti.pecu. Bar. in.l.j.§. item acquirimus. in fine.ff.de acqui.poſſeſſ.& quis poteſt facere per alium, quod poteſt facere per ſeipſum. regula,põt qs. de re.iur.in.6. 105 Q. ñ inhabilis poſſit conſtitui ad ſubſtituendum habilem.

¶ Secunda concluſio, Quando quis conſtituit procuratorem inhabilem ad ſubſtituendum habilem,& in cõſtitutione dicitur, ex nunc prout ex tunc dominus eligit ſubſtituendum, tunc conſtitutio etiam ab inhabili valebit,quia inhabilis tantum præbet nudum miniſterium.ita Io. Calder. in c. poſt ceſſionem.in fi. de probat. inferens ꝙ ſubſtitutio facta hoc caſu per excommunicatum,valebit, quia eſt nudus miniſter, & fungitur vice nuncij,& non procuratoris,quod non eſt prohibitum. Moder.in.d.l.ſi is qui.per.c.iudex.de offic.deleg. lib.6.

¶ Tertia cõcluſio, Inhabilis procurator cõſtitutus ad ſubſtituendum certum & habilem,poteſt illum ſubſtituere,& ille ſubſtitutus a procurato,recẽſetur a domino ſubſtitutus.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.ff.de leg.2.l.pater ex prouincia.in fine. ff.

de manu.vindic.no.in.d.c.poſt ceſſionem. Domi.in.c.ſi gratioſę.col.3.de reſcrip.lib. vj. nam licet in codicillis non poſſit hæres inſtitui,tamen ſi inſtituatur in teſtamento is qui nominabitur in codicillis,valet inſtitutio,quaſi cenſeatur in teſtamento nominatus,& inſtitutus.l. inſtitutio.ff. de condi. inſtitu.& vicarius creatus cum poteſtate ſubſtituendi,ſi ſubſtituat,ſubſtitutus cenſetur vicarius epiſcopi,non vicarij. Archi.& Ancha.in.d.c.j.& ſic ſubſtitutus poterit conferre beneficia ſubſtituenti, cum nullam ab eodem habeat poteſtatem, ſed ab epo,per ſupra adducta,per.c.nõ indiſcrete.de ꝓcur. Auriol.in addi.ad montem Laudunum,in.c.j.de of.vica.lib.vj.& c.ſuper eo.de præb.eo.lib.

¶ Quarta concluſio, Procurator habilis conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi,ſi poſtea fiat inhabilis,vtpote excommunicatus, poterit tamen alium ſubſtituere. Aret.in.d.c. poſt ceſſionem. quia procuratoris conſtitutio eſt quidam actus extraiudicialis, qui excommunicato non eſt interdictus.c.ſi vere.de ſenten. excommuni. Innocen.& alij in.c.veritatis.de dolo.Dixi in repet.c.poſtulaſtis.in.j. notab. de cleri. excommunica. miniſtrã. Iſta etiam concluſio procedit in alio inhabili. l. cum pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2.

¶ Quinta concluſio,Quando quis conſtituit procuratorem inhabilẽ ad ſubſtituendum alium in locum ſuum, tunc non valebit ſubſtitutio,ſi alius penitus erat inhabilis.ſecus ſi habilis,licet per exceptionem potuiſſet inhabilitari.glo.in cle.religioſus. de procura.Bar.in.d.l.j.§.item acquirim⁹. ff. de acquirend. poſſeſſ. quia ſubſtitutio videtur radicata in perſona procuratoris. ideo cum non ſit habilis,non poteſt habilem facere.d. clemen. religioſus. probatur per glo.in.l.eam quam.C.de fideicom.vbi incapax non poteſt hæres inſtitui,vt reſtituat habili,ex quo inſtitut⁹ ſemper remaneret hæres.l.j.ff.ad trebel.

¶ Sexta concluſio, Procurator inhabilis cõſtitutus ſimpliciter cum poteſtate ſubſtituendi alium, poterit ſubſtituere alium, & valebit ſubſtitutio. Anto.& Aret.in.d. c.poſt ceſſionem.Soci.in.d.§.item acquirimus.quia electus ab iſto,a domino cenſetur electus, & habere mandatum,non a ſubſtituente.l.item eorum.§.j.ff.quod cuiuſque vniuer.nomi. glo. in cap.j. de procura.in.vj.

¶ Octauo,an perſona coniuncta poſſit inſinuare? Videtur quod ſic,quia eas impetrare poteſt. glo.in.c. ad aures. &.c. nonnulli.de reſcrip.glo.in.§.ſtatuit. in verbo procuratorem.de colla.in prag. & quia nõ inuenitur prohibitum, ergo permiſſum. arg.l.præcipimus.C.de appella. & cõiunctus procuratori æquiparatur.l. exigendi. C. de procura. & ſumma eſt æquitas,vt hoc poſſit. 106 Perſona cõiũcta an poſſit inſinuare

¶ Contrarium teneo,cum tex. in.d §. teneantur,& etiam ordina.regiæ ſupra allegatæ velint,vt per ſe vel per procuratorẽ inſinuet,ego excludit cõiunctum, quia lex non facit hunc procuratorem.imo ſicut in nominatione eſt diuerſitas,ſic & diuerſitatis effectus.Bal.in.c.ex parte decani.col. 3.de reſcrip.l. ſi codicilli. C. de codicil. & quia coniuncta perſona non eſt procurator,niſi habeat mãdatum. Bar.in.l.ſi quis apud §.j. ff iudi. ſolui. quia non vult lex eam coniunctam perſonam facere procuratorem, quoniam procurator a ſolo domino conſtituitur.Bal.in.l.j.col.2. C. quibus res iud.non nocet.ſed inſinuatio debet fieri per procuratorem.ergo non poterit fieri per coniunctam perſonam, cum non ſit procurator,& cõiunctio ſanguinis non ſupplet ſpeciales defectus mandati.l. patri.ff. de minor. Innocen. & Panor. in.c. accedens.de præben. Feli.in.c. nonnulli.§. fina.col.2.&.12.de reſcrip.

¶ Item lex loquens in vna perſona,nõ extenditur ad aliam.glo.& ibi doct. in.l. penul.ff.de in ius vocan.

¶ Pręterea hoc dixiſſent conditores,ſi voluiſſent, c. ad audientiam.de decimis, &

quia tantum expreſſerunt per ſe vel per procuratorem, ergo illi expreſſioni ſtabo. Fallit quando conſuetudo vel ſtatutum vellet & ſtatueret, quod coniuncta perſona eſſet procurator, tunc quia haber mandatum a lege, poſſet. Bal. in. d. l. j. quod dicit eſſe valde notandum.

107 Amic⁹ & amico nõ inſinuat. ℂIdem etiam in amico, etiam ſi maxima amicitia eſſet cum amico nominato iunctus, vt non poſſit inſinuare, quia non habet mandatum, nec eſt procurator, quod requiritur, in. d. §. teneantur licet amicus multa poſſit facere ſine mandato, quæ tradit Alexan. Iacob. & Iaſ. & alij in. d. l. exigendi. & in. l. cum alienam. C. de legat. Feli. in cap. coram. col. 2. de offi. deleg. etiam ſi diceret ſe inſinuare tanquam procurator, quia per cautelam verborum non poteſt rerum natura immutari. Bal. in. c. licet de vitanda. de elec. Iaſ. conſil. 136. præſupponitur. col. 3. in. 4. volu.

108 Negocio rũ geſtor an inſinuare poſſit. ℂIdem dicerem de negociorum geſtore, quia non eſt procurator, qui negocia mandato domini adminiſtrat. l. j. ff. de procura. Feli. & alij in cap. cum M. de conſtitutio. negociorum geſtor mandatum non habet, & licet in ſpiritualibus poſſit interuenire. glo. in verbo petere, in cap. quàm ſit. de electio. lib. vj. & dominus poterit habere ratum ſuo nomine geſtum intra tempus, intra quod actus poterat fieri. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Panor. in d. c. accedens. de præbend. tamen hic non ſufficeret ratihabitio nominati vel graduati poſt inſinuationem per ſupradictas perſonas factam, quia vbi requiritur mandatum præcedere, ita quod hoc ſit ſtatutum pro forma actus, ibi ratificatio nihil operatur. l. ſi vero non remunerandi §. ſi vero poſt creditam. ff. manda. quia eſt præpoſteratio quæ vitiat. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquiren. hæred. Bal. in cap. ex parte decani. col. iij. de reſcripr. Item forma non procedit in caſu ficto. ideo licet ratihabitio retrotrahatur, & mandato compararetur. regula, ratihabitionem. de regu. iur. in. vj. non tamen eſt mandatum, quod requirit tam concordatum quàm ordina. regiæ. & quando eſt aliquid pro forma introductum, vel quando ſunt expreſſæ certę perſonæ, non procedit caſus fictus. Albert. Brunus in tracta. de forma & ſolennita. actus, rub. ex quibus conſiſtant forma & ſolennitas. quæſt. 45. licet de æquitate forte poſſet contraria opinio ſuſtineri.

ℂ Nono, ego tradidi literas gradus & nominationis alicui qui inſinuat ſine alio mandato, an valeat? Videtur quòd ſic, quia traditio literarum habet vim taciti mandati, ideo qui habet literas gradus & nominationum, præſumitur habere mandatum. glo. ſingu. in. l. fina. C. de pact. conuent. vbi maritus habens inſtrumentum bonorum paraphernalium vxoris, præſumitur eius procurator: & qui habet inſtrumentum cauſæ penes ſe, præſumitur procurator. Bart. in. l. vulgo. ff. de adminiſtratio. tuto. Guido papæ conſil. 68. circa proceſſum. col. j. vbi concludit quod ſi quis dederit reſcriptum regium alicui, videtur dediſſe poteſtatem petendi interinationem illius, ac verificationem & executionem, maxime quando probat inſtrumenta ab ipſo domino tradita. nam illa probatio traditionis inducit probationē mandati. Roma. conſil. 446. primus propoſitę. in. 2. quæſt. 109 Hñs lras ſine mãdato nõ inſinuat.

ℂ Contrarium teneo, quia non ſufficit tacitum in inſinuationibus iſtis mandatum, ſed requiritur expreſſum: & quia is qui habet tacitum mandatum, non eſt procurator, ergo non poteſt inſinuare. & licet traditio inſtrumentorum præſumat tacitum mandatum, vt ſupra probatum extitit, tamen illud non ſufficit.

ℂ Bene fateor quòd ſi procurator conſtitutus a nominato, deferret inſtrumentum procurationis, & obijceretur eidem quod non eſſet is de quo inſtrumentum 110 Lras deferẽs præſumit̃ is de quo loqu.

loquitur, certe præſumeretur eſſe ille de quo cantat inſtrumẽtum, poſtquam defert literas nominationis, & alias. arg. l. ſi qua per calumniam. & ibi Bal. in fi. C. de epiſ. & cleri. ſicut quando nuncius literas iudicis portat, præſumitur nuncius illius. Soci. in tracta. de citationib. artic. 24. q. 5. in fi. ad hoc vt non poſſit cõtra eum opponi ꝙ non ſit ſeruiens illius iudicis, vt dixi in pract. mea ad ſtylum Bitur. in arti. j. glo. & ladiournement. verſi. 8. rub. de adiourna. & ita loquitur glo. prediᶜtę. l. fi. & doct. ſupra allega. Cepola conſil. xj. caſus. in 2. quæſt.

111 Procurator an cenſeat noſe pcuratorio no inſinuare.

111 ℭ Decimo, an procurator inſinuans videatur ſuo, aut procuratorio nomine inſinuare? Reſpon. ſi ſemel oſtenderit literas procurationis, cenſetur procuratorio nomine intimare, licet non dicat ſe facere nomine alterius. Idem ſi dicat, inſinuo pro tali. l. poſt dotẽ. in verbo filiæ voluntate. & ibi Imol. ff. ſolu. matrimo. l. j. §. nunciatio. & ibi Bar. & alij. de operis noui nunciatio. & l. ſi ſtipulat⁹ §. Chryſogonus. de verbo. obliga. Soci. in cap. j. in 7. articu. quæſt. 6. de libell. oblatio. Albe. l. in. l. j. in fine. ff. de adminiſtra. tutor. Bald. in. l. ſi patruus. col. 2. C. communia vtriuſque iud. vbi concludunt docto. quòd quando actus poteſt intelligi geſtus duplici nomine, tunc præſumitur geſtus eo nomine ſecũdum quod poterit valere, vt act⁹ poti⁹ valeat, ꝙ pereat. l. quotiens. 2. ff. de re. dub. Fel. in. c. cũ ex officij, de pręſcript. poſt Panor. in. c. niſi. de prębẽ. & ſi poſſit valere pro vtroꝗ, in dubio inſpiciem⁹ literas duplicatas, vel nomen & cognomen quod dedit. ſi non appareret, nomine ſuo videtur inſinuare, inſtar legati, qui ſi conferat, in dubio vt legatus & legationis auctoritate videtur cõferre. e. hi qui. & ibi Philip. Frãc. de prębend. in. 6.

112 De procuratore dato ad acceptandũ

112 ℭ Vndecimo nominatus conſtituit procuratorem ad præſentandum literas gradus, & nominationis, & ad acceptandum & ad reſignandum. poſtea collatum fuit iſti nominato beneficium, an illud poſſit procurator ratione huius procuratorij reſignare? Er breui reſpõdent dñi de rota deciſio. 529. vtrum poſſit. in antiq. quod nõ, dicentes non valere procuratorium ad acceptandum, & poſtea permutandum, quia conſtituens non erat dominus beneficij tempore conſtitutionis. Ideo non firmatur quod de iure ab initio nõ ſubſiſtit, regula, non firmatur. de reg. iur. in. 6. & non poteſt quis priuari beneficio quod non habet. l. traditio. ff. de acqui. rerum dominio. Bart. in. l. ſi vniuerſę. C. de leg. priuatio pręſupponit habitum. l. decem. ff. de verbo. oblig. §. ſeruus. inſti. de capit. diminutio. Et etiam quia ad renunciãdum debet interuenire ſpeciale mandatum certi beneficij, cle. vna. de renunciatio. facit. l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. ff. de acqui. hæred. vbi iuſſus debet eſſe ſpecialis de adeundo certam hæreditatem. ita in proprijs terminis tenet Io. Dayma ſup in procemio concord. in glo. adiunctum. fol. 104. col. 4. & fol. ſequent. & ibi plus dicit, non valere conſtitutionem procuratoris, ſi eſt cõſtitutus ad acceptandum vel præſentandum beneficium viuentis, ne captandæ mortis occaſio præbeatur. cap. ne captandæ. de conceſſ. præbend. in. vj. nam ſicut non valet repudiatio hæreditatis ſuperſtitis. l. q ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. ita nõ valet conſtitutio ꝓcuratoris, vt quis repudiet quod nõ habet: & ſic poſtea habito & acceptato beneficio requirit aliud ſpeciale mandatum ad reſignandum, vel permutandum.

& reſignãdũ, vt facta acceptatione nõ poſſit reſignare.

113 Aſſerẽs ſe habere mãdatũ qđ nõ habet falſi tenetur

ℭ Vltimo quæritur, quidam aſſerit ſe habere mandatum præſentandi nominationes, & alias literas, cum nullum mandatum habeat, qua pœna veniat plectendus? Reſpon. pœna falſi. tex. & ibi doct. no. in. l. ſi autem. §. item ſi fundum. ff. de neg. geſt. hoc expreſſe decidit Roma. conſil. 446. primus. col. j.

114 ¶Nota vnum ſingulare dictum, ꝙ ſi ſtatu
tum dicat quod aliquis puniatur tanquam
falſarius, tamen non debet puniri pœna le
gis Corneliæ de falſis, ſed alia pœna arbi-
trio iudicis. Bald. & Feli. in. c. nonnulli. §.
ſunt & alij. de reſcript. & Feli. in. c. ſolitę.
col. 2. de maiorita. & obedien. Refert &
ſequitur Hippolyt. ſingu. 236. dictio tan-
quam. & ita intelligitur ordina. regia. rub.
des appella. articu. 29. ibi, comme de cri-
me de faulx. & ibi plene dixi aſſignando
rationem.

115 ¶Vndecimo videndum eſt quotiens inſi-
nuandum ſit? Reſpon. ſemel tantum lite-
ræ gradus, nominationum, certificatoriæ
tēporis ſtudij, & nobilitatis. tex. in. §. præ-
fati. 2. ibi, ſemel ante vacationem. de col-
la. in concord. facit tex. in. l. titia ſeio. §. vſu
ras. ibi, quam ſufficit ſemel interueniſſe. ff.
de leg. 2. l. cum procurator. §. j. ibi, nam &
ipſi domino, cum ſemel nunciauit, non
permittitur iterum nunciare. de operis no.
nuncia. l. 3. §. illud ſciendum. ibi, ſed ſemel
inter initia facta. quod vi aut clam. l. fina.
§. & hæc quidem. in fine. ibi, ſemel enim
& non ſæpius eam peti concedimus. C. de
iure deliberan. & ſi hæc non ſufficiant,
alia tradit Mathe. de afflictis in tracta. de
iure prothomiſeos. §. vt infra triginta. col.
5. & Iaſ. in. l. ſi duobus. §. ſi ei qui. & l. qui
per ſalutem. ff. de iureiuran. & l. prætor. §.
deinde. de operis noui nuncia. omitto. l. bo
ues. §. hoc ſermone. de verb. ſignifi. & c. nō
poteſt. & quæ ibi vtrobiq; addidi de pręb.
in. 6. & l. videamus. ff. quod met. cauſ. &
quæ tradit Georg. Natam i repe. cle. ſępe.
in princi. col. 53. de verb. ſignifi. & quę di-
xi in. 1. notab. l. vnicę. C. de ſententijs quæ
pro eo quod intereſt. Et quod ſufficit ſemel
profiteri in vna religione, nec tenetur ite-
rum facere profeſſionem, ſi ad aliam reli-
gionem trāſferatur, vt concludit Feder. in
conſi. 5. quidam monachus. quæſt. 1. quod
eſt intelligendū quo ad hoc vt monachus
fiat alterius monaſterij, ſecus quo ad ſub-
ſtātiā regulę. Dec. i. c. pręterea. de prębēd.

Semel inſinuandū eſt.

¶Amplia quod niſi ſemel non eſt inſinuā
dum etiā ſucceſſori, in ordina. regijs rub.
des priuileges des eſcolliers, arti. 9. & ſu-
pra in ꝓxima. q. dixi. & an ſi canonici qui
elegerunt, moriātur anteq̄ electus per eos
confirmetur, an ſucceſſores teneantur ele-
ctum confirmare, vide Rofred. i quęſt. ſab
bati. q. 5.

¶Primo fallit, quando prima inſinuatio 116
non eſſet rite facta, vtpote extra tempus
quadrageſimę, tūc iterum debet rite fieri:
quia quod nullū eſt, habetur ac ſi factum
non eſſet. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogant.
& quando teſtes non ſunt rite examinati,
poteſt peti iterū eos examinari, licet ſint
publicati. tex. ſing. in. l. veluti. ff. de edēdo.
ſecundum Bal. in Margarita, in verbo te-
ſtis. in. 8. q. & aditio non rite facta, habe-
tur pro non facta. Iaſ. conſil. 127. dubita-
tur. in. 4. vol. multa dixi in. l. 4. §. condem-
natum. ff. de re iudica.

Caſus in quibus vltra ſemel inſinuandum eſt.

¶Secundo fallit ex cauſa. nam edi iterum
iubet prætor ex cauſa, vtpote ſi dicat per-
didiſſe literas duplicatas. l. ſi quis ex argen-
tarijs. §. fina. cū. l. ſequē. ff. de eden. l. fina. de
bonis aucto. iud. poſſi. & ibi Bar. Dec. in. c.
1. col. 30. de prob. verſ. circa ꝑdicta duo no.

¶Tertio limitatur quando plures impetra
rent nominationes, vtpote in ſingulos an-
nos, vt fit in hac patria cōſuetudinaria, tūc
etiā in ſingulos annos poſt impetrationē
tenetur eas exhibere collatoribus, etiā ſe-
mel tantum: & hoc probatur in. d. §. te-
neantur.

¶Quarto nō procedit in nomine & cogno
mine, quod in ſingulos annos debet inſi-
nuari. d. §. teneantur. vt collator videat dili
gentes, & illos qui non renunciauerūt ſuis
nominationibus, vt ſunt multi tā per ma-
trimoniū, quàm per alia. de quibus in vlti.
q. infra dicetur.

¶Duodecimo an collatoribus ſcientibus 117
inſinuentur nominationis gradus, & aliæ
literæ? Videtur ꝙ non, quia certus nō de-
bet certiorari. l. j. in fine. ff. de actio. empti.
Regula, eum qui certus. de reg. iur. in. vj.

Collatoribus ſcientibus an inſinuandum ſit.

¶Contrarium eſt verius, quia quando inſinuatio eſt de forma, non ſufficit ſcientia. d. regula, eum qui. Bar. in. l. denūciaſſe. ff. de adult. ſed iſta inſinuatio eſt de forma: quia vbicunꝙ decretum annullatiuum eſt poſitum, ibi eſt data forma. Bal. & alij in l. r. ff. de liber. & poſthu. Ancha. i regula, ea quæ fiunt. de reg. iur. in. vj. ſed decretum annullatiuum eſt poſitum i d. §. teneātur, in fine, videlicet vt nominatus non poſſit acceptare beneficium illo anno quo inſinuationē omiſit, & ſi acceptauerit, acceptatio nullius eſt momenti: & ideo conſenſus partium nihil operaretur. glo. in verbo committatur. c. ſtatutum. de reſcript. lib. 6. Feli. i. c. cū dilecta. col. 7. i. 5. ſigno illo titu.

118 ¶Nec obſtat ꝙ denunciatio in dubio non præſumitur eſſe de ſubſtantia, ſed de ſcientia, quia denunciationes, & inſinuationes fiunt ad certiorandū. l. item veniunt §. petitam. ff. de peti. hęred. l. aut qui aliter. §. & ſi forte. quod vi aut clam. & ideo in dubio ſola ſcientia ſufficit. Dy in d. regula. eū qui certus eſt. Cy. i. l. emptor. C. de euict. hoc tamen nō procedit, quādo lex requirens denunciationē procederet vltra, dicens actum factū aliter nō valere, vt in cōcord. quia tunc denunciatio erit de ſubſtantia, & non ſufficiet ſciētia. Bal. in. l. 1. ff. de liber. & poſthu. & in. c. 1. col. 2. ſi de feudo vaſſallus ab aliquo interpella. fuerit. vt refert Alex. cōſilio. 27. viſo themate. colla. 1. i. 6. volu. vbi dicit ꝙ quādo lex exigit denūciationem, non ſufficit ſola ſciētia, quia tūc eſt de forma. ſecꝰ ſi requirat tātū ſcientiā, quia tūc ſciēti nō eſt denūciandū. vide plenius conſilio. 138. viſo puncto. in. 7. volu. Colle. in. c. dilectus. 2. col. 2. de præbendis. quia vbicunque denunciatio fit non ad certiorādū modo, ſed vt aliqd fiat, vel nō fiat, tunc debet etiā fieri ſciēti. Bar. & alij in. l. non ſolum §. morte. ff. de operis noui nuncia. Panor. & alij in. c. cum M. de conſtitu. Feli. in. c. cum cōtingat. col. 5. conclu. 4. cum ſequēt. de reſcript. Sed iſta intimatio fit nō ſolum vt collator ſciat nominationes, ſed vt in tempore conferat. ergo debet fieri etiam ſcienti. hoc tradit expreſſe glo. in verbo exhibere. i. §. ſtatuit, de colla. in prag. Domi. & Frāc. in. c. ſi capitulo. & ſequen. de conceſ. pręben. lib. 6. vbi requiritur ꝙ fiat pręſentatio ei cui mandatum dirigitur, etiam ſi ſciat.

Denūciāto quando ſcienti ſit facienda.

¶Et quādo presbyter ſcit peccata ſui parochiani, vtpote quia vidit committi, tamen adhuc requiritur cōfeſſio, not. beat. Thomas in. 4. ſentē. diſt. 17. quęſt. 3. articu. 2. ante medium, per. c. ſi ſacerdos. de officio ordina. dixi in. c. omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & remiſſio. Sic dicitur de iudice, quādo ſit vt priuatus adhuc eſt eidē probatio facienda. c. 1. de offic. ordina. in. c. 1. de re iud. i. vj. Alex. cōſil. 27. viſo. i. 6. volu. & ſic licet collator apponeretur teſtis in gradu, vel nominationibus, adhuc eſſet eidem faciēda inſinuatio, per prędicta. facit glo. in. l. nomen. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt. vbi dicit debitori eſſe denunciandum, etiam ſi eſſet certus. 119

Præſbytero eſt confitendum etiamſi is viderit peccata cōmitti.

¶Decimotertio, an inſinuans debeat literas gradus & alias aperire & legere coram collatore, dum inſinuat eas illi? Videtur ꝙ ſic, vt patet in d. §. præfati. ibi, per patentes literas. de colla. in concord. & glo. videtur innuere in. §. ſtatuit, in verbo exhibere, de colla. in prag. vbi dicit exhibere, id eſt præſentare, vt legant & videāt. & tex. in clemē. cauſam. de electio. ibi, vel perlecto. 120

Literę nominationū an coram collatore ſint legendæ.

¶Contrarium videtur verius, & ſic tenēdum, argu. tex. in. c. appellatio. de appella. lib. 6. vbi ſic dicitur. Appellatio, quam in ſcriptis iudici a quo appellare volebas, te porrexiſſe proponis, non poteſt ex eo quod coram ipſo lecta nō fuerit, rationabiliter impugnari. & tex. in. d. clemē. cauſam. ibi in princi. porrecto, vel perlecto, de electio. vbi glo. in verbo perlecto, dicit, per hoc patet, ꝙ primo caſu cū porrigitur, non eſt legi neceſſe, per illam alternatiuam vel, in tex. poſitam, ſic nec in hoc caſu.

121 ℭIdem crederem in mandato de proui-
dendo, cum iiſdem fere regulis determi-
netur. nam ſufficit quod detur exemplum
mandati, vel quod legatur. & quando nõ
traditur exemplum, tunc debet legi, vel
non debet ſtare per mandatarium quo
minus legat, quod probat Soci. in tract.
fallen. regula. 79. vbi dicit quòd ceſſiona-
rius exhibens inſtrumentum debitori, de-
bet illud legere, not. doct. in. l. non ſolũ. §.
morte. ff. de operis noui nuncia.

Declaratur paragraphus præfati.

ℭNec obſtat. d. §. præfati. 2. ibi, per paten-
tes literas, quia debet exponi, id eſt pu-
blicas. nam quod publicum eſt, omnib⁹ pa
tet. §. cõſequẽs. i ſtit. de ſuſpec. tuto. literę
publicę & authẽticæ. licet ſit clauſę, faciũt
tamen fidem, quando ſigillum non eſt fra
ctum, vel remotum. Io. And. poſt Hoſtiẽ.
in. c. patentibus literis. de priuileg. Card.
in clemen. vna. §. nos itaque. 6. no. de iure-
iurand. & patentes literæ principis pro-
bant. clemen. vna. §. porro. & ibi Imol. col.
2. de iureiurã. ſic & patentes literę epiſco-
pi. cap. 1. de tempo. ordina. in. 6. ad hęc ca-
nonicorum patentibus literis creditur. c.
ſi canonici. de off. ordina. in. 6. ſic & paten
tibus literis vniuerſitatis ſtabitur.

122 Nõ valet inſinuatio de exemplo facta.

ℭEt per hoc dicerem non valere inſinua-
tionem de exemplo, ſiue tranſumpto no-
minationum, & aliarum literarum, cum
nõ ſint literę patẽtes, niſi originale inſinue
tur. l. ſancim⁹. vt authẽtica ipſa, atq; origi-
nalia reſcripta, non exempla eorum inſi-
nuẽtur. C. de diuerſ. reſcript. & illa lex eſt
canonizata in cap. dicẽti. §. ſancimus. 25. q.
2. ſequitur patruus meus Rebuffus & Pla
tea in. l. probatorias. C. de diuerſ. off. lib.
12. Alex. conſil. 95. viſis proceſſibus. col.
penult. in. 2. volu. verſ. ſupereſt. nam vbi-
cunque aliquid intimatur præceſſiſſe ali-
cui, propter quod tenetur ad alicuius act⁹
explicationem, tunc ſemper ei cui fit in-
timatio, debet fieri per originale, & au-
thenticum inſtrumẽtum, alioqui inſinua-
tio cenſetur illegitima. iſta eſt regula tra-
dita in. d. §. morte. per doct. & expreſſe
per Roma. conſil. 336. circa. in fine. Præ-
terea fidem nominati & graduati colla-
toribus de ſuis literis facere tenẽtur. d. §. te
neãtur. quã non facerent per trãſumptum,
ſiue exemplum. l. 2. ff. de fide inſtru. quia
intelligitur, fidem, ſcilicet plenam. tex.
iuncta glo. in clemen. conſtitutionem. de
elect. Alex. conſil. 147. in. 6. volu. Decius
& alij in rub. de probatio. in decreta.
ℭVel poteſt exponi patentes id eſt ap-
parentes, quia ſi nominat⁹ eas inſinuaret,
non debet eas operire, ſicut nec monachus
ſuum habitum: alioqui dicitur apoſtata.
glo. ſing. in clemen. 2. in verbo extrinſeci.
de vita & honeſt. cleric.
ℭEx hoc infertur, parum valere inſinua-
tionem factam per nominatum vel gra- 123
duatum ſic, inſinuo literas gradus, nomi-
tionis, & alias, prout in hoc ſacco conti-
nentur, niſi eas poſtea oſtenderit collato-
ri. & hoc per doctrinam Bart. in. l. cum
ſeruus. ff. de condi. & demonſtration. vbi
dicit non valere oblationem pecuniæ fa-
ctam clauſo marſupio. Bal. & alij in. l. ac-
ceptam. C. de vſur. Barb. cõſil. 8. ſcribitur.
col. penult. in. 1. volu. vbi dicit non valere
productionem a parte factam, ſi ſaccum
ſcripturarum producat. & hoc verum ſi
pars opponat. & ſi pars confiteatur poſi-
tionem prout in tali inſtrumento conti-
netur, ſi in illo inſtrumento non ſic conti-
netur, illa confeſſio non valebit. Tex. in
l. 2. C. de errore aduo. & ibi Bal. ſic pul-
chre conſuluit Alex. conſil. 8. viſis. col. 4.
nume. 13. in. 3. vol.

Inſinuatio literarũ prout in ſacco cõtinẽtur, nõ valet.

ℭItem ſi quiſpiam habeat terminum ad
excipiendum, & producendum iura ſua,
& poſtea ea producat, prout in ſacco con-
tinentur, in illis pũctis quæ pro eo faciũt,
non valet. Io. And. in addit. ad ſpecu. in ti-
tu. de inſtrumẽ. editio. §. videndum reſtat.
verſ. item non exhibeas. Antho. & alij in
c. imputari. de fide inſtrumen. Iaſ. in. l. titię
textores. colũ. 2. ff. de leg. 1. ſic nec inſi-

nuatio nominationũ vel gradus, quod eſt notandum.igitur non ſic inſinues.

114 Qua pœna afficiātur nō inſinuantes ¶Vltimo, quomodo puniantur non inſinuantes? Breui reſpon.tex. in.d.§. teneantur, quod eo anno quo præfatam inſinuationem facere omiſerint, beneficiũ in vim gradus aut nominationis petere non poſſunt.& idem dicitur in ordina. regijs iam citatis articu.8.& articu.11. quod ob inſinuationem omiſſam in vno anno, nõ perditur prioritas, vel alia priuilegia, ſi ſequẽtibus annis inſinuet.nam ſicut ſi ſtatuto dictante inſinuatio donationis debeat fieri infra menſem, & non fiat, donatio caret effectu.l.fina.C.de dona.ante nuptias.Bal. in.l. vniuerſa.de precibus imperato. offerend. Anto. de cana. in tracta. de inſinuatio.q.28. ſic & gradus & nominationum inſinuatio ſi non fiat tempore quadrageſimæ, illo anno quo non eſt facta, caret effectu, quia non ſatisfit iuri requirenti inſinuationem,& concordatis factis inter papam & regem.

125 ¶Idem ſi inſinuauerit, ſed non tempore quadrageſimæ, quia ſicut agri ſator obſeruare anni tempora debet, alias perdit ſemen ſuum, & ager non fructificat, verba ſunt no.Bal.in.c.1.col. penult. de poſtul. præla.Sic & nominatus, alioqui nominationes eidem non afferunt fructum. Item ſicut medicus obſeruat tempora, ſic & iuriſperitus.Bal.in.l.vna.in princi. in.2.col. C.de caduc.tollend. Et quando lex vel diſpoſitio apponit tempus, qui non obſeruat tempus, non ſeruat formam. Bal. in authent. quæ ſupplicatio.circa finem. C. de precib. imperat.offer. per tex. in. l. ſcire §. conſequens. ff. de excuſat. tutor.ibi, non aliter audiri, ſi non fuerit conſeruatum conſtitutum tempus.Feli. in cap.cum contingat. colum.8. de reſcript. Paul. in l.ſi in lege.in fine princ.ff. locati Albert. Brun.in tracta.de forma & ſolenni.actus. rub.ex quibus cõſiſtant forma & ſolennitas.verſi.27.

Iuriſperitus & medicus obſeruant tempora

126 ¶Quæro an idem ſit in graduatis vel his qui volunt obtinere villam muratam, ſeu beneficia in villa murata? & gloſ. in.§. ſtatuit, in verbo hoc, de collatio. in pragma. tenet quod ſic, alioqui quomodo ſciret collator aliquem graduatum eſſe, niſi eidem inſinuaretur? vide quæ dico infra.q.16.

Pro villis muratis habendis an ſit inſinuandũ

127 ¶Quæro, beneficium vacauit in menſe Iulio, is nominatus qui inſinuauerat, non requiſiuit intra ſex menſes, quare per ordinarium cuidam graduato, qui non inſinuauerat, fuit facta collatio, an valeat? Breui reſpondeo quòd ſic, quia paria ſunt non eſſe inſinuatum, & non apparere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta.tutel. ſed is qui inſinuauit, non apparet, cum non veniat intra ſex menſes, ergo collatio alteri facta valebit.

¶Nec obſtat quod quandiu eſt aliquis qui inſinuauit, non debet alij non inſinuanti beneficium conferri, quia hoc fateor, quando alius qui inſinuauit, requiſiuiſſet, aliàs ſecus. nam ſicut poſt ſex menſes poteſt conferri beneficium vacans in mẽſibus præſtitutis nominatis non nominato, ſic & multo fortius in hoc caſu.

¶DECIMAQVINTA QVAESTIO PRINCIPALIS.

1 Quæ beneficia i nominationibus comprehẽdãt

¶DECIMOQVINTO principaliter quætitur, quæ beneficia in nominationibus comprehendantur, & quæ non? cognitoque vno contrariorum, cognoſcetur & reliquum.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.& inſti.illo titul. in princi.docto.in rub.ff. de acquirend. poſſeſſ. Barb. conſilio.23.ſcripſit.q.3.volu.1.

¶Ideo videamus quæ beneficia nõ afficiãtur nominatis, nec graduatis, vigore nominationum, vel gradus.& ¶Primo dico non comprehendi beneficium ſpectans ad præſentationem patroni laici, quia tex. in d.§.præfati.j.de colla.in concord.loquitur tantum de patrono eccleſiaſtico.ideo laicũ patronum videtur excludere, arg.c.nonne. de præſumptio.Ita tenet glo.in.§.itẽ quod.

2 Beneficia patroni laici nõ debẽtur nominatis nec graduatis.

ad dictas. in verbo eccleſiaſtico. & in.§.ſtatuit.in verbo præſentatio.de colla.in prag. Facit quod notant doct. in.c.2.de præben. in.6. vbi beneficia ſpectantia ad patronos laicos in curia non dicũtur vacare. Panor. in.c.dilecta.de maior. & obediẽ.Barb.in.c. dilectus.de officio leg.quia laici retraherẽtur a fundationibus eccleſiarũ. Archi.in.c. 2.de præbend.in.6. Imo ex conſuetudine Franciæ receptum eſt, vt etiam papa hæc beneficia non conferat, per rationẽ ſupradictam.

3 ¶Idem in mandato apoſtolico, vt non cõprehendat hæc beneficia.not.in.c.cum dilectus.de iure patro.d. Ruſeus in tract. de mand. Apoſt.in.2.parte.vide quæ dixi ſupra.q.8.nu.22.

4 Mãdata-rius nõſa to pferi. ¶Secundo non comprehenditur beneficiũ affectum mandatario.nam vacante beneficio etiam in menſibus nominatis præſtitutis, debetur mandatario excluſo nominato.in titu.de manda.apoſtolic. in concord. vbi fuit inter ſanctiſſimum papam & regem noſtrum Chriſtianiſſimum cõcordatum, quia hi qui auctoritate apoſtolica veniunt, vt ſunt mandatarij, omnibus alijs ſunt præferendi.c.eum cui.&. c. hi qui.de præb.in.vj.Item certa forma in hoc Franciæ regno conſtituta fuit ad mandata impetranda, quia de iure plures ſunt formæ, vt dixi in cap.mandatum.de reſcript.

5 Mandatũ omiſſa forma eſt nullum. ¶Ideo ſi quis impetrauerit mandatum nõ ſeruata forma concordati, mandatum erit nullum.ita affixi cõcluſionem, & ſuſtinui: de qua dico in forma mãda.apoſtol. ſupra.

6 Bñficium ſub patronatu laici cũ clerico nõ cõprehenditur. ¶Tertio non comprehendũtur beneficia quorum pręſentatio ſpectat ad clericum & laicum ſimul, ſicut nec in mandatis apoſtolicis, quia clericus habens præſentationem cum laico, gaudebit priuilegio laici, arg. l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeruit. amitta. vbi non præſcribitur maiori propter minorem.facit glo.c.1.in fi.de iure patro.lib.vj.vbi ſi laicus habeat ius patronatus cum clerico, habebit ſex menſes ad prę ſentandum ratione clerici.Panor.in.c.trãſmiſſæ.& in.c.eam te.de iure patro.Roch. curt.in tract.de iur. patro.in verb. ius. in 7.q. D.Sainſon in conſue. Turonen.in rub. des ſucceſſions des roturiers, arti.5. facit.c. per tuas.de arbitris. Bauer.in.§. teſtes.col. vj.inſti.de teſta. & ſicut vniuerſitates non poſſunt grauare beneficia ſpectãtia ad pręſentationem laici tantum, ſic nec quando ſpectãt ad clericum & laicum ſimul, quia non debet fieri deterior conditio laici propter clericum.c. ſacris. de ſepult. ¶Sic nec legatus poterit illud conferre. c. cum dilectus.de iure patro. Panor. & Barb.in.c.dilectus.de off.leg.Et hoc tenet expreſſe Maleret ĩ tract.de elect.fol.16. verſ.quarto ampliã. & quia nominationes reſpectu collatorum ſunt odioſę, ſicut gratiæ expectatiuę, & ſic reſtringendę.regula, odia.de reg. iur.lib.6.gloſ. in.§. item quod ad dictas. in verbo eccleſiaſtico.ꝗ & in.§.item quod omnia.in verbo faciendo.de colla.in prag. ita expreſſe tenet Brunellus in tract.de dignita.leg.in conclu.23.in.3. decla. ratio eſt vltra eum, quia præiudicaretur præſentationi laici & clerici ſimul.ſed mixtum & compoſitum aſſumit naturam illius ſpeciei, ſecundum quam iuri minus derogatur. Panor.in.c.ſuper quæſtionum.§. ſi vero.vlti. notab.de off.deleg.ergo iſta aſſumetur, videlicet vt non comprehendantur beneficia ad præſentationẽ laici & clerici ſimul ſpectantia. 7

¶Quarto non comprehenduntur beneficia iure regali collata vel conferenda. glo. in.§.item quod ad dictas.in verbo eccleſiaſtico.de colla.in prag. & in.§.item quod dicta.in verbo regalię.de annat.ibidem, quia regi tanquam laico competit collatio.in.c. generali. no.de elect. lib. vj. & ſupra dixi beneficia laicorum in nominationibus nõ comprehendi.facit quod habetur per Ioã. Gallum in quæſtio. per arreſta.q. 113. per arreſtum &c. ¶Vbi beneficia quæ cadunt ſub iure regaliorum, non poteſt conferre papa, etiam ſi vacent in curia.Io. de Selua tract.de beneficio in. 2. parte.q. 23. Male. 8 Beneficiũ iure regali cõferendũ nõ cõprehẽdit in noĩationibus. 9 Papa non cõfert hęc bñficia.

ret in tracta.de elect. fo.23. verſi.3. infer-
tur.& iſtam declarationem habuit rex an-
no.1339.vt citat D.Ruieus in tract.de iu-
re regalio.in.9.priuilegio. nec in manda-
tis apoſtolicis comprehenduntur,vt in.d.
c.2.de præbẽ.& propter regis prærogati-
uam,qui eſt eccleſiarum regni protector,
teſte Ioã.Feral.in trac.de iuribus & priui-
legijs regis Franciæ,in.8.priuilegio.

10 De iure regaliorũ

¶ Et quando fuerit conceſſum iſtud ius re-
galiorum,vide per Gagui. in vita Philip.
pulchri. fol.123.& ſequen.verſi.eodẽ tem-
pore.Benedic.in repet.c.Raynutius.in ver-
bo & vxorem.nu.370.cum ſequẽ.de teſta.
Aufre.in repet.clemẽ.j.de off.ordi.No.ta-
men quod quãuis laicus haberet ius confe-
rendi beneficia eccleſiaſtica ex priuilegio
papæ,iuxta.c.Adrianus.63.diſt.tamẽ con-
ferendo beneficium,nõ tribuit aliquod ius
ſpirituale,quia ipſe non habet,ſed inueſti-
tus cõſequitur ius ſpirituale a cõfirmatore,
vel ab alio miniſtro eccleſiaſtico. quod eſt
not.pro rege Franciæ ſecũdum Bonifa.in
clemẽ.vna.col.penul.de cõceſſ.præbẽ.Ioã.
and.in.c.accedens.col.j.de præbẽ.an quan-
do eps promouetur in Cardinalẽ,vacẽt ſua
priora beneficia in regalia.tradit Collecta.
in.c.ſi.col.j.de conceſſ.præbẽd.quòd ſic.&
idem quando eligitur ad ſummũ pontifica
tum,vt dicit eueniſſe tempore Clementis
vj.quod eſt notandum.

11 beneficiũ laico debitũ nõ cõprehẽdũt oratiões

¶ Quinto non comprehenditur officium
vel beneficium quod cadit in laicũ.de quo
per glo.in.c. cũ M.in verbo receperunt.de
conſtitu.vel ſi per laicum eſt regi conſue-
tum,quia poſtquam ſcribitur pro clerico,
præſumitur mandari de beneficio eccleſia-
ſtico.§.inſuper.in verbo beneficia eccleſia-
ſtica.de coll.in cõcord.Feli.in.c.in noſtra.
correla.22.de reſcrip.Barb.in clemen.cau
ſam.col.51.de elec.vbi declarat quãdo dica
tur beneficiũ eccleſiaſticum.& dico in trac.
de paci.poſſe.in limita.decima. nam hæc
non comprehenduntur in alijs gratijs.Ioã.
and.& alij in.d.c.quia ſæpe.de præbẽd.lib.
vj.de Rota.deciſio.320. nota quod vbi.in
antiq.glo.in verbo officiũ.de pacific.poſſe.
in prag.nam exprimuntur beneficia eccle-
ſiaſtica.ergo alia non cõprehẽdunt,nec offi
cia.tex.in.§.præfati.& in.§.ſi quis vero.in
verbo beneficijs eccleſiaſticis. de colla.in
concord.tex.in.c.ſi quis eps.ibi,aliqua offi
cia eccleſiaſtica.1. q.3.c. ſaluator.ibidem.
glo.in.§.in dignitatibus. in verbo officijs.
de colla.in prag.

¶ Sexto nõ comprehẽdunt hoſpitalia.cle. 12
per literas.de præbẽ.quia non ſunt benefi
cia eccleſiaſtica,licet ſint religioſa.clemen.
quia. de religio.domi.& ibi Bonif.notab.
17.nam hoſpitalarius dicitur habere offi-
cium,nõ beneficiũ,inſtar tutoris.l. orpha-
notrophos.C.de epiſco.& cle.Bal.in.l.be-
neficiũ.col.vlt.ff.de conſtitu.prin. & quia
bona eorũ ſunt deputata pauperibus,& ſic
ad alium vſum non debent transferri.l.j.
ff.de adminiſt.rerũ.& laicis debent com-
mitti.d.cle.quia.ergo non ſunt adminiſtra
tiones eccleſiaſticæ.c.bene quidẽ. 96. diſt.
c.decernimus.de iud.Calderi.cõſil.vno de
ſupplen.negli. præla. hoc expreſſe tenuit
glo.in.§. ſi autẽ illi.in verbo,beneficiorũ.
de colla.in prag.ſequitur Io.de ſelua in tra
cta.de beneficio in.3.parte.q.57.D. And.
Tiraquel. in tracta.de legib. connubia.in
verbo expres.limita.8.Brunel.in tract.de
digni.leg.conclu.19.in.4. declaratio. Feli.
in.c.de quarta.de præſcrip.etiam ſi in eis
eſſet clauſula nõ obſtãtibus.Decius conſil.
165.viſo tenore.etiam ſi eſſet clauſula mo-
tus pprij.glo.& ibi doct. in.d. clemẽ.2.de
prębẽ.dicẽtes,idem in mãdato apoſtolico,
& literis datis in forma pauperũ ſecũdum
prædictos.Vide Barba.in.c.nulli.col.2.de
reb.eccle.non alienan.

Hoſpitalia nõ ſatis nõ debẽt

¶ Primo fallit quãdo cõcederent in titulũ, 13
quia tũc vt bñficia regunt,& bñficia ſunt.
Io.Frãciſcus in trac.de off.& poteſtate capi.
ſede vacã.in.j.quæſt.2.partis. & tex.in.d.
cle.quia.§.vt autẽ.tamẽ vt melius pruideat
iſtis locis,ſtatutũ eſt ex ſpeciali puiſiõe,vt
nõ comprehẽdant per literas generales.d.
clemẽ.2.& ita tenet Bonifa.ibi col.2.poſt

O

Paulum & alios.intellige vt not.glo.in.d. verbo beneficium.

14 An præſumat hoſpitale. ¶Secūdo fallit quādo eccleſiæ eſſet vnitū. arg.c.ſuper eo.de præbē.in.vj.Ioā.de ſelua in trac.de beneficio in.j.parte.q.4.nu.9.& Io.de pauinis in.d.quæſt.j.ſecūdæ partis. col.3.vbi dicit ꝙ quādo nō apparet an ſit hoſpitale,vel beneficium, præſumi debet hoſpitale. glo.in clemē. ſi de beneficio.de prębē.vel attēdet vltimus ſtatus.arg.c.cōſultationibus.de iure patro.c.cū de beneficio.de præbē.lib.vj. Limita quādo eſſent vnita eccleſiæ iure principalitatis, hoc eſt quod vtrūq; eſſet principale,& vnū nō accederet alteri.arg.l.generaliter. ff. de fideiuſſo.not.Boniſ.in.d.cle.2.col.2. & ibi dicit impetrantem teneri ad ꝓbandum eſſe vnitū iure acceſſionis. Vide Feder . conſil. cxj.quæſtio talis eſt,an dioceſanus.& conſil.280.caſus talis &c.Barb.in.c.ex literis. col.3.cū ſeq.de cōſuet.& quæ addidi in.d. clemē.per literas.multas quęſtiones tradit Archieps florē in.3.parte ſummę.titu.xj. c.2.Ioan.de ſelua in.11.quæſt.iij. partis in xj.qualita.&.q.57.

15 Leproſariæ nō veniunt. ¶Septimo non comprehēdunt leproſarię nec eleemoſynarię, quia ad hoc fundatæ ſunt,vt pauperes lepra infecti ibidem recipiātur,& de prouētibus alātur.tex.in cle. quia contingit.de religio.domi. & quia nomine beneficij nō veniūt.De rota.deciſio. 265.nota quod vbi.& deciſ.584.quidā.in antiq.not.in clemē.fin.de decimis.Sed inſtar tutoris & curatoris ſunt gubernatores illorum locorum.d.clemen.quia.§.j.nec faciunt fructus ſuos,ſed tenentur de eis reddere rationem.Card.in.d.clemen.per literas.col.2.& ſcripſi in.d.cle.quia cōtingit. hodie multi viuunt ex lepra pauperum,& eos fame perire patiuntur,vt vidi in multis ciuitatibus , quibus lepra Naaman adhęrebit,& ſemini eorum in ęternum.

¶Fallit quando eſſet vnitum officio vel beneficio eccleſiæ cathedralis,aut alteri beneficio eccleſiaſtico ,vt ꝓxime dixi, & tenet Egidius de bella mera in deciſio.387. ſi contra perentem.

¶Secundo limitatur quando eſſent conſueta conferri religioſis in titulum, vel alijs,tunc etiam nominatis deberi poſſent. Rota deciſio.265.nota quod vbi.ſequitur Ioan.de ſelua in tract.de benefi.in.j.parte q.4.nu.9. & in.3. parte.q.57.per.c.cum de beneficio.de præben.in.vj.&.d. clemē. quia.§.vt autem.

¶Octauo non veniunt in nominationibus præceptoriæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani,licet dicant bñficia eccleſiaſtica. Barb. in clemē.cauſam.col.51.de elect.vide eum in.c.in noſtra.de reſcrip.num.80.& in iſtis militibus non habet locum.c. auaritiæ. de elec.in.vj.quia priores electi in adminiſtrationibus ſine cōfirmatione adminiſtrant, teſte Domi.conſil.15.reuerende. col.3. & 6.Doct.in.c.trāſmiſſam.de elect.nec præceptoriæ ſancti ſpiritus,vt audiui ſæpius a multis,licet parum iure fundetur,ſi eſſent fratres illius ordinis: alioqui non,quia regularia regularibus ſunt conferenda.§.& inſuper . de colla.in concor. facit cle.quia contingit.§.præmiſſa.de religio.domi.vbi iſta excipiuntur ab alijs. 16 Præceptoriæ ſancti Ioannis nominatis nō debet.

¶Nono,non comprehēduntur altaria ſeu capellaniæ non ſpiritualizatæ , vt dicunt noſtri. Ioan.de ſelua in tracta.de beneficio in.d. 3. parte. quæſt.57. clemen.2. de iud.clemen.vlt.de decimis . nec beneficia proprie dicuntur eccleſiaſtica, ſed legata pia ante approbationem epiſcopi. Feli.in cap . ex parte . S. col. j. de reſcript. vide tradita per Petrum Subertum in tracta. de cultu vineę domini.4.parte.articu.12. Anto.de Burrio conſil.3.& conſil.51.ſuppoſita.& doct.in clemen.fina.de decimis. vide Feli.in.c.cum venerabilis. col. xj. & ſequen.de excep.Nico.de milis in repert. in verbo beneficium.§.49.& plene Paul. de Citadinis in tracta.de iure patro.in.3. parte . quæſt.32 . dicentem idem in oratorio . Boniſa. in clemen.fina.col.j. de reſcript.& quando capellania poſſit conferri in titulum , vide per Decium conſilio 17 Altaria & legata pia nō debet.

135. ad iuſtificationem.

18 De operaria vt non cõprehendaſ, vide hic.

¶Decimo non venit operaria. in quibuſdam enim eccleſijs præficitur vnus qui vocatur magiſter operariæ, & hoc officium non eſt nominationibus ſubiectum, quia in hac eadem ratio eſt, ſicut in hoſpitali, & in eleemoſynaria: & quia ad nutum traditur, beneficia ſunt perpetua. c. præcepta. 55. diſtinct. & mens pontificis ſummi & regis fuit prouidendi graduatis & nominatis de beneficijs quæ perpetuo durent. Io. And. & Peruſ. in. c. quia ſæpe. de præben. in. vj.

¶Item operarius tenetur reddere rationem inſtar tutoris & curatoris. glo. in cle. 2. de iud. nec datur operaria nomine beneficij, ſed diligens paterfa. eligitur. Card. d. cle. 2. col. penul. & poteſt eſſe quod nominatus vel graduatus non eſſet eiuſdẽ qualitatis, & ſic eiſdem non debebitur, per ea quæ infra dicam. & not. in cap. ei cui. de præben. in. vj.

19 Laic⁹ põt eſſe eccleſię opar⁹

¶Item laicus poteſt eſſe operarius eccleſiæ. Decius in. c. decernimus. nu. xj. verſi. ſecundo quæritur. de iud. & ſi conſuetum fuerit in eccleſia per quinquaginta annos vt laicus ſit operarius vnius eccleſiæ, an clericus poſſit eligi, quòd ſic, not. Calder. cõſil. j. rub. de conſuetu. & conſil. 19. rub. de conceſſio. præbend.

20 Loca collegialia nominatis non ſunt affecta.

¶Vndecimo non cõprehenduntur in nominationibus loca collegialia, quæ ad tempus ſcholaribus dãtur ratione ſtudij, vt audiant iura, ſicut fit in Mõtepeſſulano, Tholoſæ, Auenione, & Caturci, & hic Pariſijs vt ſtudeant in grammatica, & in ſcientijs primitiuis, quia nõ ſunt perpetua, ſicut beneficia eccleſiaſtica. c. præcepta. 55. diſtin. c. 1. de capell. mona. lib. vj. & mens conditorum fuit, vt ſupra dixi, prouidendi graduatis & nominatis de perpetuo beneficio, poſtquam amore ſcientiæ exhauſerunt totum ſuum patrimonium tam in victu q̃ in libris, & alijs expenſis. de quibus dico in priuilegijs ſcholarium. Item quia non dicuntur beneficia eccleſiaſtica de quibus loquitur concordatum, vt proxime dixi.

¶Fallit in locis collegialibus, quæ dantur in titulum, quæ ſunt perpetua, vt in eccleſia ſancti Saluatoris in ſuburbijs Montiſpeſſulani ſita, & in eccleſia ſanctæ Trinitatis Maguelone, & alijs ſimilibus, quia non eſt quod repugnet, ſi nominatus qualitates habeat requiſitas, quin comprehendantur, argumẽ. l. ſi quæramus. ff. de teſtamentis.

¶Duodecimo non comprehendi beneficia regularia in nominationibus clerici ſecularis, etiam prætextu diſpenſationis papalis, receptum eſt, quia regularia regularibus ſunt conferenda. §. volumus. de colla. in concord. facit cap. cum de beneficio. de pręb. ĩ. vj. plene Feli. in. c. in noſtra. correla. vlt. de reſcrip. Io. de ſelua in tract. de beneficio. 3. parte. q. 58. & idem contra, vt in regula cancella. 41. glo. in proprijs terminis in §. viſum. in verbo legatorũ. de colla. in prag. Idẽ in mãdato apoſto. d. c. cum de beneficio. & tradit d. Ruſeus in tract. de mand. apoſt. in. 2. parte nu. 29. nec etiã in d. §. volum⁹. prohibet, quia vnus nõ poteſt a contractu inuito altero diſcedere. l. 1. & per totum. C. qñ liceat ab emptio. diſcede. & per hoc reſpõdi cuidam qui habuerat nominationem a rege cuiuſdã abbatię regularis in cõmendã vſq; ad annũ, & intra annũ debebat ſumere habitum, & poſtea abbatiã habebat in titulũ, nõ valere diſpẽſationẽ a ſolo papa, vt non teneat̃ ſumere habitum. alia multa dixi, quæ cum operę preciũ fuerit tradam. ſi tamen tẽpore nominationis erat ſecularis, & tempore vacationis regularis, vide glo. in §. illi vero. in verbo religioſis de colla. in prag. & i. c. ei cui. de præbend. in. vj. 21

Bñficia regularia nõ cõprehẽduntur in noĩationib⁹ ſecularium.

¶Decimotertio non comprehenditur beneficium conſuetum regi per ſeculares in nominationibus regularium, vel cõtra. c. cum de beneficio. de præbend. in. vj. vbi in mandato de prouidendo conceſſo ſecularibus, non veniunt beneficia conſue- 22

De beneficio cõſueto regi per ſeculares.

23 ta regi per regulares, vel cõtra. ¶ Et dicuntur beneficia regularia illa, in quib⁹ in fundatione dictum eſt ac ſtatutum quód regantur per religioſos, vel ſunt conſueta regi per religioſos per quadraginta annos. d. c. cum de beneficio. glo. i. §. & idem ordo. in verbo regularibus. de colla. in prag. Fallit ſi idonei non reperirentur. c. inter quatuor. de religio. domi. Panor. in. c. relatũ. ne cleri. l. vt gradatim. ff. de mune. & hono.

Quæ beneficia dicũtur regularia.

24 ¶ Decimoquarto non comprehenduntur beneficia cauſa permutationis vacantia. §. volumus. de colla. in concord. quia alijs extra permutantes conferri non debent. c. vno de rerum permuta. lib. vj. glo. in. §. itẽ quod omnia. in verbo permutationis. de colla. in pragm. vbi limitat ſi permutatio eſſet fraudulenta. c. fina. de renuncia. in. vj. &. c. vno de rerum permuta. eo. lib. vide Ioan. de ſelua in tracta. de beneficio in. 3. parte. q. 54. vide clauſulam quæ ſolet in permutationibus apponi, in regula cancellar. 38. ſicut nec poſſunt optari. Federic. cõſil. 62. verius. quod declara vt per Imol. in cap. fina. numero 40. verſicu. ſecundo quæritur. de rerum permuta. & ſi collator præſumat vacare ſimpliciter, & conferat nominato, non valebit collatio. Feder. conſil. 164. licet ſemper. quia ſunt affecta permutantibus. d. c. vno de rerũ permu. in. vj.

De beneficijs cauſa pmutationis vacãtibus.

25 ¶ Decimoquinto non comprehenduntur bñficia vere electiua. §. monaſterijs. de regia ad prelaturas nominatio. faciẽda. in cõcordat. facit. c. cũ in illis. §. cũ autẽ. de prębẽ. lib. 6. cle. j. illo tit. glo. in. §. in dignitatibus. in verbo dictarum. de colla. in prag. dicens expreſſe non cadere ſub nominationibus, vel ſub gradu, quia de beneficijs collatiuis intelligitur concordatum velle prouideri, & nõ de illis eccleſijs in quibus electiones canonicę, & ſeruata forma. c. quia propter. de electio. fieri debent. Feli. in. c. in noſtra. cortela. 32. de reſcript. Tamẽ ad præbẽdas quibus prouidetur etiã per electionẽ, abſq; confirmatione nominationes ac mandata bene referuntur, per quarum vacationẽ eccleſia non dicitur viduata, quia potius collatiuę q̃ electiuę dicendæ ſunt. gloſ. in cle. quia cõtingit. ĩ verbo electionẽ. de religio. domi glo. in. d. §. in dignitatibus. in verbo dignitatibus. de colla. in prag. Oldra. conſil. 146. factum tale. col. 2. vnde glo. in. d. cle. quia cõtingit. in. §. vt autem. de religio. domi. quam ſequitur de Ripa in li. 2. Reſpon. de reſcrip. c. 34. dicit quòd beneficia dicuntur proprie electiua, quãdo proceditur in eis p electionẽ, quæ requirit confirmationẽ ſuperioris, per glo. in. d. cle. quia contingit. & illa non cõprehenduntur in nominationib⁹. Alia beneficia dantur per viam electionis, non tamen requiritur cõfirmatio, & tunc dicuntur collatiua. & in nominationibus comprehendũtur & gradu. Rota deciſ. 124. no. quod vocetur. ian tiq. Ioan. dayma in procem. concorda. in verb. electiua. fol. 78. hęc declarat Feli. i. d. c. in noſtra. correla. 31. de reſcrip.

Bñficia electiua nõ debẽt nominatis.

¶ Idem in mandatis, vt non comprehendãt beneficia electiua per ſupradicta, quia in electiuis contrahitur matrimonium. c. iter. de trãſla. epiſcopi. & ſicut ex reſcripto principis non fit matrimonium carnale. l. 1. C. ſi nuptię ex reſcripto petantur. ita nec ſpirituale, ne iuię detur ſpõſus. c. null⁹. 61. d. ne deteri⁹ inde contingat. c. 2. de ſponſa. 26

¶ Decimoſexto non veniunt in nominationibus beneficia vacantia in curia, quia ſolus Roma. pontifex confert. c. 2. de præben. lib. vj. propter reſeruationem factam ibidem. & ſi reſeruationes regulariter in Francia ſunt ſublatę, vt in cõcord. in titu. de reſeruatio. Tamen illa reſeruatio. c. 2. non eſt ſublata, & ideo nominatis beneficium non eſt affectum ſic vacans, ſed libere papa confert, etiam non graduatis, etiam ſi eſſet villa murata, vt dico in titu. de manda. apoſtol. vbi videre licet. 27

Bñficia in Curia vacãtia nõ cõprehendũtur in nominationibus.

¶ Fallit quãdo ordinari⁹ poſt menſem cõferret beneficiũ quod tempore præſtituto nominatis vel graduatis vacaſſet, quia tũc illis eſſet cõferẽdũ. c. ſtatutũ. de prębẽ. i. 6. iũcta cle. 1. de ſup. negli. pręla. qa is qui 28

confert iure deuoluto, tenetur conferre cũ
illis qualitatibus quæ illi beneficio inhære-
bant, per.d.cle.& §. ſi quis vero cuiuſcun-
que.glo.in §.itẽ quod omnia. in verbo ſci-
licet.de colla.in prag.
¶Item quia in. d.§.præfati.&.d.§. ſi quis
vero.omnia beneficia ſpectantia ad colla-
tionem ordinariorum collatorum, ſunt af-
fecta illis, ſi vacẽt tẽpore præſtituto eiſdẽ.
¶Secundo fallit in.c.apoſtolica. de præb.
in.vj.vbi ordinarius poteſt conferre bene-
ficia vacantia in curia ſede vacãte, etſi non
fuerit prouiſum ante pontificis obitũ. ſed
illa decretalis debet intelligi vt cõferre te-
neatur qualificatis, ſi vacent in menſibus
illis præſtitutis, quia non eſt nouũ vt prio-
res leges ad poſteriores trahantur.l. nõ eſt
nouum. ff. de legib. & quia hic caſus non
eſt exceptus in concordatis, imo omnia be-
neficia tempore præſtituto vacantia, eiſ-
dem nominatis & graduatis ſunt conferẽ-
da, per.§.primum, & §. ſi quis vero cuiuſ-
cunque.de colla.in concord.& etiam ſi va-
carent alio tempore, & hoc ſi erat eccleſia
parochialis ſita in villa murata, vt in.d.§.
ſtatuimus.
29 Annexa [q]ualitati nõ poſſunt acceptare
¶Decimoſeptimo non veniunt beneficia
qualitatibus annexa, vel ex ſtatuto, vel ex
conſuetudine, vel alio quouis modo, quia
habenti tantum illam qualitatem deben-
tur. capi. cum in eccleſijs. de præbend. in
vj. nam non intendit concordatum huic
priuilegio vel conſuetudini ſeu ſtatuto de-
rogare.§.per præmiſſa.de regia ad præla.
nomina.facienda. in. d. concord. vbi non
intendit derogare ſtatutis & conſuetudi-
nibus eccleſiarum. ¶Ideo ſi ex ſtatuto ec-
30 Nominatus nõ nobilis an bñficia nobilibus debita acceptare poſſit.
cleſiarum præbendæ, ſeu alia beneficia de-
beantur nobilibus, non debentur nomina-
to ignobili, non habenti illam qualitatem,
per ſupradicta: nec poteſt epiſcopus diſpen
ſare cõtra inſtitutionẽ. fallit quãdo nomi-
natus eſſet doctor, quia doctor iudicatur
nobilis. Bar.in.l.iudices.de dignita. C.lib.
12. Bonus de Curtili in tracta. nobili. in
3.parte, numero.97.facit.l.prouidendum.
C. de poſtula. gloſ. in.l.ſocietas.ff. pro ſo-
cio. & quæ ibi addidi. dixi in priuilegijs
ſcholarium. Et iſta ſunt notanda, quia ſæ-
pius vidi dubitari in palatio.
¶Idem ſi ſacerdotalis præbenda vacet, &
nominatus non ſit ſacerdos. ſi tamen hoc
ex fundatione requiritur, tunc non debebi-
tur niſi ſacerdoti.c.cui de non ſacerdotali,
de præbend.in.vj.
¶Idem puto in mandato apoſtolico, intel 31
ligendo vt no.Feli.in.c. nonnulli. col. 26.
verſi.nona concluſio.de reſcript.quia pro-
pter officium datur beneficium.c. fina. de
reſcript.lib.vj. & iſte non poteſt exercere
officiũ preſbyteri, ergo non dabitur ei be-
neficium, nec poſſet epiſcopus contra in-
ſtitutionem beneficij diſpenſare, vel eam
immutare, vt tradit Feli.poſt Cald.in.c.cũ
acceſſiſſent.col.7.nu.17.de conſtitu.
¶Decimooctauo non comprehenduntur 32 Vnita mẽſe nominatis nõ debẽtur
beneficia vnita menſe epiſcopali, vel capi
tuli, quia mortuo vicario non vacant. cle.
vna, verſic.quidam etiam. de exceſſi. præ-
lato. Idem ſi alio modo vnita ſint, quia de-
bentur ei qui beneficium obtinet, cui ſunt
vnita de iure, vel de conſuetudine: nec di-
cuntur vacare, ideo acceptari nõ poſſunt,
vel requiri per nominatum.c. cum acceſ-
ſiſſent.de conſtitutio.glo.in verbo vacaue-
rint. in.§.item quod omnia.de colla. in pra
gma.Fede.conſilio.187. caſus talis eſt, do-
minus. & conſilio.200.quod permutatio,
nam vbi beneficium eſt vnitum alteri, per-
dit nomen beneficij, & exemptionis, ſi v-
niatur nõ exempto. Domi.in.c. cum per-
ſonę.§.fi.col.vlt.de priuileg.in.vj.ſequitur
Feli.in cap.in noſtra.correl.33.de reſcript.
Si tamen fieret vnio de beneficio quod va-
cauit in menſibus præſtitutis nominatis,
adhuc poſſet nominatus vti ſuo iure, per
glo.in.d. verbo vacauerint, quia ius iam e-
rat nominato acquiſitum, ſaltem affectum
erat illi beneficium, ideo non poterat vni-
ri per epiſcopum. Idem ſi non erat legiti-
me vnitum. Vide tamen quæ dixi in.c.ſi-
cut vnite. de exceſſib.prælat. & Petrũ de

Peruſ.in tract.de vnio.beneficio. Itē quādo vacaret beneficium per mortem rectoris in cuius fauorem eſt facta vnio in menſibus nominatorum, poſſet nominatus illud requirere,& veniret vtrunq; glo.ſing. in.c.gratia.in verbo de iure.de reſcript. in vj.glo.in regula cancella.11.& etiam vicaria perpetua poſſet acceptari,vt ſupra dixi.

32 Poſt nota tionū data creata non ſunt nõ ſatis affecta. ¶ Decimonono nō debent beneficia poſt datā nominationum creata.cle.fina. de reſcript.quia non erat intentio mandatoris, dicit tex.in.c.mandatum.de reſcrip.c.quia ſæpe.&.c.cū in illis. de præb. in.6.Nā forſitā fundatores ab illis creādis retraherent, ſi ſimul atq; creata eſſent,deberētur,vt dicit glo.in.d.cle.fina. & quia nō erat in rerū natura tēpore nominationū. l.ſi a colono. in fine.ff.de verb.oblig.l. Aureli9.§. teſtamēto.ff.de libera.lega.nec erāt beneficia tēpore datę nominationū.Ideo nō entis nullę ſunt qualitates,& qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundū tēpus verbi.l.in delictis.§.1.ff.de noxa. Imo etiā ſi tēpore nominationū erat ordinatū per teſtatorē vel aliū,& nōdū cōfirmatū & approbatū per epiſcopū,adhuc nō deberet nominato vel graduato ante cōfirmationē.ita expreſſe tenēt D.de Rota deciſ.545.quidā patronus. in antiq.arg.l.cū ſyllanianum.C.ad ſylla. quia ante cōfirmationē epiſcopi nō poteſt dici beneficiū eccleſiaſticū.c.nemo.j.de cōſecra.diſ. 1.c.ad hæc.de religioſ.do.Feli.in c.cū adeo.col.3.de reſcri.de Rota deciſ.17. quidā patron9.rub.de pręb. Pręterea reſcriptū nō extēdit ad lites futuras.c.fina.de reſcrip.nec alia reſcripta ad bñficia futura,ſicut nec priuilegiū conceſſum monaſterio vel eccleſijs extēdit ad eccleſias poſtmodū acquiſitas.c.cum capella. de priuile. Alex. conſil.178.in occurrēti.in.2.col.volu.2.& ſi papa cōcedat alicui,vt cōferat primū beneficiū vacaturū,non poterit conferre beneficiū de nouo creatū.Collecta.i.c.in noſtra.col.3.de reſcript.Nec in donatione omnium bonorum veniunt futura. Bar. & alij in.l. ſtipulatio hoc modo.ff. de verbo.obliga.&.l.fina. C.de pact.facit.l. nam & Setuius.§.ſi viuo.ff.de neg.geſt.cle.j. in fi.de cenſi. Geminia. conſil.69. Dominus noſter. ¶ Tamen nominationes bene comprehendunt beneficia quæ vacauerant in menſibus ſtatis graduatis & nominatis, ſi erant vacātia tempore quo nominationes conceſſę fuerunt.glo.in.§. ſi autem. in verbo inane.de colla.in prag. Brunel.vbi ſupra declara.vlti.concluſio.19.Alex. & Iaſ. in.l.Titius.§. Lucius. nu.11. ff. de liber. & poſthu.Soci.in.l. ſi iam facta.ff. de conditio.& demonſtra.tum quia non deſinit vacatio, & ſic verificatur verbum vacantia, vel vacatura,ſeu dū vacabit,quia verbū futuri temporis includit præſens & præteritum.l. verbū oportebit.ff.de verbo. ſignifica.quia vacās nunc,etiam vacabit de futuro,niſi cōferatur.tum etiam quia gratia facta de beneficio vacaturo,cōprehendit etiā beneficium id temporis vacans, quod facilius papa cōceſſiſſet, q̄ ius daret ad vacatura glo.notab.in.c.ſi poſtq̄.de præb.in.6.& ibi.Peruſ.eā notat.& glo.in.c. ſi capitulo. in verbo capitulo.de coceſſ.præben.eo.lib. glo.eſt alia in cle.vna.in verbo notitia. de cōceſſ.præb. ¶ Imo ſi habēs bñficiū curatū obtineat aliud ſimile,& poſtea a papa īpetrauerit diſpēſationē vt duo curata poſſit tenere,talis diſpēſatio ꝓderit etiā in bñficijs obtētis ante datā diſpēſationis. Paul.in proprijs terminis ī.l.& militib9.C.de teſt.milit.per.l.ſi quis filio.§. irritū. ff. de iniuſto rupt.teſta.de quo plene ſpecula.in tit.de lapſis.§.dicēdū. verſi.ſed pone.de quo Iaſ.dubitat,licet plures deciſiões tradat in.l. quo min9.ī.21.q. Bar.ff.de flu. Ego ſic cōciliarē,ꝙ diſpēſatio ſimplex nō facta mētione illorū beneficiorū q̄ habet,nō extēderet ad illa beneficia iā obtēta,ꝑ nota.ꝑ Panor. & alios in.c.ad aures.col.penul. & ꝑ Feli.ī.c. poſtulaſti.circa finē.de reſcrip.nā legitimatio ſobolis nō firmat electionē illegitime electi alias nati, nec purgatur vitiū eligentium,quia nō trahitur retro. Bal. in Marga.in verbo legitimatio.quæſt.15.

33 Bñficia vacātia tēpore nominationis, an debeant nõiata.

34 Diſpēſatio an ꝓſit in iam obtentis.

Si vero verba diſpenſationis etiam habent mentionem de obtentis, & non obſtante quod illa habeas, tecum diſpenſatur, tunc diſpenſatio etiam prodeſſet ſuper obtentis,& ita intelligitur opinio Paul. caſtrē. & .l.ſi iam.ff.de condit.& demōſtra.quod eſt notandum.Intelligo tamen quādo nullus alius erat graduatus vel nominatus: alioqui alteri qui inſinuauit, debebitur, per.§. præfatique ordinarij. & ibi dixi in glo.ante vacationem.de colla. in concord.

35 ℭEt quid ſi beneficiū tēpore datę nominationum erat ſuppreſſum, & poſtea fuit reparatū:an debeatur noīato?vide Barb.in c.cum acceſſiſſēt.nu.89.verſ.circa iſtud.de cōſtitu.& Bonifa.in.d.cle. fi.col.3.cōcludētes ꝙ ſic per.d.c.cū acceſſiſſēt.quia reficere nō eſt de nouo facere.l.1.ff. de riuis.l.3.§. reficere.de itinere actuque priua.intellige prout notat Bar.& alij i.l.1.§.ſi quis ędificiū.ff.de noui operis nūcia.& Feli.poſt alios in.c.cōſuluit.de Iudæis. Iaſ.in.d.l.quo minus.in fine. Allego glo.in.c. de monachis.18.q.2. dicentē in reparatione eccleſiæ nō requiri conſenſū epiſcopi,ſicut ſi de nouo cōſtruatur.faciūt nota. per Soci.i.d. l.ſi iā facta.col.vlt.& quod tradit.d.Ruſeꝰ i tract.regalio.i.8.priuilegio, vbi cōcludit ſufficere tēpore vacationis beneficiū eſſe, ad hoc vt ſub iure regaliorū cōprehendat.

36 ℭVigeſimo nō cōprehendūtur beneficia quæ poſſunt optari per antiquiorē vigore cōſuetudinis vel ſtatuti.c.vlt.de cōſue.lib. 6.quia in nominationibus nō tolluntur cōſuetudines aut ſtatuta eccleſiarū,nec in eis dicitur,nō obſtātibus ſtatutis vel cōſuetudinibus, ſicut in mādatis,in quibus etiam non cōprehendūtur,vt ibi, & in.c. cum in eccleſia.de præb.in.6.Rota tamen deciſio. 300.ſi mādetur. in nouis,dicit per clauſulas derogatorias tolli cōſuetudinē optādi. Vltima tamen non optata remanebit affecta nominato vel graduato. glo. in.§. Itē quod omnia. in verbo vacauerūt.de colla. i prag.ſicut eſt i mādato de prouidēdo,vt in d.c.fi.de cōſuetud.Sic eſt dicendū in reſignatione ſimplici,vt nō impediat optionē.c.ſi.de præbēd.in.vj.ibi cū dicit tex.dū vacant. ſed vacare dicuntur etiam per reſignationē.tex.expreſſus i.c.ſuſceptū. de reſcrip.in.vj.glo.in.c.ſi propter.ibidē,etiā ſi fuerit admiſſa per legatū,quia non potuit derogare ſtatutis eccleſiarū a papa confirmatis.glo.& doct.in.c.pro illorū.de præbend.quia inferior nō tollit legē ſuperioris.cle.ne romani.de elect.nā quādo fit reſignatio cauſa permutationis ad vtilitatē partiū,adhuc optio procedit teſte Peruſ. i d.c.ſi. poſt Imol.i.c.ſi.nu.40.de rerū permuta.ſecus ſi ad vtilitatē eccleſiæ,vt ibi. ſi tamen duo beneficia cōformia nihil differentia in illa eccleſia in qua eſt ius optandi,vacarēt,nō poterit tūc antiquior optare.Rom.ſing.487.legat teſtator.vbi dicit ſe lucratum fuiſſe pluſquam ſexaginta ducatos,& hoc per tex mirabilē & ſing.in.l. cum aurū.§.ſed ſi argēti.& ibi glo.& Bart. ff.de auro & argen.leg.multa addidi in.d. c.fina.ibi videre licebit,vbi iſtud non paſſim approbo.

Beneficia quæ poſſunt optari vigore cōſuetudinis,nominationis mi‑nimeſunt affecta.

ℭVigeſimoprimo nō cōprehēditur beneficiū quod vnus canonicus cōfert ratione ſuę præbendę ſpeciatim,niſi nomine capituli cōferret, vel niſi i noīationibꝰ apponatur, R.decano & capitulo pariſiē.ſingulisꝗ canonicis & pſonis eccleſiæ,tā coniūctim ꝗ̄ diuiſim. ſicut in mandatis apoſto. dicit tex.i.c.mādatū.de pręb. li.6.glo. i.§. ſtatuit.i verbo ſpectat.de colla.i prag.Bal. cōſilio.242.factū.i.3.volu.vbi ſi mādetur ꝓuiderī de beneficio ſpectāte ad collationē capituli,nō cōprehēditur is qui iure ſpeciali cōfert,quia quæ ſunt vniuerſitatis,nō ſūt ſingulorū.l.in tantū.§.vniuerſitatis.ff. de rerū diuiſio.l.2. & .l.ſicut.quod cuiuſꝗ vniuerſita.no. 37

Beneficiū quod cōfert vnus canonicꝰ, non comprehēdit.

ℭVigeſimoſecūdo nō cōprehēdunt dignitates eccleſiarū cathedraliū:quia ex cōſuetudine huiꝰ regni debentur tantum canonicis illarū eccleſiarū.glo.i.§. quod ſi quis cuiuſcūꝗ.i verbo ſimiliter.& in.§.itē cenſuit.in verbo requireret.de colla. in prag. 38

Dignitates eccleſiarum cathedraliū nominatis obſtāte cōſuetudine nō debentur

Ioannes de ſelua in tract. de beneficio in .3. parte. q. 49. Benedict. i repe. c. Raynutius. in verb. ſi abſque. 2. numero. 10. in ſubſtitutio. fidei commiſſa. de teſta. Extra tamen conſuetudinem vel ſtatutum a papa confirmatum deberentur graduatis & nominatis, ſi vacarent in tempore illis præſtituto: vt tenet glo. in. §. item placuit. i verbo parochialibus. de colla. in prag.

39 ¶Fallit quando eſſet creatus canonicus a papa ad illum effectum, ſcilicet obtinendi dignitates, & iſtud fit a cautis nominatis, vt poſſint dignitates cõſequi. & hoc ſibi retinuit Roma. põtifex: vt patet i cõcord. in rub. de reſeruatio. §. in cathedralibus. & ibi dixi quid facere poſſit ille canonicus. ſic papa etiam de iure poteſt, in. c. duobus. de reſcript. lib. 6. & c. eum cui. & c. hi qui. de præb. illo lib. Etiam poteſt creare canonicum in eccleſijs vbi rex iure regali confert, quia ita concordatum eſt. in. d. §. fina. de reſerua. & quia hoc tendit potius in cõmodum regis, q̃ in præiudicium, vt plures habiles & idoneos habeat, quibus conferat. ad hęc licet papa non intendat illa cõfetre, tamẽ ad illa habilitare poteſt, & magna differentia eſt inter hęc, vt dico in ſimili in repet. l. quod iuſſit. in. 6. q. Bar. ff. de re iud. & poſtquam hic erit canonicus ad effectum creatus a papa, rex non tenebitur ob hoc eidem prouidere. ſed ſi velit, plurium habebit optionẽ. ſic dicunt doct. in. c. 1. de filijs preſby. lib. 6. quod papa poſſit legitimare naturalem tantum, vt poſſit habere beneficia etiam ſpectantia ad præſentationem laici, quia laicus non ob hoc tenebitur illum ſic legitimatum præſentare, & ſic erit potius commodum patroni q̃ præiudicium. quod eſt notandum.

Papa i eccleſijs vbi rex habet ius regaliorum, an poſſit crea re canonicum.

40 ¶Et valet illa conſuetudo, vt canonicis tãtum conferantur dignitates in eccleſijs cathedralibus. Peruſ. in. c. ſi is cui. per illum tex. in vlt. nota. de pręb. in. 6. Barb. c. cum conſuetudinis. in princi. de conſuet. imo ſi ſimpliciter mãdetur prouideri in eccleſia cathedrali, nõ comprehenduntur canonicatus, ſi alia ſint beneficia, & non ſit in litteris expreſſum de canonicatibus, & hoc propter honorem illius. c. quis. de pręb. in vj. Feli in. c. 1. col. 4. & ſequen. de reſcript. Io. de ſelua. queſt. 3. j. partis ſui tract. de beneficio. & ſic in mandatis apoſtolicis conceſſis ſecularibus ad bñficia ſecularia & dignitates, ſolet creari a papa mandatarius canonicus ad effectum, vt patet in forma mand. apoſtolic. alioqui idẽ eſſet, vt ſupra dixi, nec valeret ibi impetratio dignitatis, niſi illius ſtatuti vel conſuetudinis effectũ exprimeret. Ioã. colo. in. c. ſi is cui. de præbend. in. vj. quod eſt notandum.

Valet cõſuetudo vt tãtũ canonicis cõferãtur dignitates.

¶Vigeſimotertio nõ cõprehenditur vnicum beneficium, quando tantum quis illius ſoli⁹ habet collationem. §. præfati. j. de colla. in concord. vbi dicitur quod tertia pars beneficiorum debetur nominatis & graduatis, & in vno nõ dicitur tertia pars: ergo vnum non debetur. 41

Habens vnicũ beneficiũ in ſua collatione non poteſt grauari nominatibus.

¶Item non eſt veriſimile conditores voluiſſe priuare illum qui tantum vnius beneficij habet collationem, ſeu præſentationem, quia forte in vita ſemel tãtum vacabit. glo. in. §. item ꝙ parochialis. in verbo triennium. de colla. in prag. Domi. conſ. 36. caſus talis. Nicola. Milius in verbo gratia. q. 48. Feli. in. c. 1. nu. 9. & i. c. in noſtra. correla. 24. de reſcript. Archi. & alij in. c. ſi pro clericis. de præb. in. 6. glo. in clemẽ. 1. illo tit. & ibi Boniſa. dicit ſic fuiſſe iudicatũ in audientia ſua memoria, licet multa in contrarium allegata fuiſſent: ne tenuis vitę homines vnico lumine priuẽtur. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de off. pręſid. licet Caſtellia. Cotta in. 2. parte memoraliũ in verbo limen, dicat ibi legendum limine. Si tamen habenti beneficia directę fuerint nominationes vel mãdatum, licet poſtea vnũ illorum ſit vnitum, tamen non nocebit impetranti, quia temp⁹ datę debet inſpici. c. ſi eo tempore. de reſcript. in. 6. & factũ legitime non debet retractari. regula, factũ. de reg. iur. in. 6. ſic cõcludit Imol. in cle. j. in fi. de præbend.

42 ℂ Quid ſi vnum tantum habeat in regno, plura extra regnũ, an nominationes poſſint dirigi ad illud? Videtur ꝙ ſic, quia plura habet beneficia, nec curandum eſt vbicunq; ſint. In contrarium tamen videtur, tum quia duplici onere grauaretur, quia in regno grauatur nominationibus in beneficijs regni, & in illo quod eſt in regno, cenſetur monoculum: & ſi in illo grauaretur, duplici onere grauaretnr. Item cumulatio ſummarum non fit quando agitur de excluſione iuriſdictionis, & ſic quando eſt odioſum. l. ſi idem. in princ. ff. de iuriſdict. omnium iud. ſed iſtud eſſet odioſum, ergo non fiet cumulatio. Hęc quæſtio fuit mihi petita in palatio, & ita reſpondi. dum erit operæprecium, decidam. Interim cogitandum eſt, quia ſicut grauamen videtur reſpicere totum patrimonium. l. ſi fideicommiſſum. §. j. ff. de iud. ſic & hoc grauamen beneficiorum reſpicit omnia beneficia, & ſic illud beneficium regni non cenſebitur monoculum. Videtur cõtrariũ tenere glo. in. §. placuit. in verbo tollerentur. de colla. in prag. vbi dicit nominationes non poſſe concedi quando gratiæ expectatiuę, nec contra, ne nimium grauentur ordinarij, & ſic requiritur quod collator habeat ſaltem beneficia in regno tria, vt ſit tertia pars, per. §. præfati q; ordinarij. de colla. dixi in rub. de manda. apoſto. in verbo decẽ. & hoc habet locum in nominationibus, & gradu. ibi vide quid in mandatis.

Si vnũ habet in regno, & plura extra, an nominationibus poſſit grauari.

43 ℂ Vigeſimoquarto non comprehendũtur beneficia quę per mortem vnius ex colliti gantibus vacant, quia lite pẽdente conferri non poſſunt. c. ſi hi. vt lite penden. in. vj. clemen. j. illo titu. & ibi Bonifa. de Rota deciſio. 588. vtrum. c. ſi hi qui. in antiq.

Beneficia per mortem vnius ex collitigãtibus vacãtia, non ſunt, an deſantur.

ℂ Hodie crederem deberi, cum lite pendente conferri poſſint in Francia, nec ſeruantur illa iura, vt ſæpius vidi. & ideo ſi ille collitigãs mortuus ſit in tempore graduatis pręſtituto vel nominatis, & habebat ius in illo beneficio, debet nominato conferri ſi requirat, & euentus litis demonſtrabit, qui eſt dubius. l. quod debetur. ff. de peculio.

ℂ Vigeſimoquinto non comprehenduntur beneficia extra regnum ſita, cum concordata ad ea non extendantur, & nominationes ad ea non poſſint dirigi, vt dixi ſupra. q. 8. etiam ſi beneficia eis annexa eſſent in regno cum omnibus parochianis. nam poſtquã principale eſt extra regnũ, non debetur nominatis nec graduatis in vim nominationũ vel gradus. hoc expreſſe tradit D. Chaſſa. in conſuet. Burg. rub. des cenſes. §. j. glo. retenue. nu. 6. vide Roma. in conſil. 361. in caſu. vbi concludit legatum Franciæ poſſe conferre beneficia in Francia ſita, etiam ſi collatores eſſent in Hiſpania. Item quia bonum eſt argumentum de perſonis ad locum. l. ij. §. eadem. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt, vi eximat. Iaſ. in. l. vinum. in. j. notab. in fi. ff. ſi cer. peta. & conſil. 185. in iſta. col. 4. volu. 2. ſed perſona extera non poteſt habere beneficia in regno. ſic nominationes regni non comprehẽdent beneficia extra regnum, & extra locum limitatum. 44

De bñficijs extra regnũ ſitis.

ℂ Vigeſimoſexto non comprehenduntur beneficia ſpectantia ad collationem duorum, ſi vni tantum nominationes directæ ſint. c. cum in illis. §. fina. de præbend. in vj. Rota deciſio. 271. nota. glo. in antiq. quia nominationes quãdo diriguntur epiſcopo Magaloneñ. nolunt grauare alium epm. ideo ſi collatio ſpectet ad epiſcopum Magaloneñ. cũ alio, non comprehenditur illud beneficium. facit. l. legatis. ff. de leg. 2. vbi legatum factum vxori de his quæ parata erant ad ipſius vſum, non intelligitur de paratis ad communem vſum ipſius & viri. Idem in mandatis apoſtolicis per. d. §. fina. doct. ibi tenent. Tamen ſi mãdetur prouideri de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi Pariſienſis, poterit prouideri de beneficio quod ipſe confert cum conſenſu capituli. not. in. c. vno ne ſede vacan. in. vj. 45

Q̃ñ collatio ſpectat ad duos, vni tñ nõ ſũt noĩatiões dirigẽdæ.

ℂ Vigeſimoſeptimo, non comprehendun- 46

Eccleſiæ cui nõ eſt cert⁹ ꝓbẽdarũ nũerus, nõ dirigunt̃ nōiatiões

tur præbendæ quando in eccleſia non eſt certus numerus. Bal. conſil. 472. in cauſa. in. 2. volu. not. in. c. conſtitutus. de reſcript. tex. in. c. ex parte. de conceſſ. præben. Domi. in. c. ſi propter. col. 3. verſic. ſed an habeat locum. de præben. in. vj. quia in illis non datur vacatio. c. dilecto. de præbend. Item quando aliquid impetratur vel cõceditur, quod in rerum natura non habet formam eſſe, nec ſperatur habere, diſpoſitio eſt pro non ſcripta, quia non habet ſubiectum in quo fundetur. l. non moriturum. C. de contrahen. & committend. ſtipula. & not. Bald. in. d. conſil. 472. At communius in regno præbendarum & canonicorum eſt certus numerus conſtitutus, alioqui fatuus eſſet nominatus tendere ſua retia in illa eccleſia, cum obtinere ibi præbendam non poſſit: vnde melius faceret, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexaret, cum obtinere ſpem non laboret. l. j. ff. de inoffi. teſta.

De bñficio ad archiepm libere deuoluto.

47 ¶ Vigeſimooctauo, non debẽtur nominatis beneficia per negligentiam ad epiſcopum deuoluta quæ in ſuis menſibus vacauerunt, & nunc libere ad eum deuoluunt̃. nam libere cui vult poteſt conferre. glo. in. §. item quod omnia. in verbo conferenda. de colla. in prag. quia poſtquam nominati illa in ſuis vacantia menſibus non requiſiuerunt, perdiderunt ius quod habuerũt, & libera diſpoſitio deuoluta eſt ad ſuperiorẽ, ac ſi nullus eſſet nominatus. & non obſtat §. ſi quis vero. quod fiat deuolutio ſimilis qualitatis, quia hoc verum eſt quando nominatus primum requiſiuit. ſed quãdo nõ requiſiuit, libere poterat primus collator conferre. ſic & is ad quem deuoluta eſt poteſtas. An ſecũdus nominatus habeat alios ſex menſes intra quos denuo poſſit petere, infra dicetur. q. 17.

Vicariæ temporales nõ ſubijciunt̃ nominatiõibus.

48 ¶ Vigeſimonono, non comprehenduntur vicariæ temporales, licet in perpetuis ſit ſecus. clemen. vna de off. vica. c. extirpandæ, §. qui vero. de præben. temporales in titulum non dantur. c. G. perpetuus. de fide inſtru. Antõ. de But. cõſil. 3. in facto, alioqui duorum eſſet eccleſia. quod reprobat tex. in. c. cum non ignores. de præbẽ. & de his vicarijs vide in. d. c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. Et quę plene dicit D. Aurioli in addit. ad Guillel. de montelaudu. in. c. ſuper eo. illo tit. in. vj. vbi plene diſcutit ille miles Tholoſanus.

Penſiones nõ poſſũt ĩpetrari vigore nominationũ

49 ¶ Trigeſimo, non cõprehendunt̃ pẽſiones quæ cum perſona habẽtis extinguunt̃. no. in. c. ad audientiam. 2. de reſcript. c. niſi. de præbẽ. c. quãuis. illo titu. in. vj. dixi in trac. de pacifi. poſſeſſo. in. 8. amplia.

Per ſimplicẽ reſignationẽ vacãtia nõ cõprehendunt nominationes.

50 ¶ Trigeſimoprimo, non debentur beneficia vacãtia per ſimplicẽ reſignationẽ, ſed p ordinariũ libere cõferri poſſunt. §. volum⁹. de colla. in concord. & in prag. in. §. item quod omnia. & hoc quia expreſſum eſt nõ cõprehendi.

51 ¶ Secus ergo in mandato apoſtolico, vt etiã beneficiũ vacans per reſignationẽ ſimplicẽ debeatur mãdatario. c. dudum. de prębẽ. in. vj. c. vno de rerũ permu. eo. lib. c. ſuſceptum. de reſcript. eo. lib. Collecta. in. c. ex tenore. col. vl. de conceſſ. prębẽ. qđ eſt intelligẽdũ niſi tales reſignationes fierẽt in fraudẽ. c. vl. de renũ. i. vj. & ibi declarat̃ quõ ꝓbet̃ illa fraus. bonũ eſſet tũ & ęquũ, ne etiã in mãdatis cõprehẽdantur, ꝓpter fraudes quas in dies faciũt ordinarij.

bñficia curialiũ curialib⁹ reſeruãtur.

52 ¶ Trigeſimoſecũdo, nõ veniũt bñficia curialiũ etiã extra curiã vacãtia, cũ dicant̃ eſſe reſeruata collatiõi papæ, extrauag. ad regimẽ. de ꝓbẽ. in cõib⁹. & regula. 5. Inno. 8. & regula. j. Clemẽ. papę. moder. & regula 62. & ſi deſierint eſſe curiales, an cõprehẽdant̃, vide Philip. Peruſ. in. c. ſtatutum. col. 2. de præben. in. vj.

¶ Trigeſimotertio, nõ debent̃ oratoria nominatis, ita ꝙ ſint eis p cõcordata affecta, qa nõ dicunt̃ bñficia eccleſiaſtica. c. auctoritate. de priuile. in. vj. ſiue ſint publica, ſiue priuata. de quibus per Cardi. conſil. xj. quædam ſocietas. col. 2. dixi in tracta. de pacifi. poſſeſſo. decima limita.

Referuata per extrauag. execrabilis nominatis non [illegible]

53 ¶ Vltimo, non comprehenduntur beneficia reſeruata per extrauag. execrabilis, vel alia reſeruatione. Roma. cõſil. 342. quo ad primũ. in primo dubio, vbi dicit beneficia

vacantia in curia, vel aliter reſeruata non comprehendi ſub gratijs expectatiuis. Sic dicerem in nominationibus, & ſub gradu etiam non comprehendi. alia multa inuenies, quę hic addere poteris, hæc tamē ſunt vtilia & principalia.

¶ XVI. QVAESTIO PRINCIP.

1 Quo tpe vacantia graduatis & noiatis affecta ſint.

¶ DECIMOSEXTO principaliter quærit quo tēpore beneficia vacantia noiatis vel graduatis affecta ſint? Reſpon. breui, ſi vacent in mēſibus Ianuarij & Iulij, nominatis debentur. ſi vero in mēſibus Aprilis & Octobris, graduatis ſimplicibus. & hoc habetur in concord. rub. de regia faculta. &c. Dixi in repet. l. vnicę. notab. vltimo. C. de ſententijs quę pro eo quod intereſt. Et hæc eſt optima & clara prouiſio quam optauit glo. prag. ſanctio. in. §. item placuit. in verbo ordo. in fin. de colla. nam turnus turbabat & collatores, & nominatos, hodie vero iſta tertia pars temporis eſt clara.

2 Quō cōputet̄ tēpus men ſiū noiatorum.

¶ Et hoc tempus computatur a media nocte vltimi diei Decembris vſq; ad mediam noctem vltimi diei Ianuarij. l. more Romano. ff. de ferijs. & quod vacauit a media nocte vltimæ diei Aprilis, debetur graduatis ſimplicibus. no. in. c. conſuluit. de officio deleg. & Bal. i. c. 2. de ferijs. & ſic q iurauit ſoluere die dominica, poteſt ſoluere vſque ad mediam noctem. Bal. & Feli. in cap. ego. N. de iureiuran. Vide Catellia. Cottam in. 2. parte memoralium. in verbo diem. Tamē ſolutionem de nocte poterit recuſare creditor, ſi damnum aliquod prætenderet, & fuiſſet paratus dilationē prorogare in diē craſtinū. glo. ſing. in. d. l. more. ſecūdū Bal. in Marga. in verbo oblatio. q. 2. & Iaſ. in. l. nō ſolum. §. morte. nume. 43. ff. de noui operis nunciat.

3 Præbēda theologalis quocūq; tpe vacet, theologis eſt affecta.

¶ Fallit in præbēda theologali, quæ eſt cōferenda theologo, quocūq; tempore vacet, cū. §. primus. de colla. in cōcord. non præfigat tēpus, ſed afficiat præbendā. ergo quocūq; tēpore vacet, quia eccleſia cathedralis debet habere theologū. c. ſuper ſpecula. de magiſt. quem non haberet ſi præbenda libere poſſet per ordinarios conferri.

¶ Secūdo fallit ī eccleſijs parochialibus in ciuitatibus exiſtentib[9], aut in villis muratis, per. §. ſtatuimus. ij. de colla. in cōcorda. qui nō repetit qualitatē menſiū. ergo quocunq; tempore vacent, nominatis, ſeu graduatis, aut illis qui ſaltem per triennium in theologia, vel in altero, aut in vtroque iurium ſtuduerunt, vel magiſtris artium debentur. Item hæc deciſio. §. ſtatuimus. eſt negatiua, videlicet vt non confeſtantur niſi graduatis, & ſupra expreſſis, quæ totum negat. gloſ. in. l. hoc genus. ff. de conditio. & demonſtrat. nam quando lex vel ſtatutum loquitur vniuerſaliter negatiue, tunc omnia excludit, etiam actum pium, & aliâs fauorabilem. l. obligati. ibi, ex hoc autē q pupillus nullam rem ſine tutoris auctoritate alienare pōt, apparet nec manumittere eū ſine tutoris auctoritate poſſe. ff. de. auctoritate tuto. Iaſ. conſil. 182. in præſenti. col. 1. volu. 2. ergo a cōtrario illis eſt cōferendū, quocūq; etiā tēpore vacent. Tertio ſubrogatū debet ſapere naturā ei[9] in cuius locū ſubrogatur. l. ſi eū. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cautio. ſed cōcordatum eſt ſubrogatū in locum prag. ſanctio. vt patet in procemio cōcord. Franciſcus. ibi, ſaltem vice illi[9]. & poſtea ibi, prag. ſanctio. vicē. & ī fine ibi, Ita vt ſanctionis vicē, inſtarq; plenū habeāt. & in rub. de approbatione conuentorum, ibi, loco prag. ſanctio. & in alijs locis. ſed in prag. præbēda theologalis & eccleſia parochialis nō faciebant turnū, ſed vltra tertiā partē cōferri debebant graduatis. glo. in. §. inſuper. & in. §. itē placuit. de colla. in prag. Sic vltra tertiā partē tēporis in cōcord. graduatis præſtituti eis debēt cōferri hæc beneficia, & ſic quocūq; tempore vacēt. Tertio ratio. d. §. ſtatuim[9]. eſt vt prouideatur literatis de hac eccleſia parochiali, & vt inſtruatur populus, qui eſt maior & idoneior in ciuitatibus & villis muratis, quàm ruri. ideo debent eis præfici viri ſcientia & moribus præditi, qui poſſint eos inſtruere: & tales præſumuntur eſſe huiuſmodi qualificati. & ſi

4 Eccleſiæ parochiales ī villis muratis ſitæ qualificatis debentur.

non conferrentur quocunq; tempore gra-
duatis,ceſſaret ratio concordatorum.nam
præfici poſſent ignari in illis eccleſijs, er-
go &c.ita tenet glo.in.§.in eccleſijs.in ver
5 bo parochialibus.de colla.in prag. ¶Ideo
affixi cõcluſionem.& defendi,ſic,beneficia
quocunq; tempore vacent,nominatis aut
graduatis debẽtur. intellige vt ꝓxime di-
xi,videlicet ſita in villis muratis,& quan-
do ſunt eccleſiæ parochiales,vel præben-
dæ theologales.

Concluſio Beneficia quocunq; tpe vacẽt graduatis aut noïatis debẽt.

¶Item epiſcopi & alij collatores tenentur
conferre beneficia idoneis.c.graue.de præ-
bẽ.& idoneus dicitur,qui eſt idoneus mo
ribus,ſcientia, & ætate.c.cum in cunctis.
in princi.de elect.vt maxime ſunt gradua-
ti.ergo eis debentur beneficia de iure quo-
cunq; tempore vacent,non tamen ſunt il-
lis affecta per cõcordata,niſi vacẽt in qua-
tuor mẽſibus ſupra deſignatis.& ſic poteſt
intelligi concluſio. vide tex.iuncta glo.in
c.j.de deſponſa.impuber.

6 ¶Regula ergo eſt, q; eccleſiæ parochiales
in villis muratis ſeu ciuitatibus exiſtentes,
debẽtur viris qualificatis,ſeu graduatis,aut
ſaltem qui per tres annos in theologia,vel
altero iurium ſtuduerint,vel magiſtris ar-
tium.d.§.ſtatuimus.quocunq; tempore va-
cent,quia ibidem commorantes ſunt maio
ris intellectus capaces ad inſtruẽdũ quàm
alij ruſticani, ideo habere debent peritio-
res,qui eos inſtruere poſſint.c.ſtatutum.in
princi.de reſcript.in.vj.& ſupra dixi.

Regula de beneficio villæ muratæ.

7 ¶Sciendum eſt quod eccleſia parochialis
dicitur,quæ habet parochiam ad eius cu-
ram deputatam. Panor.in.c.extirpandę.§.
qui vero.de præb.in repet.col.3.verſic.ve-
nio nunc ad aliquas. Vel parochiales dicũ-
tur,id eſt curam habentes.Card.in.c.quia.
col.2.q.3.de cleri.non reſiden. quod nõ eſt
verũ ſimpliciter,vt dico in.d.§. ſtatuimus.
8 2.in glo.parochiales. ¶Et cognoſcitur,qñ
quis in ea tenetur miniſtrare vel recipere ſa
cramẽta eccleſiaſtica,vt baptiſare,cõfiteri,
ſepeliri,& alia. Panor.ĩ.c.de multa.col.pe
nul.de præb.per glo.in verbo impẽdãt.in

Q' dę dicatur eccleſia parochialis, & quo cognoſcat.

cle.dudũ.de ſepult.Et vt parochiani diebus
dominicis miſſam audiant.c.vt dominicis.
de parochijs.& ex alijs quæ doct. tradunt
in rub.illius titu.& Roma.conſil.356.cir-
ca primum conſultationis.col.j.Et fuerunt
diuiſę per Dionyſium papam anno.266.
c.1.13.q.j.cap.paſtoralis.de his quæ fiunt a
prælat.

¶Item dicitur ciuitas,quę habet epiſcopũ. 9
c.epiſcopi.80.diſt.c.1.de priuileg.& villa
murata accipitur pro loco populoſo muris
circũdato,vt glo.tradit ĩ.d.§.in eccleſijs.in
verbo villis. & ſic beneficia municipiorũ,
& vt vulgo dicitur, villagiorũ, etiã muris
circũdatorum,non debentur graduatis, vt
ibidẽ dicit glo.quia in eis ceſſat ratio tex.

Ciuitas q' dicaẽ, vel villa murata.

¶Amplia,ſiue ſit graduatus in regno,ſiue 10
extra,cũ.d.§.ſtatuimꝰ.tm̃ requirat gradũ,
ſtudiũ vel qualificationẽ, & lex generali-
ter loquẽs gñaliter debet ĩtelligi.l.1.§. ge-
neraliter.ff.de leg.pręſtã.l.3.de off.pręſid.
glo.ĩ regula cãcella.Iulij ſecundi in.3.par-
te.dũmodo ſint promoti ĩ vniuerſitatibꝰ,
ſecꝰ ſi ſub bulla.Item quia vna & eadẽ eſt
ratio in illo,ergo & iuris deciſio procedet.
l.illud.ff.ad.l.aquil.quod nõ eſt verũ,vt di
co ſupra ĩ.q.10.princi.vbi licet plenius vi-
dere.

Graduati extra regnũ non poſſũt has parochiales eccleſia habere.

¶Secundo extende ſiue dictæ eccleſiæ pa 11
rochiales ſint intra ciuitates, ſiue extra in
ſuburbijs,quia eſt eadem ratio,& quia ap
pellatione vrbis & ſuburbia cõtinentur.l.
2.ff.de verb.ſignifi. not. in.c.ſi ciuitas.de
ſenten.excõmunica.in.vj.glo.in.§.in eccle
ſijs.in verbo exiſtũt.de colla.in prag.dicit
interueniſſe arreſtũ ꝓ eccleſia ſancti Lau-
rentij in ſuburbijs Pariſiorũ exiſtẽte.facit
quod ſtatutũ ciuitatis ſimpliciter diſponẽs
extẽditur ad totũ comitatũ. ſic per multa
cõſuluit Panor.cõſil.52.in quæſtione.42.
volu.2. quia eccłiæ quę ſunt ĩ cõtinẽtibus
ciuitatis,ĩ ciuitate eſſe videntur.l.ędificia.ff.
de verb.ſignifica. ſiue reſideãt,vel maior
ps ĩtra ciuitatẽ, ſiue extra, dũ tamẽ iuxta
ciuitatẽ ĩ cõtinẽtibꝰ ędificijs,quia rationes
ſupra dictę ĩ iſtis habẽt locũ.nã ſunt capa-

In ſuburbijs exiſtẽtes graduatis debẽtur.

ces doctrinę illi qui reſident in ſuburbijs ciuitatis,ita,ſicut ciues. ſecus in ruſticis longe diſtantibus a ciuitate. & ita reſpondiſſent cōditores,ſi de hoc fuiſſent interrogati, inſequendo ratione legis. ita & nos debemus dicere.glo.in.l. tale pactum.§.fi. ff. de pact.& iſta etiam tendunt in commodū epiſcoporū,vt graduatis idoneis conferāt, & animabus ſuis prouideant.

12 Qñ muri ſunt ob bellū deſtructi.

¶ Tertio amplia,etiam ſi muri eſſent bello vel alia ex cauſa iniuſta deſtructi, quia tunc non ceſſat ratio, nec diſpoſitio legis ceſſabit: ſecus ſi auctoritate ſuperioris fuerint deſtructi ob delictum. Lucas de penna in.l.fina.C.de quib. munerib.lib.x.vbi videbis.26.quæſtiones in materia murorū publicorū notabiles. Vide glo.hoc expreſſe decidentem in.d.§. in eccleſijs. in verbo exiſtunt.vbi dicit ꝙ quando facto tyranni, vel hoſtium, muri ciuitatis deſtruuntur, nō perdit priuilegia,ſecus ſi per delictum deſtruantur. Idem ſi muri ceciderunt, vel maior pars ob vetuſtatem,vt Melgorij iuxta Montempeſſulanum, quia iſtud priuilegium non conceditur propter muros,ſed ob frequentem populum ibidem inhabitātem: & dicitur quod locus non facit villam muratam, ſed materia, arg.l.vrbana.2. ff. de verbo.ſigni. & bonum eſſet quòd declararetꝰ expreſſe de villa murata, quia ſæpius in lingua Occitana dubitatꝰ propter municipia muris vallata.

13 Vicariæ ꝑpetuę ciuitatum graduatis debentur.

¶ Quarto extende etiam in vicarijs perpetuis eccleſiarum,cum regantur eodem iure quo parochiales, & illis æquiparentur. cle.vna.de offi.vica.glo.ī verbo.parochialibus.d.§.in eccleſijs. facit quod not. Rota deciſio. 273. fuit dubitatum. in nouis,vbi dicit ꝙ ſicut epiſcopus non diſpenſat cum rectore ſuper ætate,ita nec cum perpetuo vicario.

14 Prioratus an requirat qualificationē.

¶ Tamē non requiritur, ꝙ ille qui habet prioratū,ſit graduatus,vel qualificatus, quia nō habet curam niſi habitu. Panor.in.c. extirpandæ.in repet .§. qui vero. col.4. verſi. quæro penes quem. de præb. & infra in.5.limita.dico eccleſiam habentem curam habitu,non comprehendi. vide tamen Feli.in.c.poſtulaſti.col.2. & ſequē. de reſcript.

¶ Quinto amplia etiam in oppidis muris circundatis,cum ſit eadem ratio,de quibus in.l. pupillus.ff.de verbo.ſigni.Alex. in.l. j.§. ſiue autem.de noui operis nuncia.glo. in verbo Lombardiæ.in extrauag. qui ſint rebelles.& Feli.in.c.Rodulphꝰ.de reſcrip. quia ex communi vſu loquēdi etiam villa murata dicitur,qui debet attēdi. l.librorū. .§.quod tamen Caſſius.ff.de leg.3.l.labeo. de ſupel.leg.&.d.§ ſtatuimus.loquitur de villa & de ciuitate.aliqui tenēt nō dici villā muratā,niſi ſint ibi nundinę,aut mercatū.quod non firmo. 15

16 De plebania.

¶ Sexto amplia etiam in plebania. Feder. cōſil.80. factum eſt tale, legatus.vide eum cōſil.86.caſus talis eſt, prior.i fine. allegat tex.in.c.1.ne cleri.vel monach.in.6. vbi ſicut habens eccleſiā parochialē non poteſt audire iura ciuilia,ita nec plebanus.c.ſuper ſpecula.ne cleri.vel monac.quod intellige quando illa plebania eſſet intra ciuitatē, & eſſet parochialis,& curata,vt plebania ſancti Firmini in Montepeſſulano. alioqui cōtra,quia.§.ſtatuimꝰ.loquitur de parochialibus eccleſijs tantum,& plebania dicitur quæ ſub ſe habet capellas in quibus inſtituuntur clerici perpetui.tex.in.c.1.in fi.ne cleric.vel mona.in.6.plene Paul. de citad. in tract.de iure patro.in.3.parte.q.32.in.j. cauſa acquirendi.

17 Gradꝰ an requiratꝰ ſemper in villis muratis etiā his qui trienniū ſtuduerint.

¶ Septimo procedit,ſiue ille q ſtuduit triennium,ſit baccalaureus,ſiue nō,cum.d.§. ſtatuimus,hoc non exprimat,ergo nec ego debeo addere.nā primo dicit quod cōferātꝰ modo pręmiſſo qualificatis,ſcilicet graduatis vel nominatis,ſi ſint.ſi vero tales nō reperiantur,ſaltē his qui ſtuduerint per trienniū.& ſic dictio ſaltē (vt infra dicā)diminuit,& etiā quia nō repetit gradū.præterea quia ſupra ſtatuit quinquenniū ad aſſumendū gradū.in.§.præterea.& .§.tēpus cōpetens. ergo hic nō intelligit quod ſit graduatus ante tēpus quinquēnij cōpetēs,quia

nihil prodeſſet quo ad nominationes, nec quo ad beneficia habēda in vim gradus. Licē hoc dixiſſet tex. ſi voluiſſet. tñ cõtrariũ tenet glo. in verbo qſi ſit. in §. in eccleſijs. de colla. in prag. quę forte potuiſſet ꝓcedere per verba prag. ſec⁹ p hæc verba cõcordatorũ. Fallit in magiſtro artiũ, q habere debet gradũ. d. §. ſtatuimus. nec ſufficeret ſtuduiſſe etiam per quinq; annos ſine gradu.

Inſinuatio an requiraꝫ ad habenda bñficia in villa murata.

18 ℂ Primo limita qñ vnus nõ inſinuaſſet, & alius ſic, tũc ille qui inſinuauit, pręferri debet. d. §. ſtatuimus. ibi, modo pręmiſſo qualificatis. & ibi dixi in glo. & ſupra. q. 14. in fine. At ſi nulli eſſent q inſinuauerint, tamē tēpore vacationis vnus acceptat, illi dicerē deberi tũc propter illã alternatiuã, aut, & illã dictionē ſaltē in. d. §. ſtatuim⁹ poſitã, dũ tamē ꝓbaret ſe triēniũ ſtuduiſſe, quia melius eſt vt his etiã non graduatis aut qualificatis cõferãtur, ꝙ alijs ignaris. Et iſta videꝫ mēs cõcordatorũ, vt literatis ꝓuideaꝫ. quod optime fiet, ſi procedatur vt dixi. & etiã quia in. d. §. nõ repetit qualificationes, ſed tñ ſtudiũ.

Concluſio Epſs teneꝫ conferre beneficia noïatis etiã ſi non eidē inſinuauerit

19 ℂ Et ſic affixi cõcluſionē, ꝙ Epiſcopus & alius collator beneficia nominatis affecta, etiã ſi nõ eidē inſinuauerint, cõferre teneꝫ. intellige, vt dixi, vel qñ inſinuauit pdeceſſori, vt etiã ſup dictũ extitit, vel qñ cõfert iure deuoluto, quia bñficia deuoluũꝫ cũ illa qualitate, vt graduatis & nominatis cõferãꝫ. §. ſi qs vero. de colla. in cõcord. cle. vna. de ſupplē. negl. plato. vel itellige ĩ pbēda theologali nullo theologo exiſtēte q ĩſinuauerit, licet regulariter ĩſinuare debeãt graduati, ac noïati, vt ſupra dixi.

Papa per mandatũ vel præuentionem cõfert nõ qualificato.

20 ℂ Secũdo fallit qñ eſſet mãdatarius, quia ille pręferꝫ etiã in eccleſia parochiali in villa murata exiſtēte ſecundũ quoſdã. rub. de mãd. apoſto. §. 1. in cõcord. quia apoſtolicus alteri pferri debet. c. hi. de pręb. in. 6. & hoc ꝓbaꝫ ibi, quomodocũq; qualificata. quod ibidē reprobaui per multas rationes, quas ibidē vide, ſi lubet.

21 ℂ Tertio reſtringe qñ papa pueniēdo cõfert nõ graduato vel nõ qualificato, qa hoc ſibi retinuit. in. d. tit. de mãd. apoſt. §. declarãteſ. & ibi in glo. qualificata, reliqui cogitãdũ, quia videꝫ peruerti ſtatus eccleſię Gallicanę, quē ſtatũ papa cũ rege cõſtituit eccleſijs parochialib⁹ villarũ muratarũ. Ideo per alterũ nõ poteſt immutari. nõ tñ firmo, ſed iſtud videꝫ eſſe iuſtũ.

Simplex bñficiũ & pbēda an qualificatus debeaꝫ

22 ℂ Quarto limita qñ beneficiũ ſimplex eſſet intra ciuitatē, aut aliqua capellania, tũc nõ cõprehēdereꝫ, quia vbi verba & mēs nõ cõueniũt, nõ cõuenit eius diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de dãno infecto. itē quia tex. in. d. §. ſtatuimus. loquiꝫ de eccleſijs parochialibus, nõ de beneficijs ſimplicibus, in quibus ceſſat ratio. d. §. ſtatuimus. Idem in præbēdis in ciuitatib⁹ exiſtētibus, vel in villis muratis, vt nõ debeanꝫ graduatis, quia textus in. d. §. ſtatuimus, tãtũ loquitur in eccleſijs parochialibus, & ſic nõ habet locũ in prębendis. Fallit quãdo vna eſſet deputata curæ, tũc graduato eſſet cõferenda, vt hic patet, cũ rõ ſup aſſignata in hoc caſu ꝓcedat.

Parochialis actu debet eſſe anteꝗ debeaꝫ qualificato.

23 ℂ Quinto fallit quãdo eſſet parochialis habitu, vt pote quia ibi nullus remanſit parochian⁹. nã tũc ceſſat ratio dicti. §. ſtatuim⁹. ergo & diſpoſitio ceſſabit. c. cũ ceſſante. de appellatio. glo. in. d. §. in eccleſijs. in verbo parochialibus. hoc in proprijs terminis tenet, & cõmuniter approbaꝫ, quia deficiētibus pſonis collegij deſinit eſſe collegiũ. Sic deficiētibus parochianis, deſinit eſſe parochialis eccleſia. nota. in. l. ſicut. ff. qđ cuiuſq; vniuerſit. nomi. Archid. & alij in. c. licet canon. de elect. in. 6. vbi cõcluditur, ꝙ habēs iſtam eccleſiã, non tenetur promoueri intra annũ. glo. in extrauag. execrabilis. Io. 22. in principio. in verbo habētia. de pręb. Panor. & Decius in. c. paſtoralis. §. fina. de reſcrip. Barb. in conſil. 17. præclare. col. 5. in. 1. volu. vbi dicit iſtam opinionem eſſe communē, per ea quæ notantur per illum tex. in clem. vna de offic. vicar. inquantum loquitur de eccleſijs curam animarũ habētibus, quia illud dicitur haberi, quod cum effectu habetur. l. nomen filiarum. §. habere. ff. de verbo. ſignifica. Etiã dicitur quòd verba accipi debent cum effectu. l. j. §. 1. ff. quod quiſque iuris. Aegidius de bel-

la mera conſil. 38. ſuppoſito . colum .3.
verſiculo, nec obſtat quod benedicet &c.
& pro hac opinione facit tex.ī.l. vinaria.
ibi, tādiu in ea cauſa eſſe,q̄diu vinum ha-
berent.cum ſine vino eſſe cœpetint,deſine
rēt in eo numero eſſe.ff.de verb. ſig.niſi eſ
ſet veriſimile ꝙ parochiani breui eſſent re
uerſuri.Colle.in.c.de multa.col.1.de pręb.
arg.c.paſtoralis.7.q.1.

24 ℭSexto fallit quando eſſet graduatus ſub
bulla,quia textus in dicto.§.ſtatuimus,di-
cit in vniuerſitate priuilegiata, ergo non
poſſent habere illā eccleſiā hoc genꝰ gra-
duati,quia nō ſunt in vniuerſitate ꝓmoti.
Itē quia nō ſūt ꝓmoti ī vniuerſitate famo
ſa,de qua tex.intelligitur, & quia non gau
dent priuilegijs aliorū i hoc regno, vt ifra
dico.q.vlt. & ſupra dixi.q.decima pleniꝰ.

25 ℭSeptimo fallit in licentiato in artibꝰ,vel
in illo qui ſtuduerit triennium in medici-
na,cum tantum exprimatur in.d.§. ſtatui-
mus. ille qui ſtuduit in theologia, vel in
altero iuriū, & magiſter artium, ergo alij
excluduntur,argu.l.cū prætor.ff.de iudic.

26 Parochias in annexa nō debet.
ℭOctauo nō procedit quando eccleſia pa
rochialis eſſet acceſſorie annexa alteri non
exiſtenti in villa murata,vel i ciuitate, tūc
qui eſt capax principalis,erit etiam capax
acceſſorij,nec cōferri debet,vt hic arg.tex.
in.c. ſuper eo. de præb.in.vj.hoc expreſſe
tenet gloſa in.d.§.in eccleſijs.in verbo pa-
rochialibus.in fine.quia acceſſorium ſequi
naturā principalis cōuenit.l. cū principa-
lis.ff.de reg.iur.& dicta reg. acceſſorium.

27 ℭFacit ꝙ ſi epiſcopꝰ diſpēſaret cū illegiti
mo ad beneficiū ſimplex, ſi illi eſſet anne-
xū curatū,erit diſpenſatus capax & anne-
xi.Domi.& Peruſ. in.c.1. de filijs preſby.
quia vbi bn̄ficiū eſt vnitū alteri, illud an-
nexū perdit nomen beneficij. Rota deciſ.
370. nota ꝙ vbi.in antiquis.nec in eo te-
netur rector reſidere, nec ad ſacerdotium
intra annū promoueri.c.extirpādę.§. qui
vero.& ibi dixi de præb. Nicola.miliꝰ in
verbo eccleſia parochialis.vlti.

28 ℭNono limitatur quando eſſet eccleſia
parochialis collegiata,tunc non procede-
ret quod hic dicitur, per.c. ſtatutum.iun-
cto.c.licet canon.de electio.ī.vj.& ibi mul
ta addidi.tū quia ſunt diuerſa, tū quia no-
minādo minꝰ,nō cōprehēdit maiꝰ,ſiue di
gniꝰ.c.ſedes.de reſcript.glo.i verbo paro-
chialibꝰ.i fine,ī.d.§.i eccleſijs. ℭDecimo 29
nō ꝓcedit quādo vacaret i curia, quia tūc
libere ſolus papa confert.c.2.de præb.ī.6.
limita vt dico ſupra. q.15. nu.27. & ſeq.

ℭVndecimo fallit quando conferretur ex 30
cauſa permutationis nō qualificato,dū ta-
men modo ſit graduatꝰ iure.nā tunc ſuffi-
ciet,quia vbi eſt eadē ratio,& idē ius eſt ſta
tuendū.l.illud.ff.ad leg.aquil. ſed eadē ra-
tio procedit in hoc caſu quando confertur
graduatis,etiā qui non inſinuauerunt,quę
in alijs qui inſinuauerint . nam inſinuatio
nil addit ad doctrinā.ergo ſufficiet cōferre
bn̄ficiū i villa murata ex cauſa ꝑmutatio-
nis rite graduatis. Secūdo bn̄ficia vacātia
cauſa ꝑmutationis ſunt excepta in.§.volu
mus,ſupra de colla. ergo & in.§. ſtatui-
mus, immediate ſequēt.excipiētur,videli
cet vt cōferri poſſint graduatis tm̄, etiam
nō inſinuatis. ℭTertio forte nō maior fa-
uor parochianorū erit habere nō inſinua-
tū,q̄ eū qui inſinuauit, dūmodo vterq; ſit
graduatus. nā populū vno tenore vnus &
alter iſtruere poterit. ℭQuarto bn̄ficia nō
poſſunt cōferri alijs q̄ permutātibꝰ.c.vno,
& clem.vna de rerū ꝑmuta. in.c. inter. &
ibi docto. de præbē. ſi ergo quis permutet
cū rite graduato, illi eſt cōferenda eccleſia
parochialis villę muratę. ℭNon obſtat ꝙ
nō ſit pręmiſſo modo qualificatꝰ, quia ꝑ
æquipollēs pōt dici modo præmiſſo qua-
lificatꝰ, vt tradit gl.i.§.i eccleſijs, i verbo
qualificatę. de colla. in prag. vbi exponit
tex.vt ſupra qualificatę,puta magiſtri,aut
doctores,vel licētiati i theologia, in iure,
vel medicina. & nil dicit de inſinuatiōe.
vel etiā pōt dici ꝙ illa qualificatio nō req-
rit i bn̄ficio vacāte ex cauſa ꝑmutationis.
idē dico in theologo vt poſſit ꝑmutare cū
licētiato vel baccalaureo formato etiā nō
īſinuato, poſtq̄ ꝑmutat cū idoneo & capa
ce,vt etiā notatur ī §.1.i glo.alteri.de col.

¶Duodecimo fallit, ſi dicta parochialis eccleſia vacaret in menſibus ordinariorũ: quia tunc poterit ordinarius conferre graduato, etiam non inſinuato, per §. pręfatiq; ordinarij. ibi, libere cōferãtur. de colla. alioqui nō diceretur ordinarius libere cōferre. quod cōcedit eidē tex. Item ibi dicit poſſint libere, ergo illa poteſtas omnino non videtur ſublata. Secundo conferendo graduatis etiam non inſinuatis, ſatiſfit rationi legis, ſatiſfit & graduatis, & parochianis, & ordinarijs, ergo iſte intellectus conformis omnib⁹, debet teneri. Tertio p hæc concordata intendunt conditores grauare ordinarios minus q̃ poſſunt. arg. tex. in. l. vnũ ex familia. §. ſi rem. ff. de lega. 2. Iaſon cōſil. 109. in. 2. volu. ſed minus grauãtur in hoc caſu, qñ in ſuis menſibus vacant, vt libere cōferãt, graduato tamen, & eligere ex plurib⁹ poſſunt vnũ. Quinto in §. ſtatuimus, primo, de collatio. dicitur ꝙ ordinarius poterit cōferre his qui inſinuauerint, quo ad beneficia in mēſibus eis deputatis vacantia. ergo in mēſibus ordinariorũ poterunt cōferre idoneo, & capaci, licet non inſinuauerit, quia capax eſt iſtorum beneficiorum graduatus.

¶XVII QVAESTIO PRINCIPALIS.

1 ¶XVII principaliter quæritur, quid agere debeant nominati, vel graduati, dum beneficia vacant in tempore eiſdem aſſignato? Reſpon. debent requirere, & vt dicunt, ſummare collatorem, vel eo abſente ſuum vicarium, vt eiſdem conferat tale beneficiũ vacãs. §. teneantur, in fine, de colla. qui ſi conferre recuſauerit, ad ſuperiorē immediatum debet accedere, & ab eodem collationē petere ſibi fieri iure deuoluto. hanc practicam tradit glo. non ita plane tamen, in. §. quod ſi quis cuiuſcũq;. de colla. in verbo eo ipſo. in prag. Er ſi ille ſuperior recuſauerit cōferre, accedat gradatim ad alium proximũ ſuperiotem, & poſtea ad legatum, vel ad papam. hoc tradit tex. in. §. ſi quis vero cuiuſcunque. de colla. in concord. Aduertēdum eſt tamen, ꝙ ſi nominatus requirat ſibi conferri iure deuoluto, licet nō ſic vacaret, & archiepiſcop⁹ confert, non valebit collatio, etiam ſi ex alio capite illam collationem facere potuiſſet. tex. no. & ibi Panor. & alij i. c. ex parte. de cōceſſ. prębendæ. Decius cōſil. 129. & pro tenui. col. 3. vbi dicit ꝙ quando epiſcopus facit actum ex iure ſibi deuoluto, & illud non ſit verum, ille actus eſt nullus, etiã ſi ex alio capite illũ actum facere potuiſſet. vide tamen ibi, quia hodie in ſingulis collationibus ſolet apponi clauſula, vel alias quouiſmodo vacet. & ſic ceſſat dubium.

Nominati quid agere debeant dum beneficia vacant in tempore eiſdem aſſignato.

¶Quæro, intra quod tempus nominatus vel graduatus debeat petere ſibi conferri beneficiũ? Videtur ꝙ ſimul atque ſcit vacare. arg. l. in omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur. ff. de reg. iur. Et ſic ſtatim debet acceptare & requirere, ſaltē intra mēſem. clemen. vna de conceſſ. pręb. 2

Intra q̃d tēpus nominatus vel graduatus debeat petere ſibi conferri beneficium.

¶Item quia eccleſiarum vacatio diutina eſt diſpendioſa. c. q̃ ſit. de elect.

¶Contrarium eſt verius, quod poſſit requirere & acceptare intra ſex menſes, intra quos ordinarius poteſt cōferre, vel patronus præſentare. c. vno de iure patro. in 6. c. 2. de conceſſ. præb. quia poſtquam in concordatis tempus requirendi nō eſt ſtatutum, erit arbitrariũ. arg. c. ſi clericus. de præb. in. vj. glo. in verb. ſcilicet. §. itē quod omnia. de collatio. in pragma. Et ita debet arbitrari, vt infra tempus quo poteſt per ordinarium conferri, requiratur. Brunel. in tract. de dignita. lega. 19. cōcluſio. in. 6. declara. alioqui collatio ad ſuperiorem libere deuoluitur. Et ita communiter tenetur. nam ſicut bonorum poſſeſſio competens alicui, debet intra tempus a iure ſtatutum peti, alioqui repellitur is qui vult petere. l. penul. ff. quis ordo in bono. poſſe. ſeruet. & l. 2. C. qui admitti. ſic erit in requiſitione nominati & graduati. nec obſtat quod in contrarium allegatur, videlicet dicta. l. in omnibus, quæ loquitur in cō

tractu quando quis promiſit decem, vel
aliam rem, videtur voluiſſe dare ſtatim,
quia in poteſtate ſua erat exprimẽdi aliud
tempus, ſi voluiſſet.l.veteribus.ff.de pact.
nec obſtat.d.cle.vna. quia loquit̃ in expe-
ctante apoſtolico cum clauſula acceptãdi.
nam illi datur tantum menſis.hic de alio
expectante, vtpote de nominato vel gra-
duato. Nec obeſt quod vacatio ſit diſpen-
dioſa, quia permittitur vſq; ad ſex menſes
poſtquam illud tempus eſt præſtitutum a
iure ad cõferendum. ¶ Quid in exemptis?
vide glo.in.d.§.quod ſi cuiuſcunq;. in ver-
bo gradarim, in prag. & in.c.cupientes. de
elect. & ibi no.plene dixi in.§.ſi quis vero.
in verbo, ad aliũ ſuperiorẽ, de colla.ſupra.

3 ¶ Secundo quæro. pone quod nominatus
iuit ad archiepiſcopũ, non facta requiſitio-
ne primi cõferentis, & facta eſt eidem col-
latio.ordinarius cõtulit alteri, vtra collatio
valeat? Videtur ꝙ ſuperioris, propter eius
prærogatiuam.c.ſi a ſede.de præbẽ. in.vj.
Item quia in collationibus attẽditur tem-
pus datæ.c.eam te.de reſcrip.c.ſi eo tem-
pore.illo titu.in.vj.

Collatio ab archiepo facta nõ regſito pri' epo nõ valet.

¶ In contrarium me trahit text.in.d.§.ſi
quis vero cuiuſcunq;.vbi primo requiren-
dus eſt primus conferens, quia non dicitur
facta deuolutio ad ſuperiorem antequam
primus recuſet, vel male conferat, vel tẽ-
pus ſex mẽſium ſit elapſum. Sed non recu
ſauit qui non fuit requiſitus, nec male con
tulit, ergo non fuit intra ſex menſes facta
deuolutio, quia ibi non eſt mora, vbi nec
petitio.l.eius qui.ff.ſi cer.peta.hic nõ erat
mora per ordinarium primum, quia non
fuit ab eo petitum.ergo non valet, quia nõ
poteſt dici deuolutũ. Facit quod dicit Bal.
in.l.j.§.magiſtratibus.ff.de magiſtra.con-
uenien.vbi dicit ꝙ ſi per ſtatutũ puniatur
poteſtas nõ inquirẽs, excuſat tamẽ ſi nemo
eidẽ denũciauerit. ſequit̃ Iaſ.cõſi.168.ſtatu
to.col.j.in.2.vol.hoc etiã eſt introductum
in fauorẽ ordinariorũ, vt cõferãt antiq ori,
& ei q inſinuauit, ꝙ nõ perquirit is q iure
deuoluto confert, ſed primo petẽti regula-
riter cõfert. & ſic anfractibꝰ & expẽſis one
rant̃ noiati, quod ius reprobat in.c.diſpen-
dia.de reſcrip.in.vj.imo etiã ſi notorie cõ-
ſtet quod eps cõtulit alicui, adhuc debet re-
quiri, vt tenet glo. in.§.quod ſi quis cuiuſ-
cũq;.in verbo, eo ipſo.de colla.in prag.di-
cẽs ita teneri de cõſuetudine, quæ eſt opti-
ma legũ interpres.l.ſi de interpretatione.
ff.de legi.ſequit̃ Brunel.in trac.de dignita-
te legati.19.cõclu.in.6.declara.quia ſi cõtu
lerit indigno, & nõ noiato, poterit nũc cõ-
ferre nominato ſecundum eos. Sed contra-
rium infra dicam, ergo eſt requirẽdus. Nõ
eſſet tamen os ponere in cælũ, dicere, quã-
do notorium eſſet collationem eſſe factam
a primo collatore qualificato indigno, vel
quando probatur fuiſſe factam ante archi-
epiſcopi requiſitionem, collationem archi-
epiſcopi valere, & requiſitionem primi nõ
requiri, tum quia in notorijs non requiri-
tur citatio, ergo minus requiſitio. Decius
in.l.fin.ff.de iuriſdi.om.iud. &.c. cum ſit
Romana.de appel. poſt Bal.in marga.in
verbo citatio.q.96. & Nicol. de Milijs in
reperto.in verbo citatio.q.86.Barb.in cõ-
ſil.70.col.5.in.4.volumi. tum etiam quia
ſi primus collator conferret iſti ſecundo
nominato requirenti, iſta collatio eidem
non prodeſſet, ergo fruſtra requireret. ideo
non eſſet malum in notorijs adire ſuperio
rem, etiam ſine requiſitione primi collato-
ris. nam concordatum non aſtringit nos
ad hoc faciendum, ſed requirit tantũ quod
primus diſpoſuerit. ergo ſi poſſit probari
quod primus diſpoſuerat, ſufficit, quia de-
uoluta erat poteſtas ad ſuperiorem, & ſic
potuit conferre iure, & hoc in his caſibus
in quibus non poteſt variare: alioqui con-
tra, vt proxime ſequitur. tutius eſt ante fa-
ctum, ne proceſſibus inuoluaris, vt primũ
requiras collatorem. poſt factum non an-
nullarem collationem habitam ſine requi-
ſitione, ſi iam erat facta collatio. 4

¶ Tertio quæro, quid ſi eps beneficiũ va-
cãs in tẽpore debito noiatis vel graduatis,
cõferat nõ nominato vel non graduato, an

Ordĩarius conferens nomiato, an poſſit variare.

poſtea noiato requirēti poſſit conferre,vel
graduato? Videt ꝙ non.variatio enim eſt
prohibita , maxime epiſcopis & perſonis
eccleſiaſticis.clemē.vna de renuncia. ergo
non variabit alteri conferendo.
℄ Secundo facit,quia nemo poteſt mutare
cõſiliũ ſuũ in alterius iniuriã.reg.nemo po
teſt mutare.ff.de regu.iur. ſed p collationē
eſt quęſitũ ius illi cui eſt collatio facta etiã
abſenti.c.ſi tibi. de pbē.in.vj.ergo in pręiu
diciũ illius nõ mutabitur collatio illi facta.
℄ Tertio,collator cõferendo incapaci fun-
ctꝰ eſt officio ſuo,ſicut iudex qñ iudicat,ſi-
ue bene ſiue male iudicet.c.ĩ lr̃is. de of.de-
leg.dixi in repe.l.quod iuſſit.ff. de re iud.
℄ Quarto,prima collatio impedit ſecun-
dam,donec prima ſit irrita & annullata.c.
poſt electionē.de conceſ.pręb. ergo & hic.
c.noſti.&.c.conſiderauimus.de elect.
℄ Quinto,collatio facta poſt deuolutionē
poteſtatis ad ſuperiorē,vbi deuolutio fit
ipſo facto,vt in hoc caſu,eſt nulla.c.licet.&
c.fina.de ſupplen.negli.prælato.ſed deuo-
lutio fit ipſo facto,per .§. ſi quis vero. de
colla.in concor.igitur &c.
℄ Sexto,per collationē confertur ius ei cui
confertur beneficium. probatur per locum
a ſpeciali,in.c.ſi tibi abſenti. de præben.in
vj.c.gratia.de reſcrip.eo.lib.vbi nõ acqui-
ritur ius abſenti,vt ſuum dicere poſſit ante
acceptationem,ergo pręſenti ſic,ſumendo
argumentum a contratio ſenſu , quod eſt
validum.l.j.ff.de off.eius. ſic qui contulit
non nominato,poſtea nominato conferre
non poterit. alioqui quotidie ſic variaret,
& infinitas collationes faceret, & nomina-
tos p roceſſibus inuolueret, quod maxime
eſt vitandum.In cõtrariũ videtur.c.fin.de
iure patro.vbi capitulũ Eboraceñ.contulit
eccleſiã eligendo,& quia ad eos ſpectabat
tantũ ius patronatꝰ, poſt appellationē fa-
ctã voluerũt præſentare, quod cõcedit ibi
papa.ſic etiã hic concedēdũ eſt,vt ſi colla-
tio fuerit facta nõ qualificato,ꝙ fiat poſt-
ea qualificato.℄ Secũdo facit,ꝙ melius eſt
ſeipſum corrigere,q̃ ab alio corrigi ſpecta-
re.§.j.in auth.de nup.col. 4. & ſapiētis eſt
in melius mutare cõſiliũ.glo.in.l.nõnunq̃.
ff.de colla.bono.ac magnæ ſapiētiæ eſt re-
uocare quod male egeris. c. magnæ. 22.q.
4.dixi plene in rationibꝰ dubitãdi in re-
peti.l.quod iuſſit.ff.de re iudi.
℄ Itē nõ præſtat impedimētum , quod de
iure nõ ſortitur effectũ.reg.nõ præſtat.de
regu.iur.in.vj.ſed hæc prima collario eſt
nulla ratione decreti poſiti in cõcord.in.§.
ſi quis vero.proſequēte nominato.ergo nõ
præſtabit impedimentum ad ſecundã col-
lationem faciendam.Probatur etiam in.§.
fin.de colla.in cõcord.vbi adſtringit colla-
tores ad cõferēdũ noiatis vel graduatis ſub
pœna ſuſpēſionis qñ ipſi reqrēt,vel qñ cõ-
ſtat aliquos eſſe noiatos.ſed qñ primꝰ col-
lator cõtulit, nõ apparebat eidē eſſe aliquē
noiatũ q vellet beneficiũ. ergo quãdo cõ-
ſtabit,poterit cõferre,quia de nouo perue-
nit ad notitiã ſuã eſſe aliquos nominatos,
vel noiatũ,& illa notitia multũ prodeſt.c.
vt circa.de elect.ĩ.6.c.paſtoralis.de excep.
℄ Inſup qñ nõ eſt adiecta dies,poteſt mo-
ra purgari,vel qñ eſt adiecta ante diei la-
pſum.l.celſus.ff.de arbit.l.& ſi poſt tres.ſi
qs cautio.l.ſi inſulã.de verb.oblig. ideo vt
euitet pœnã collator,poterit rite conferre
nũc,licet primo defecerit alteri cõferēdo,
qa executor mãdati apoſtolici ſi cõtulerit
beneficiũ nõ debitũ mihi,poterit iterũ cõ-
ferre etiã ſine nouo mãdato ei cui debebat.
Ita Card.in.c.capitulũ.q.18.de reſcript.ſic
& collator in caſu iſto.℄ Idē puto dicendũ
ſi collator cõtulerit bñficiũ corã eo reſigna 5
tũ,qa ſi poſtea nõ vixerit reſignãs per.xx.
dies,poterit ordinarius illud bñficiũ alteri
de nouo cõferre,cũ alio iure vacet, videli-
cet p mortē:& qñ ſine culpa collatoris col
latio irrita fit vel electio,tũc reuertitur ad
eoſdē,& poſſũt variare,& eligere aliũ.tex.
eſt expreſſus in.c.ſi cõpromiſſarius.de elec.
in.vj.ſed iſta collatio prius facta de benefi-
cio corã eis reſignato,eſt nulla,per regulã
cãcel.diſponētē beneficiũ vacare p mortē,
ſi reſignãs ante.xx.dies moriat. ergo &c.

¶Præterea facit.d.c.nõ pręſtat.de reg.iur. in.vj.& dicit Domi.in.c.ſi tibi abſenti. de præb.in.vj.quod ſi ordinarius contulerit Bernardo beneficium,& is recuſauit,quod ordinarius poterit iterũ alteri conferre. ſic & i hoc caſu dico,vt Ioã.de Selua i tracta. de beneficio i.3.parte.q.33.refert.& ſic ordinari⁹ qui i mẽſe Iulio cõtulit bñficiũ vacãs per reſignationẽ nõ noĩato, ſi reſignãs moriať ante.xx.dies, poterit iterũ & debebit cõferre noĩato.ſi vero cõtulerit in mẽſe Aug.[illegible] bñficiũ vacãs per reſignationem, & reſignãs moriatur ante.xx.dies,poterit idem ordinarius alteri conferre vel eidem beneficium illud quod nũc vacat per mortem,per prædicta, vel alteri.

An regula de. xx. dieb⁹ habeat locũ in ordinario.

¶Nec refragatur conſilium Decij.224.in caſu.in fi.ſatis leuiter datum,vbi dicit illã regulam cancella.18.non habere locum in ordinario,quia regulæ cancellariæ nõ ſunt leges generales,ſed tantum ligant reſignãtes coram papa.nam in pontifice eſt maior pręſumptio ſubreptionis,quàm in ordinario.allegat clemẽ.j.de off.ordina.debet allegare clemẽ.vlt.ibidẽ.ergo in papa tantũ habebit locum.Contrarium teneo, videlicet quod illa regula habet etiam locum in ordinario,quia regulæ cancellarię extractę ex rationibus iuris naturalis ciuilis vel canonici, a populo receptæ, habent vim legis,& ligant omnes,ſicut ratio legis,etiã ſi nõ eſſet regula:& ſunt ſeruãdæ,præſertim viuẽte earũ conditore, vbi nõ ſunt iuri cõtrariæ,nec decretis ſanctorũ patrum. Io. And.in regula,nemo poteſt.de reg.iur.lib. 6.in Mercuria. vt refert Aufre. in deciſio. capel. Tholoſa.q.444.an regulę.& ſapiũt naturã legis.Io.Frãciſ.in p̃fa.ad extrauag. Io.22.& ligãt omnes.c.1.de cõſtitu.ne ordinari⁹ ſit melioris cõditionis q̃ papa, etiã in ordinario procedet.d.regula.Ideo cõcludit de Ripa in.c.2.in fi. de reſcript. regulã de veriſimili notitia habere locũ etiã in ordinario,quia extracta fuit de corpore iuris, videlicet de.c.deteſtãda.de cõceſſ.pręb.Itẽ hęc regula de.20. diebus eſt extracta a.c.1. de præb.ergo habebit locũ etiã in ordinario,ne in beneficijs fiat teſtamẽtũ, & ne ſucceſſio deť in illis. nec aliqd facit ſurreptio, quia nõ agitur de ſubreptiõe in illa regula. ¶Itẽ ſi regulæ cãcellariæ loquanť de actu expediendo in curia, non habebũt locũ extra curiã:ſed quando loquũtur ſimpliciter, ſic.Feli.in.d.c.2.col.penult. ſed iſta regula loquitur ſimpliciter, ergo habebit locum tã in curia q̃ extra, & tã in papa, legato,q̃ in ordinario.¶Pręterea eſt facta ad obuiãdũ malitijs & ſuaſionibus illorũ qui inducũt aliquos ſemimortuos ad reſignandũ,& quodãmodo ad faciẽdũ teſtamentũ de ſuo bñficio, qđ ſecũ moriẽdo ferre nõ poteſt, vt tenet glo. in.d. regula.& licet curiales dederit cauſã faciẽdi,tamẽ nõ min⁹ habebit locũ i alijs.l.j.ff. de poſtulã. & ſic recepta eſt a plamẽtis.& ad euitãdũ iſtas opiniones papa modern⁹ Paul.3. addidit dictę regulę,quauis auctoritate conferať. Et ſic hodie nõ eſt ampli⁹ dubitãdũ,quin habeat etiã locũ i ordinario.& ita teneo,q̃uis multi dubitẽt. Non obſtãt ſupra allegata, vc3 ꝙ variatio ſit ꝓhibita. nã qñ tẽdit ad bonũ,nõ ꝓhibeť.d.c.magnę. nec diciť variare,q a facto quod notorie nõ valet, recedit.d.c.cũ terra. p.l.2.ff. de optio. lega. Panor.i.c.cauſã.de electio.nec diciť collator variare i iniuriã nõ noĩati, quia eidem nõ poterat fieri collatio ꝓſequẽte noĩato. ideo qñ apparebit noĩatus, & ꝓſequetur, collatio erit irrita, ideo mutabit cõſiliũ in cõmodũ noĩati,lege hoc dictãte.& malua eſſet incõmodũ nõ qualificato, ſi ꝓſequereť collationẽ nullã.nã ſuperior etiã cõferret ſi ordinarius primus recuſaret. ¶Nec obſtat ꝙ prima collatio ĩpedit ſecũdã, qa verũ eſt qñ ambę collatiões fierẽt ab eodẽ ordinario eodẽ iure,ſed prima fit iure ordinario,ſecũda fit coacte, vc3 reſpectu nominatiõis vel grad⁹. ideo prima nulla nõ ĩpediet ſecũdã.glo. i.d.c.cõſiderauim⁹.de electio.&.d.c.ſup eo.vbi etiã collatio nulla nõ impedit quin ſecũda fiat etiã prima nõ ãnullata. Pãor.i.c.auditis.col.2. đ elec. & idẽ qñ collatio ſcđa fiebat a diuerſo collatore. & cẽſeť etiã diuerſ⁹,qñ vn⁹ diuerſo

iure cõfert, quia prima nõ impedit ſecũdã. c.quia diuerſitatem.de conceſſ. præbẽ.hoc firmat in proprijs terminis glo.in.§. ꝙ ſi quis cuiuſcunq;.in verbo,eo ipſo.de colla. in prag.quam ad verbum tranſcribit Ioã. de Selua in tract.de beneficio in.3.parte.q. 47.& infra dicetur. Vel non obſtat quod non valeat ſecunda collatio vel electio,prima non caſſata. Reſpon.verum eſſe quãdo non cõſtabat notorie primam viribus nõ ſubſiſtere.& ita intelliguntur iura prædicta.ſecus ſi conſtaret primam eſſe nullam, quia tunc electio ſecunda fieri poteſt, vel collatio,etiam non caſſata prima.c. cũ terra.in fi.ibi,tãdiu in electione &c. &.c. auditis.de elect.Vnde quando collatum fuit ignotanter beneficium indigno,tunc quia notorie non conſtat de illa indignitate,& ignoranter cõferẽs nõ eſt priuatus poteſtate cõferendi vel eligẽdi,ideo pendente illo dubio nõ poteſt iterũ cõferre vel eligere,& ſic loquit.d.c.inter dilectos.& ibi Panor. col.3.dicit iſtũ eſſe verũ & clarũ intellectũ. ſed in hoc caſu notorie cõſtat collationem primã,vel electionẽ factã per reſignationẽ eſſe nullã ratione regulæ cãcellariæ,qa ius eſt certũ & notoriũ.l. ornamentorũ.ff.de au.& arg.leg.& etiã extrauagãs recepta.c. paſtoralis.de fide inſtru.vbi nota.& idẽ in regula cancellariæ recepta q̃ ꝓ iure habet, vt ſupra dictũ eſt.Ideo ſi primo præſentatio fiat vicario non habẽti poteſtatẽ inſtituendi,ſecũdo ſit epiſcopo, valebit ſecũda p̃ſentatio,cũ prima ſit notorie nulla.not.i.c. 1.de iure patro.Itẽ litis cõteſtatio corã iudice incõpetenti facta,ꝓ nõ facta habetur.l. ſi pater.C.ne de ſtatu defuncto. & ibi glo. Barb.in.c.Raynald⁹.col.35.de teſta.Item iudex ordinarius poſtq̃ ſententia eſt nulla, denuo cognoſcit.l.ſi vt proponis.j.C. quõ & quando iudex.l.ſi accuſatoribus.de accuſa.& ſi prima collatio vel electio ſit ipſo iure nulla,valet ſecũda electio,nõ tanq̃ ſecũda,ſed tanq̃ ſola:quia quod nullum eſt,nullius eſt autoritatis vel ordinis. Bal.i.d.c.cõſideraui m⁹.in prin.& prima collatio nõ dicit,ſed nulla.c.fact⁹.7.q.j.ibi,iã nõ ſecũdus ſed nullus eſt.dixi in glo.duobus. de mãd. apoſtol.§.1. ¶Nec obeſt ꝙ funct⁹ erat officio ſuo,quod eſt verũ qñ iure cõtulit,ſecus ſi nulliter,quia nõ ꝓſtat &c. vt ſupra dixi. ¶Vltimo reſpondetur in glo. diſpoſuerit, & glo.diſpoſitiones.de colla.ſupra.

¶Quarto quæritur,ſi cõtulit ſecundo nominato,poſtea primus requirit, & facit fidem de prioritate,an poſſit conferre idem ordinari⁹ iſti antiquiori nominato? Et breui reſpon.videri ꝙ non,quia hoc caſu non confert diuerſo iure,ergo non poteſt,vt in cap.poſtulaſtis.de conceſſ.præbẽ.ideo primo non debet cõferre,niſi appareat de antiquitate & prioritate nominati.Et ſic bonum eſt ꝙ collator videat omnes nominatos qui inſinuauerunt illo anno,& iuxta antiquitatẽ eorũ illis prouideat.& hoc modo faciunt cauti collatores.vide quæ dixi in.d.§.ſi quis vero.in verbo diſpoſitiones.&c. 6 Si cõtulit ſecũdo,an idẽ poſſit primo conferre.

¶Fallit etiam quando collator vellet conferre iterum ſine requiſitione qualificati, quia tunc non poſſet,cum collationem ſuã non poſſit reuocare, niſi inſtigante nominato.probatur i.c.2.de preca.& ibi Barb. in fi.dicit per illum tex. quod contrahens cum eccleſia non poteſt petere reſcindi cõtractum inualidum, ſi eccleſia hoc nolit, quia cum eccleſiæ beneficio ſit nullus,non poteſt contrahens vti illo beneficio contra eccleſiam,per.l.ſi iudex.ff. de minor. ſic nec ordinarius collator poterit cõferre alteri etiam qualificato,nõ petente nominato. quod eſt bene notandum.& facit.l. 2.ff.de lege commiſſo.

¶Quinto quero,quid ſi in menſibus graduatorum ſemel elegit vnum,& gratificauit,ac illi contulit,an poſſit alium eligere, & cõferre? Reſpon.nõ,arg.l.ſerui electione legata,ſemel optare poſſum⁹.ff.de leg. 1.quia ius eſt iam illi quæſitum. ideo non poterit in illius præiudiciũ reuocari. Notant docto.per illum tex in.c. ſi compromiſſarius.de electio.in.vj. Electione facta variare non licet.

¶ Item facit.c.duobus.cum glo.de reſcrip. in.vj.vbi ſi duo impetrant eodẽ exemplo canonicatum in eccleſia Pariſien.& cõcurrunt in præſentando, capitulum vel alius collator poterit eligere alterum, & ſemel facta electione non poterunt poſtea alterũ eligere.& hoc approbant ibi docto.& plene Ancha.conſil.214. Franciſcus.& doct. in.c.gratia.de reſcript.in.6.& qui ſemel elegit vnam actionem, non poteſt habere regreſſum ad aliam.l.quod in hæredem.§. eligere.ff.de tributo.actio.

7 ¶ Sexto quæro,an ſufficiat requirere vicarium generalem,& in refutationem illius ad ſuperiorẽ accedere? Breui reſpon. quod non,quia is non debet requiri,qui non poteſt conferre,quia fruſtra peteretur ab eo, cũ non poſſit dare quod non habet.c.quod autem.de iure patro.c.Daybertum.j.q. 7. ſed ipſe vicarius etiam generalis non poteſt conferre.c.fina.de offi.vica. ergo refutatio vicarij non habentis ſpecialem poteſtatem conferendi,non deuoluet poteſtatem conſerendi ad ſuperiorem,quia contrariorum eadẽ eſt diſciplina.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.& vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt refutatio.l.ſi pupillus.ff.de verbo. oblig.l.nulla intelligitur.de reg.iur. priuatio præſupponit habitũ.l.decem.ff.de verbo.oblig.c.ad diſſoluendum.de deſpõſa.im pub.ita tenuit glo.in.§.item voluit.in verbo vicario.de collatio.in prag.

Refutatio vicarij non ſufficit.

¶ Imo dicerem refutationem vicarij generalis etiam cum poteſtate conferendi,non valere,quando epiſcopus eſſet præſens, vel cõmode poſſet eius præſentia haberi, quia prius eſſet collator requirendus, quàm vicarius, quia poteſtas vicarij ceſſat pręſente epiſcopo. Ideo non fiet per hanc requiſitionem ad ſuperiorem deuolutio,cũ tex. in.d.§.ſi quis vero,loquatur de epiſcopis & alijs collatoribus:ideo ad illos primo opus eſt accedere,quando commode haberi poſſunt,& in ciuitate.c.cũ in eccleſijs.de præbend.in.6. Si tamen nominatus requiſierit illum vicarium,& in requiſitione ignorauerit defectum poteſtatis conferendi, & nil eidem fuerit dictum per vicarium, tũc dicerem collationem iure deuoluto factã nominato, poſſe ſuſtineri,ne via detur fraudibus:& etiam illa ignorantia eſt probabilis.l.ſi.ff. pro ſuo.ſi cõmuniter habebatur pro vicario habente poteſtatem conferẽdi.

¶ Septimo, quid ſi antiquior nominat⁹ requiſiuit abbatem, qui recuſauit conferre, 8 poſtea deuolutio fiebat ad epiſcopum,ipſe adiuit archiepiſcopum , & obtinuit ab eo collationem,an valeat? Videtur quòd ſic, poſtquam primus collator fuit requiſitus. Contrarium eſt verius, quia gradatim debet fieri requiſitio, ſicut deuolutio. d.§.ſi quis vero.Ideo dum abbas recuſauit,ad epiſcopum immediatum ſuperiorem erat facta deuolutio, & non ad archiepiſcopum. quare archiepiſcopus non potuit conferre, quia ad eum nõ erat poteſtas deuoluta.igitur collatio ab eo facta,eſt nulla,& quia nõ eſt ſeruata forma requiſitionis,quę facit actum corruere.l.cum hi .§. ſi prætor.ff. de tranſact. dixi in glo. diſpoſuerit.§. ſi quis. de colla.ſupra.

Requiſitio gradatim fieri debet.

¶ Octauo,quidam requiſiuit prima die Iulij beneficium ſibi conferri ab epiſcopo ordinario,qui recuſauit.poſtea hic nominatus permiſit labi tempus octo menſium, 9 vt videret an aliquis eo eſſet antiquior. videns neminem, vadit ad archiepiſcopum iure deuoluto,a quo obtinuit collationem. opponitur eidem,quod ſunt lapſi octo mẽſes a die requiſitionis:& ſic archiepiſcopus nõ potuit conferre, ſed erat iam deuolutũ ius ad ſuperiorẽ archiepiſcopi. quid iuris? Breui reſpõ.collationem eſſe validam, nec iſta diligentia nominati tollit quin epiſcopus habeat ſex menſes ad conferendũ,quia indultũ a iure beneficiũ,nemini eſt auferẽdum.regula, indultũ.de reg.iu.in.6.niſi cõferat,quia tunc ſtatim erit facta deuolutio ad archiepiſcopũ,ſi nominatus voluerit,& collationẽ ab eo impetrauerit.ſed nõ impetrauit, niſi poſtq̃ ſciebat ad eũ de iure eſſe deuolutũ ius,videlicet poſt ſex mẽſes,ergo

A quo tẽpore fiat deuolutio

valuit. item poterat nominatus iterum requirere ordinariũ eundẽ, & ordinarius poterat variare, vt dixi ſupra. Ideo expectauit nominatus vt ſecũdo requireret iſtũ collatorẽ, & vt videret an mutaſſet ꝓpoſitũ. ſicut ergo epiſcop⁹ potuit poſtea cõferre intra tẽpus iuris, ſi nominatus nõ iuit ad ſuperiorẽ, ita ergo nominatus potuit ad illũ ire, & ſic a die primæ requiſitionis nominato nolente no eſt ius deuolutũ, vt dico in §. ſi qs vero. de colla. ſupra. alioqui nõ poſſet epiſcopus variare, nec bis requiri. iſtud etiã in odium nominatorũ & graduatorũ retorqueretur, licet in fauorẽ eorũ eſſet introductũ, cõtra. l. quod fauore. C. de legib. & diligẽtia noiati eſſet ei nociua, qñ requiſiuit ante ſex mẽſes primũ ordinariũ. quod nõ eſt dicẽdũ. cogita tamẽ, quia multa obſtãt: nec aliàs decidã, quia quæſtio pendet.

10 [Nõ proſequẽte nominato, an collatio alteri facta valeat.] ¶ Nono, facta eſt collatio nõ nominato de beneficio vacãte in mẽſe Iulio, nominatus nõ proſequit̃, an illa collatio valeat? Videt̃ ꝙ nõ, per. l. ſi ſeruo. ff. qui & a quib. manu. liber. no fiant. vbi ſi quis dedit libertatẽ ſeruo alieno, licet poſtea ſuccedat dño ſerui, nõ confirmatur illa libertas. Sic collatio facta nõ nominato, nõ debet confirmari tẽpore quo debebat nominato cõferri. Secũdo nominationes concernunt præbendam nulli de iure debitam, ſicut alia gratia. c. ſi poſtq̃. de præb. in. 6. interim ergo cũ dubiũ ſit an nominat⁹ velit acceptare, cõferri nõ potuit nõ noiato, quia non erat ſibi debitũ beneficiũ, ex quo erat debitũ qualificato.

¶ Tertio facit. c. ſi tibi abſenti. de præb. in vj. vbi ſi collatio fiat abſenti, ius quæritur ei, donec conſtet quòd non vult acceptare: & tamen ſi collatio interim fiat alteri, nõ valet, vt ibidem dicitur, ergo nec hic.

¶ Quarto facit. c. quodam. illo titu. in. vj. ibi, prima enim collatio poſt & contra decretum interpoſitum facta, licet ab ignorantibus, etiam ignoranti, non obtinet firmitatem.

¶ Quinto, collatio eſt actus legitimus, qui in pendenti nõ poteſt eſſe. regula, actus legitimi. de regu. iur. & ibi docto. c. 2. de electio. & ibi gloſ. nam eccleſia, quæ eſt ſine macula, diu vota ſua eludi non eſt paſſa. l. 2. C. de ſponſa. Ioan. Monach. in. d. capi. 2. de elect. in. vj. ſed ſi fiat collatio non nominato, incertum eſt & dubium, videlicet an primus requiret necne, ergo &c.

¶ Vltimo eſt tex. in clemen. vna de conceſſio. præbendæ, & ibi docto. vbi dicit̃ quod collatio facta ſecundo intra menſem acceptandi, non valet.

¶ Cõtrarium tenuit glo. in §. quod ſi quis cuiuſcunque. de colla. in pragma. in verbo eo ipſo, & in verbo irritum. quam ſequitur D. Auriolus ĩ addit. ad Guillel. de mõte Laudu. in. c. ſi tibi abſenti. de præbend. in. vj. & idem Brunell. in tracta. de dignit. leg. conclu. 19. in. 5. declara. ¶ Quia collatio facta ſpreto patrono, licet ſit nulla eo proſequente. c. decernimus. 16. q. 7. tamen ſi patronus non præſentat intra tempus a iure ſtatutum, collatio eſt valida, vt tenet Feli. in. c. cum Bertholdus. col. 5. de re iud. Ioan. de Selua in tract. de benefi. in. j. parte. q. 6. nume. 10. late D. Probus in addit. ad Ioan. Monachum in. c. ſtatutum. de præbend. in. vj. qui contrarium videntur tenere, & D. Stepha. Bertrand. in conſil. 38. in 3. volu. Aegid. conſil. 10. in ſexto dubio. Bertach. in trac. de epiſcopo. lib. 4. parte. 2 quæſt. 26. 11 [Collatio ſpreto patrono qñ valeat.]

¶ Secundo ſi archiepiſcopus contulerit beneficium vni antequam ſit poteſtas ad eũ deuoluta, facta deuolutione non poteſt alteri conferre, ſed illa collatio cõualidatur, quando ad eum fuit deuoluta poteſtas. Pa. not. & Feli. in. c. cum ex officij. col. penult. de præſcript. per. l. ſi rem alienam. 2. ff. de pig. actio. hoc tamẽ non firmo, licet adducãt ea quæ not. Bar. in. l. cũ vir. ff. de vſuca. vbi ſi quiſpiã vendiderit rem alienã eccleſiæ, & vẽditor ſuccedat domino, ſtatim trãſit vtile dominiũ in eccleſiã, ratio, quia ibi nõ requirit̃ traditio. l. fina. C. de ſacroſanc. eccle. & intererat vẽditoris cõtractũ cõfirmari, cũ ex ſuo cõtractu obligat⁹ eſſet. &c. 12 [Collatio ante deuolutionẽ an cõfirmetur.]

¶ Tertio facit ꝙ ſi pater legauerit ſeruũ qui erat in peculio caſtrenſi filij, & poſtea filius moritur, & ei pater ſuccedit anteq̃ filius contradixerit, valebit legatum patris.l.ſeruum filij.1. reſpon.ff.de leg.1. facit.l.proponebatur.§.idem.de caſtrẽ.pecu.Item ſi ſit optio ſeruorum legata alicui, & antequam legatarius optet, vnus ſeru⁹ ſit manumiſſus, ſi poſtea alius optatur, remanet ille liber.l. ſi cum optio.ff. de optio.lega.not.in cap.fina.de conſuet. in.vj.

¶ Quarto facit quod notat Ioh. Monach⁹ in.c.2.de præb.in.vj.vbi ſi ordinarius conferat beneficium intra menſem, quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula decreti & ĩhibitionis, tenet collatio, ſi impetrans ſua non vtatur gratia. & ſi habens clauſulam anteferri, ei renunciet, valebit collatio prius facta, quia eo repulſo ſublatum eſt impedimentum quo ad primum. Io.And.in.c.penult.de cõceſſ.præb.in.vj. glo.in verbo irritum.in.§.quod ſi quis cu iuſcunq;.de colla.in prag.Soci.conſil.117. in facto.in.3.volu.

13 ¶ Quinto, proceſſus iudicis a quo, non tenet, ſi appellans proſecutus fuerit appellationem.at ſi renũciauerit appellationi, tenet proceſſus.c.vt ſuper.de appella.lib.vj. & emphyteota priuati nõ ſoluens canonẽ intra trienniũ, priuatur iure ſuo, ſi dominus voluerit.l.2.& ibi Iaſ.& omnes.C.de iure emphy.Etiã teſtamentum in quo filius eſt præteritus, eſt nullum, ſi filius hoc velit & proſequatur.l.filio præterito.ff.de iniuſto rupt.

Emphyteota priuat iure ſi dom. velit.

¶ Sexto, ſi infra decendium fiat executio, licet fieri non deberet, ſi poſtea non appellatur, remanet valida.glo.in.c.venerabilibus.§.porro.de ſenten.excommunica. lib. vj.quam ſequitur Feli.in.c.quod ad cõſultationem.conclu.5.de re iud. facit.l.obſeruare.§.ſi.ff.de offic.proconſul.

¶ Vltimo extat regula cancella. Bonifacij octaui facta anno quinto ſui pontificatus, vbi ordinauit, ꝙ ſi ſint duo vel plures expectantes in eadẽ eccleſia, omnes poſſunt beneficium vacans intra menſem vigore gratię acceptare a die notitiæ vacationis beneficij, & ſibi de illo puideri facere, ſaluo iure prioritatis, ſcilicet quod ille qui eſt in iure prior, ſi acceptauerit, & ſibi con ferri fecerit, poſterioribus in aſſecutione beneficij præferetur. & hanc regulam nõ viderat Card. qui cõtrarium tenet, vt aſſerit in.c.dilectus.2.numero.16.de præb.& vide reſpon.ad contraria in ſequẽti.quæſtione.

¶ Decimo dubitatur, vacans beneficium. 14
in tempore aſſignato nominatis, epiſcop⁹ confert ſecũdo nominato, & tamen debebat conferre primo, & antiquiori, an valeat? Si antiquior non requirat, videtur ꝙ non, quia actus geſtus tempore incõgruo tali incongruitate quæ reſiſtit ſubſtantiæ actus, eſt ipſo iure nullus, etiam ſi ſuperueniat temporis habilitas.l.1.§.fina. &.l. vnde.§.ſi quis.ff.de itinere actuque priuato.ſed collatio facta ſecundo, eſt facta tem pore incõgruo, vtpote intra tempus quo poterat antiquior requirere beneficium, & acceptare, ergo collatio eſt nulla: & ſic poſtquam eſt ab initio nulla, non poteſt tractu temporis conualeſcere.regula, non firmatur.de reg.iur.in.vj.

Collatio facta ſecũdo nominato, an valeat nõ proſeque͂te primo

¶ Secũdo, geſta pendente aliquo obſtaculo, quod poſtea tollitur, non ex hoc redduntur valida. vnde ſententia excommunicationis lata pendente appellatione valida, licet poſtea deſeratur, non propterea redditur valida.c.licet.de ſenten. excommunica.in. vj. & tamen per deſertionem fingitur appellans retro non appellaſſe, adeo quod damnatus furti, ſi appellationem non proſequatur, retro notatur infamia.l.furri.ff. de his qui notan. infamia. Sic collatio facta ſecundo nominato pendente obſtaculo primi, eſt nulla, nec validatur, licet ex poſtfacto appareat de non proſecutione antiquioris.

¶ Tertio ſicut hæreditas non conceditur ad temp⁹.l.hæreditas ex die.ff. de hæred. inſti.ſic nec bñficia.c.præcepta.55.diſt.c. ſi gratioſe,de reſcript.i.6. ſed ſi antiquior nominatus intra ſex menſes acceptet illud beneficium,& petat ſibi conferri, collatio facta ſecundo reuocabitur. poſtq̃ ergo tenuit medio tempore, ad tempus fuit illi iuniori datum beneficium,quod eſt prohibitum,vt ſupra dixi.ſequitur Card.conſil. 105.ſuper præmiſſo caſu.

¶ Cõtrariũ tenetur, quia quotiẽs plurib⁹ gradatim competit ius circa idem,altero non vtẽte valet,quod interim fit per aliũ. c.ſi qua.12.q.2.c.Lugdun.9.q.2. cle. ſępe. de appella.l.proinde.ff.ſi cert.peta.igitur valebit collatio facta ſecũdo, ſi primus nõ requirat,nec proſequatur, ſicut reuocãtur attentata poſt ſententiam intra tẽpus appellãdi, ſi aliquis appellet:ſecus ſi nõ appellet.c.non ſolum.de appella.in.6.

¶ Secundo facit.c.ſi clericus.de præb.in.6. & quod not.Io.And.in.c.penult. ibidem vbi dicit ꝙ ſi habens clauſulã anteferri,nõ velit ea vti,primus habebit præbendam, etiam ſi primo derogaretur per illam clauſulam, vt ſupra dixi.facit.l. ſi iudex.ff. de minor.Ancha.in clem.vna.q.2.de conceſſio.præbend.

¶ Tertio facit quod dicit Roma.& alij in l.fina.C.qui admitti.vbi dicit ꝙ ſi exiſtẽs in ſecundo gradu properãtius agnouerit bonorum poſſeſſionem intra tempus primi, ſi contingat primum repudiare,illa agnitio ſecundi valebit a cſi eſſet ſuis curriculis facta,p tex.in.l.1.§.quib⁹.ff.de ſucceſſ.edicto.nam quando primus repudiat, fingitur ac ſi ex eo numero non eſſet. ergo acceptatio ſecundi debet conualidari, & ita expreſſe tenet glo.i d.verbo irritũ. de col. in prag.Et de mandatarijs duobus loquũtur doct.in.d.l.fina.ſic cõſuluit Iaſ. conſilio.104.circa quatuor.in.1.volu.Card.cõſil.105.cõſilium. Bertrand.cõſil.38. in.3. volu.

¶ Quarto quando quis remouetur alicui⁹ contemplatione, illi debet acquiri, cuius contemplatione remouetur.l. ſeruo legato §.ſi teſtator.ff.de leg. 1.l. poſt legatũ §. amittere.ff.de his quib. vt indignis.l.2.§. fina.de colla.bono.l.ſi legatarius.C.de lega.Iaſ.pulchre in conſil. 61.nobilis.col.penult.verſi.confirmatur.in.3.volu.Sed hoc in caſu primus remouetur contemplatione ſecundi, qui proſecutus eſt ius ſuum,ergo illi acquiretur,ſi primus nõ fuerit proſecutus.Iaſ.conſil.104.circa.in fi.volu.1.

¶ Nec obſtant iura in contrarium adducta, quia loquũtur in caſibus diſſimilibus. nam hę qualificationes ſunt introductæ in fauorem nominatorum, ergo illi fauori poterunt renũciare.l. penul. C.de pact. c.ad apoſtolicam.de regularibus. nã clauſula decreti appoſita i.d.§. ſi quis vero.intelligitur ſi nominatus vti velit ſua nominatione.Innoc.in.c.1. de conceſſ. præb.in vj.glo.in.d.verb. irritum. ſi ergo nõ vtatur,habetur ac ſi non eſſet qualificatus,& ſic collatio ſecundo facta tenuit,quia ſublatum eſt impedimentum quo ad ordinarium,ergo valebit ſua collatio, nec requiretur noua collatio, poſtq̃ ſecundus eſt excluſus.Vide dicit Bñdic.i repet.c.Raynutius.in verbo,in eodem teſtamento. 1. numero.89.& ſequen.de teſta. de epiſcopo cui papa dederat facultatem acceptandi & retinendi beneficia vacatura vſq; ad certam ſummam in ſua dioceſi, & vt ea poſſet retinere tanq̃ vnita menſę ſuæ epiſcopali propter reparationes quas fecerat ibidem.prouiſo tamen,quòd intra ſex mẽſes a die acceptationis annatam ſoluat cameręapoſtolicę.alias tempore elapſo diſſoluta eſſet dicta vnio,& pro nõ facta habeatur.cõtigit ꝙ epiſcopus aliqua bñficia acceptauit, & eis pacifice gauiſus fuit, in vita tamẽ minime ſoluit annatam. an beneficia vacent per mortem epiſcopi, vel per priuationem factam eo ꝙ non ſoluit annatam?& reſpondet per mortem vacare,cum papa nõ declarauerat pœnam priuationis, quæ erat in fauorem ſuum in-

troducta, per ea quę notantur in.l.fina.C. de reuocand.donatio. Nec obſtat, q̃ beneficium datum erat ad tempus ſecundo, quia non eſt verum. nam illud cenſetur eſſe perpetuum, quando poteſt eſſe perpetuum, licet dubitetur an erit temporale, an perpetuum.l.ſufficit.ff.de condictio.indebi. glo. in dicto cap. ſi gratioſe. vide Ioannem de ſelua in tracta.de beneficio. in tertia parte, quæſtio.9.

Omnes nominati in ſimul ſex měſes habere debent.

15 ¶ Vndecimo quęro, plures ſunt nominati, an omnes ad requirendum beneficium habeant ſimul ſex menſes, an vero primus nominatus ſex, ſecundus alios ſex menſes, & ſic deinceps? Reſponde quod tantum dantur ſex menſes omnibus nominatis, & non ſingulis. quod probatur in clemen. vna de conceſſio. præbend. vbi quando ſunt plures expectantes apoſtolici cum clauſula acceptandi, omnes habent vnum menſem tantum. quod ſequitur Ioannes And. in additio.ad Specula.rubrica de conceſ.pręben. vbi plene diſputat, & cap. ſi pluribus. de præbend.in.vj.

¶ Item omnes mandatarij vnum tantum habent menſem. Domini. de Rota deciſ. 323. Nota. Paul⁹. in antiquis. plene Ancha. in clemen.vna.quæſt.3.de conceſſ.præben. Collecta.in ca. cum noſtris.in fine.de conceſſio. præbend. quod non procedit in Francia.

¶ Item ad optandum dantur viginti dies, ſiue ſint plures optare volentes, ſiue vnus. cap.fina. de conſuetudi.in. vj. ¶ Item conſanguineis omnibus ad retrahendum datur annus, vel tempus a conſuetudine taxatum, teſte domi. Boer.in.§.2.de conſuetu. retract. in conſuetu.Biturig.

¶ Inſuper annus qui datur ad petendum tutorem pupillo, currit omnibus qui ad ſucceſſionem pupilli vocantur.l. ſciant. C. de legitimis hæredi. Lucas de penna in l.j.col.2. de agent.in rebus.lib. xij.& multa addidi ad dictam.l.ſciant. Et hoc eſt ratione diutinæ vacationis, quæ eſſet, ſi cuilibet darentur ſex menſes, & eſſet valde periculoſa. cap.quanuis.de electio.in.6. Vide Cardina.conſil.103.& ſequent. quia quilibet poteſt acceptare, ſi ſibi iure debeatur, vt notatur in cap.2.de reſcript.in.vj.

Collatio facta nõ requiſito primo collatore, an valeat.

¶ Duodecimo quæro, aliquis nominat⁹ habuit collationem a legato, de beneficio vacante in menſe Iulio, vel altero menſe deputato nominatis, non requiſito ordinario, qui ordinarius cõtulit nominato antiquiori, vel forte alteri, vter præferri debeat? 16
Reſpond. videtur quod prouiſus ab ordinario, quia poſtquam non apparebat de primo nominato, potuit ordinarius conferre ſecundo nominato, ac ſi nullum habuiſſet qualificatum alium, quia de his quæ nõ ſunt, & non apparent, idem eſt iudicium.l. duo ſunt.ff.de teſta.tute. ideo collatio facta a legato contra qualificationes, non valuit: ergo collatio facta ab ordiario tenuit, argumen.l.Pomponius.§. ſed & his.ff. de procurato. etiam ſi ſecũdo nominato facta fuerit. nam poteſtas conferendi non erat deuoluta ad legatum nulla facta requiſitione ordinarij.& legatus in hoc Franciæ regno non habet præuentionem in iſtis beneficijs qualificatis. nam ſolam pęruentionem ſibi in his papa retinuit, vt patet in rubrica de manda. apoſtoli. Receptus eſt enim ſaluis modificationibus regni. ſed non eſſent ſaluæ, ſi ſic conferret, nam indies conferret non qualificatis.ergo &c.

¶ Item valde diminueretur poteſtas ordinariorum.nam qualificati ſemper adirent legatum neglectis ordinarijs, & ſic confunderetur ordo, cum ſua iuriſdictio cuilibet non ſeruaretur, dicit ca.peruenit.xj.quæſt. j.& nunquam antiquiori prouideretur per legatum, ſed primo venienti, & ſic eluſorium videretur concordatum.

Legat⁹ in menſibus graduatorũ an poſſit gratificare.

¶ Item eodem tenore dubitari poteſt, an legatus poſſit in menſibus præſtitutis graduatis gratificare? videtur quòd non, quia contra ordinem concordatorum, & ipſorum mentem venire non poteſt, vt ſupra dixi quæſt.8.&.§. ſi quis. de colla. ſed veniret contra ordinem poſitum ſupra in.§.

R

ſi quis vero.ergo.&c.

¶ Secundo requiſitio facienda eſt a primo antequam fiat deuolutio. d.§. ſi quis vero. & ante requiſitionem primi non fit deuolutio, ergo collatio fieri non poterit per legatum.

¶ Tertio collatoribus ordinarijs datur gratificatio.§.ſtatuimus.j.de collatio.ſed legatus non eſt collator ordinarius, ergo gratificare non poterit, quia eorum poteſtas licet ſit ordinaria, ca.2.de off.legati.in.vj.tamen eſt extra ordinem inuenta.glo.in clemen. vltima, de offi. ordi. Multa ad hanc rem facientia tradit.d.Renal.Chandonius iuris vtriuſq; egregius doctor in ſuo reſpõ. de facultatibus legati.

¶ Quarto ſi legatus poſſet gratificare in his menſibus, ſemper prouideret ſuis, & pauperes graduati in ſuis ſtudijs exiſtentes nil haberent, & ſic concordatum quo ad graduatos redderetur illuſorium, quod nõ debet permittere ſenatus.argumẽ.l. ſi prætor.ff.de iudi.

¶ Quinto etiam ordinarij collatores priuarentur iſta gratificatione, quæ eſt eis commodo, quia dicitur eſſe in fructu. glo. in cap. cum olim. de maio. & obedient. inquantum poſſunt prouidere ſuis graduatis idoneis: quod non facerent. In contrarium facit, quia legatus in regno Franciæ poteſt conferre beneficia regni ſaluis modificationibus, alioqui inanis fere & friuola eſſet ſua poteſtas, ſed quando confert graduatis debite inſinuatis, & gratificat, confert ſaluis regni modificationibus, ergo collatio valere debet.

¶ Secundo legatus concurrit cum ordinario conferendo beneficia ſpectantia ad collationem ordinariorum. cap. ſi a ſede. de prębend.in.vj. ergo poterit concurrere cõferendo qualificatis, & inſequendo leges regni, quia nõ derogatur legato, niſi in qualificatiõe, ergo eã inſequẽdo poterit cõferre.

¶ Tertio concordata iſta, videlicet vt prouideatur graduatis, facta ſunt in fauorem graduatorum & literatorum, vt dixi ſupra. ſed iſte eſt fauor graduatorũ regni, & eis conferatur, ergo eis poterit conferri etiam per legatum. & etiam eſt in fauorem regni, ne pecuniæ a regno extrahantur, & ne res nummaria (quibus veluti neruis reſpublica ſubnixa eſt) exhauriatur, vt ſupra in proœmio patet.

¶ Quarto quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? l.ſancim⁹.C.de teſta.ſed nõ mutatur in legato, niſi vt præuentiones non faciat non graduatis, ergo vt faciat graduatis & qualificatis vel nominatis antiquiorib⁹, videtur æquum, & iuri conforme, ergo & antiquiori nominato, & graduato rite qualificato poterit conferre tam in menſibus nominatis præſtitutis, quàm graduatis, & etiam eccleſias parochiales in villis muratis ſitas qualificatis cõferre poterit per ſupradicta. Queſtiones has deciderẽ, niſi quia pendent in ſenatu, & maxima cum deliberatione decidentur. ideo alia non dicam, ſed do. ſenatorum, in quibus plenitudo ſcientię ineſt, deciſionem expectabo. & an legatus facta requiſitione primi collatoris poſſit omiſſo medio conferre? dixi in.§.ſi quis vero. in verbo ad alium. de colla. ſupra.

¶ Decimotertio quæro, duo nominati requirunt ſimul epiſcopum, is ipſe ignorat vter ſit antiquior, quid agere debeat? Reſpõ. faciat ſibi exhiberi literas nominationum ab vtriſque. Cardina. in ca. mandatũ. col.5.quæſt.9.de reſcript. vbi dicit, quòd ſi duo habent mandata de prouidendo eiuſdẽ datæ, & petunt idem beneficium, tunc prouiſores facta eis copia de iuribus vtriuſque, conſulent peritos, & conferent ius habenti: & ſi eſt dubium, parebunt mandatis vtriuſque cum proteſtationibus. Imo poſſunt recipere ad præbẽdam vnum ſine præiudicio alterius, & pro hoc facit cap. cum contingat. de reſcript. ſic epiſcopus facta ſibi exhibitione nominationum conferet antiquiori, tamen cum epiſcopus habeat exemplum omnium nominationum, non poteſt iure prætendere ignorantiam prioritatis, vel poſterioritatis: poſſet tamẽ 17 Epiſcop⁹ quid agere debeat q̃ duo nominati ſimul requirũt.

ſupradicta facere.

18 ¶ Decimoquarto vacauit beneficium tempore nominatis præſtituto, ſecundo nominatus acceptauit, & requiſiuit ordinarium, qui contulit non nominato, papa alteri, demum archiepiſcopus iſti ſecundo nominato iure deuoluto. Primus nominatus requirit, & ei fit collatio per ſuperiorem, quis habeat ius in beneficio? Reſpō. primus nominatus beneficio requiſitionis ſecundi nominati poterit venire, ſicut filius emancipatus beneficio filij in poteſtate præteriti admittitur. argu. l. filium. ff. de bono. pcſſe. contra tabu. vide Auriol. in cap. penult. de conceſſio. præbend. in. vj. & ita fuit prolatum (prout mihi fuit relatū) arreſtum Pariſijs, per. l. ſi mater. in fine. C. de inoffic. teſtamen. Sic ergo in caſu iſto dicemus, quia poſtquam ſecundus nominatus requiſiuerat, non poterat papa (vt ſupra dixi) præuenire, ideo antiquior nominatus præfertur ſecundo nominato, ſecundo nominatus apoſtolico, ergo & primus nominatus præferetur apoſtolico, per illam regulam, ſi vinco vincentē te, a fortiori vincam te. capitul. penult. de conceſſ. præbend. in vj. nam vincens, cui prima facta fuit collatio, ſuccedit in ius victi. glo. in. l. vſucapio. C. de pignor. Refert & ſequitur Soci. conſil. 28. fuit quidam. numero. 4. in. 4. volumine.

¶ Nec obſtat ꝙ collatio prima eſt annullanda proſequente primo nominato, & ſic collatio papæ valere debet. nam illud non eſt verum, quia in fauorem antiquioris nominati eſt introductum, vt non valeat prima collatio, & ſic non debet retorqueri in eius odiū. l. quod fauore. C. de legibus. quod fieret ſi collatio papæ valeret. Idem dicerem ſi primus nominatus inhabilis requireret, & poſtea aliquis nominatus a papa impetraret, deinde nominatus ſecundus habilis ab archiepiſcopo collationem obtineret, vt iſta collatio ſecundo nominato facta valeat, per ſupradicta.

19 ¶ Decimoquinto quæro, vacans beneficium in menſe Ianuarij epiſcopus contulit non nominato, papa alteri, nominatus poſtea requirit, & obtinet iure deuoluto collationem, quænam iſtarum valeat? Reſpondeo, collatio facta nominato eſt præferenda, per illam regulam, ſi vinco vincentem te, a fortiori vincam te. in. d. cap. penulti. de conceſſio. præbend. in. vj. glo. in authē. licet. C. de natura. liber. Nam nominatus vincit primum nō graduatum, nec qualificatum, & primus vincit apoſtolicum, ergo nominatus vincet etiam apoſtolicum, quia licet papa poſſit præuenire, vt ſupra dixi, & habetur in rubri. de mand. apoſtolic. tamen hic non præuenit, quia collatio erat facta per ordinarium non nominato, ergo papa non potuit conferre iure præuentionis, quia locus erat repletus, & ipſe erat præuentus per ordinarium. Nam præuentio dicitur ſi fiat collatio ante papam, vel papa ante ordinarium, vt eſt hic, ſicut fit præuentio per citationem, in. l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. cap. propoſuiſti. & ibi plene Soci. de foro competen. dico in rub. de manda. apoſtolic. in verbo iure prę uentionis. Si tamen primus non graduatus obtineat collationem a papa, etiam prius habita collatione ab ordinario, non excludetur per graduatum, quia ius habet duplex, & duo vincula ſunt vno fortiora. cap. j. de treug. & pace. dummodo vtrunq; collationem habuerit ante graduati vel nominati collationem. Q. ſi dicat præuētio.

20 ¶ Deimoſexto quęro, vacante beneficio in menſe graduatorum, tutor vult præſentare vnum, eo quòd omnes fructus bonorum pupilli ex conſuetudine lucratur, pupillus alium, quid iuris? Duæ ſunt quæſtiones, prima, an tutor præſentare debeat, an pupillus. Secunda quæſtio eſt, an ſtante conſuetudine quòd tutor lucretur fructus bonorum pupilli durante tutela, poſſit idem tutor præſentare excluſo pupillo. Ad primam concludit Panor. in. c. fina. de conceſſ. præb. ꝙ tutor præſentabit, ſi pupillus ſit minor ſeptē annis. Idē tenet Io. and. Pupillus vel tutor an debeat pſentare.

in.c.ex eo.de elect.in.vj.Panor. in.c.1. de iure patro.

¶Si vero pupillus ſit maior infante, poterit prꝙſentare pupillus.& ſi tutor & pupillus præſentant diuerſos,præfertur præſentatus a pupillo,per glo.in.d.cap.ex eo.Archi.in cap.decernimus.16.q.7.tum quia pupillus poteſt facere conditionem ſuam meliorem ſine tutore. inſtitu . de auctoritate tutor.in princi.& quando eſt diſcordia inter tutorem & pupillum, quo ad illam nõ habetur pro tutore,quia ſua res agitur,ideo datur curator.§.fin.inſti.de auctoritate tutor.Feder.conſil.102.nobilis.

¶Imo etiam poterit hic pupillus maior infante præſentare ſine tutoris auctoritate. Antho.de butrio conſ.29. viſis puncto. in fine.Tum quòd pupillus ſit dominus illius iuris patronatus.Tũ etiam quia ille pupillus poteſt contrahere ſponſalia.cap.literas. & per totum de deſponſa.impube.

¶Item poteſt aſſumi ad beneficium ſimplex ſine tutore. cap. ſi eo tempore. de reſcript.in vj.cap.ſuper inordinata. de præbend.& ibi nota.Hoc tenet Roch. Curtius in tracta.de iure patro.in verbo competẽs. quæſt.3.& ſequent.vbi plene videre licet.

¶Nec obſtat cap. ex eo. de electio. in. vj. vbi non poteſt eligere, quia licet ſponſalia contrahere poſſit,non tamen matrimoniũ. inſti.de nupt.in princi. ſed per electionem contrahitur matrimonium ſpirituale. cap. inter corporalia.de tranſlatio. epiſcopi.ſed in præſentatione ſecus. capi.quod autem. in verbo inchoatum.de iur.patro. Paul.de citad.in tract.de iure patro. in ſexta parte articu.3.q.40.

21 Stãte cõſuetudine quod tutor faciat fruct' ſuos, an poſſit præſentare.

21 ¶Quæro,ſtante conſuetudine quod tutor faciat fructus ſuos durante tutela bonorum pupilli, vt in conſuetu. Bitur. in §. 11. de conſuetud. iuris & ſtatus perſona. An poſſit præſentare? Et videtur quòd non, quia creditor non poteſt præſentare,capit.cum Bertholdus. de re iud. etiam ſi faceret fructus ſuos, vt ibi Panor. in.c. contingit.col.5.de dolo.

¶Secundo, quia tutor non eſt verus patronus, & qui eccleſias obtinent ſine patrono, eas reſtituere debent.c.ex inſinuatione.de iure patro.

¶Tertio malæ fidei poſſeſſor, qui habet rei alienæ conſcientiam, non lucratur fructus.c.conſultationibus.de iure patro.prout eſt in iſto tutore,& nota. in.l.quemadmodum . C. de agricolis & cenſitis , libro.11.

¶Quarto cõductor ad modicum tempus non poteſt præſentare. capit.ex literis. de iure patro. multo magis hic tutor, qui nil iuris habet,niſi regimen rãtũ in bonis pupilli, & perſona.

¶In contrariũ videtur, quia quando quis lucratur fructus, ſicut bonꝙ fidei poſſeſſor, in dict.capitu.conſultationibus.& capitul. cum eccleſia.de cauſ.poſſe.& non tenetur ad reſtitutionẽ,ſicut in hoc tutore dicit.§. ſi quis a non dño. inſti. de rerũ diuiſio .c. grauis.de reſtiu.ſpolia. poterit præſentare,quia prꝙſentare eſt fructus iuris patronatus. d.c.cõſultationibus.&.d.c.cũ Berthold'.&.c.ex literis, & præſentare dicit fruct' induſtrialis.quia requiritur iduſtria hominis in eligendo idoneũ.c.decernim'. 16.q.7.& no.in.d.c. cũ Bertold'.de re iudica.& intra prꝙſtitutum tẽpus.c.1.de iure patro.lib.vj.Paul.de citad in.d.tract.de iure patro. in.6. parte.q. 38. arti.3. deciſi. rotꝙ.268.collatio.in nouis.

¶Item nil vel parum prodeſſet conſuetudo volens vt omnes fructus lucraretur tutor,niſi & eos haberet,cum etiam & vxor relicta vſufructuaria hos habeat,& poteſt præſentare.notat Paul. Piccus in repet.l. titia.§. titia.q.39.ff. de lega.2. & Rochus vbi ſupra quꝙſt.28.ergo & hic tutor, licet contrarium teneat Io.crotus in repe.l.frater.quꝙſt.23.ff.de condictio.indebiti. 22 Vxor relicta vſufructuaria an poſſit præſentare.

¶Itẽ ad maritũ ſpectat ius prꝙſentãdi, cũ ſit dñs rerũ dotaliũ.l.doce acillã. C.de rei vend. & quia percipit fructus rei dotalis 23 Maritus præſentare põt ra

Nõne bo- norũ quæ habet ab vxore. c.per veſtras.de donat.inter virum & vxo rem.c.ſalubriter.de vſur. Panor.in.d.c. fi- na.de conceſſ.præben.lib.vj.Rochus Cur- tius in verbo ipſe vel'is.quæſt.28.& Ioã. Lupus in repe.c. per veſtras.fol.76.§.43. de dona.inter virum & vxor.

¶Præterea tutor eſt dominus bonorum pupilli. l. qui fundum §. ſi tutor. ff. pro empto. & ex conſuetudine lucratur fru- ctus, ergo poterit præſentare, cum præ- ſentatio in fructu conſiſtat, vt ſupra dixi.

¶Nec obſtat quòd ius patronatus ſit qui- dam honor, & non fructus proportiona- bilis, vel commoditas, quam habere de- beat tutor, quia cum conſuetudo loqua- tur generaliter de omni fructu, de iſto e- tiam intelligi debet, cum tranſeat cũ vni- uerſitate bonorum.d.capi.ex literis. quam habet tutor, & dicitur verus poſſeſſor, er- go faciet fructus ſuos, ſicut maritus.

¶Nec obeſt de creditore, quia non facit fructus ſuos, ſed extenuant ſortem, & de- bent in ſortem computari.capitu.1. & per totum de vſur.cap. illo vos.de pigno. ſed ratione conſuetudinis tutor facit fructus ſuos, ideo eos non tenetur reſtituere.

¶Nec refragatur quòd non ſit verus pa- tronus, quia reſpondeo eſſe verum quo ad hoc. nam inuenio poſſeſſorem bonorum poſſe præſentare, quando lucratur fructus. ſic & iſte tutor, vt. d.capit.conſultationi- bus.&. d. cap. ex literis. &.c. cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſeſſ.

¶Præterea nil facit dũ dicitur quod ma- læ fidei poſſeſſor nõ lucratur fructus, quia hic non poteſt dici malę fidei, cum vigore conſuetudinis faciat fructus ſuos.

¶Nec eſt æquiparatio bona de conducto- re ad modicum tempus, ad iſtum tutorẽ, ſed ſicut ad longum tempus conductor præſentare poteſt, ita & hic tutor, vt in d.capi.ex literis. Ex his concluditur, quòd tutor qui vigore conſuetudinis, vt in no- bilibus communiter eſt conſuetum, lu- cratur fructus, poterit præſentare, & non pupillus. quod eſt notandum, quia fuit a me petitum ſæpius in palatio, & ſic reſpõ- di. cogitandum tamen relinquo.

¶Decimoſeptimo quæro, vacante benefi- cio in menſe nominatorum epiſcopus con- fert non nominato, poſtea nominatus re- quirit, epiſcopus recuſat conferre, dicens ſe feciſſe quod in ſe erat. nominat⁹ requirit vi carium exiſtentem in vrbe vbi erat epiſco pus, qui vicarius ignarus collationis factæ ab epiſcopo, confert nominato, poſtea ali- quis impetrat a papa, quis iſtorum præ- feratur? Videtur quòd primus, quia in col- lationibus attenditur tempus datę.c. eam te.de reſcript. 24

¶Imo videtur quòd apoſtolicus, quia pa- pa poteſt præuenire ordinarios, & confer- re.cap.2. de præben. & hic videtur præue- niſſe, poſtquam collatio prima nõ valebat proſequente nominato.

¶Item non valebat ſecunda facta per vi- carium, per.l.penul.ff. de offic. proconſul. vbi procõſul deputatus ad regendam pro- uinciam, ſimul atque vrbem ingreditur, deponit imperium, propter principis prę- ſentiam & reuerentiam. facit capi. volen- tes. & ibi glo.de offic.lega.glo.in.§.viſum. in verbo abſentia.de colla.in pragma. vbi propter præſentiam epiſcopi vicarius non poteſt conferre, nec alios actus iuriſdictio- nis facere. nam facta collatione per epiſco- pum, erat facta deuolutio ad ſuperiorem.§. ſi quis vero.de colla.in concordat. ergo nõ potuit vicarius conferre.

¶In contrarium tamen quod valeat col- latio facta per vicarium, patet, quia vica- rius autoritate concordatorum confert, & ſunt executores concordatorũ.§. teneãtur. de colla.ſupra. ergo bene conferendo po- terit ſupplere moram domini epiſcopi. nã licet vicarius non poſſit expedire ea quæ ſunt meræ gratiæ, poteſt tamen expedi- re ea quæ ſunt iuſtitiæ, & neceſſitatis. Guil lel. de monte Lauduno in clemen. vna de officio vica. & doct. in capi.fina.illo iiiul. in. vj. ſed iſta collatio nominatis facien- da eſt neceſſaria, ergo poterit per vicarium

epiſcopi fieri.glo.in.§.viſum. in verbo vicario.de colla.in pragma.item quia epiſcopus poterat iterum conferre, vt ſupra dixi.ſic & eius vicarius. Hæc quæſtio in palatio fuit mihi petita,& nil eius cauſa recepi, ideo eam cogitandam relinquo. Vide etiã de duplici acceptatione domini & procuratoris, vtra præſumatur præceſſiſſe, per Roma.cõſi.353. quo ad primũ.i prin.

25 Error in acceptatione an vitiet. ℂDecimooctauo vidi dubitari,nominatus acceptauit beneficium, & requiſiuit ſibi cõferri,dicẽs vacare per obitum Petri,& tamen vacabat per mortẽ Ioannis, an valeat illa acceptatio? Videtur ꝙ non,quia nõ valet impetratio ſi hoc modo fiat, videlicet, quidam impetrauit beneficium vacans per mortem Ioannis,tamen vacabat per mortem Petri,etiam ſi apponeretur clauſula, & quouis alio modo vacet, tamen non debetur impetrãti,quando vacat per alteram perſonam,quàm expreſſam.nam expreſſo vno modo vacandi,alius non venit.c.ſuſceptum.de reſcript.in.6.nec expreſſo vno loco venit alius,vt ſi dicatur in Montepeſſulano obijt. nec vna perſona expreſſa venit alia,quia mors vnius,nõ eſt mors alterius, nec mors vno loco & tempore, eſt mors

26 De clauſula quouis modo alio loco & tempore. ℂIdeo illa clauſula quouis modo, concernit omnes modos, & vacationes,ſed non qualitates modorũ. Rota deciſio.27.fuit dubitatum.in addit. & deciſio. ſequent.in nouis.quia ſicut modus vacationis expreſſus,& locus,& tempus, referuntur ad perſonam expreſſam, argu.not.in.cap. abbate ſane.de re iud. in vj. ita & illa clauſula,quouis modo vacet, refertur ad perſonam expreſſam, & non ad extrinſecam.l. ſi ita ſtipulatus.§. Gryſogonus. ff. de verbo.obligat. Aegid. de bella mera deciſio. 610. licet palatium.argu.l. fina.§.2.ff.de tritico,vino, & oleo lega. Bonifa.in clemen.vlti.col.2. de ſenten. excommunica.Cardi.conſil.30.in hac.col.

Practica curiæ Romanæ. 2. & iſtud ſeruatur ex ſtilo curiæ Roma. vt patet in prouinciali.fol.54. Et ideo inuenta eſt practica in curia Roma. ad tollendum iſtam dubitationem, videlicet vt in impetrationibus exprimatur, ſiue alio quouis modo vacet,vel ex alterius cuiuſcũque perſona,ſeu loco vel tempore, vel alio quocunꝙ genere vacationis. Panor. & alij in.c.ex parte.col.3. de conceſſio. præbend. Ita tradit Peruſ.in.cap.ſuſceptum.col.3.de reſcript.in.vj. glo. in.§.viſum. in verbo alias quouis modo.de cauſis in pragma. Nicola.Milius in repert.in verbo. gratia.§.2. Rota deciſio. 12. incipien. papa. de præbend.dixi in forma manda.apoſtol.in glo. aliam quamcunꝙ diſpoſitionem.

ℂContrarium teneo,videlicet acceptationem nominati,vel graduati, quando conſtat de corpore beneficij, valere, quia falſa demonſtratio,quando conſtat de corpore,non vitiat.l. demonſtratio.ff. de conditio. & demonſtrat.l. ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.1.§.ſi quis in nomine inſtit. de lega.nam quando in corpus quod traditur cõſentimus,in cauſis vero diſſentimus, nõ animaduerto cur inefficax ſit traditio. l.cum in corpus.ff.de acquiren. rerum domi.& Domi.conſil 119.punctus &c.

ℂHanc opinionem tenuit glo. in.§. item quod ad dictas.in verbo nominatorum.de colla.in prag.Rota in deciſio.133.error.in nouis.& deciſio.219. licet.i nouis.& deciſio.407. ſi expectãs. in eiſdem.& deciſio. 97.no.quod.e.ſuſceptum.in antiq.& deciſio.413.no.impetrans.& deciſio.582.quidam.in eiſdem.Feli.in.e.ſignificante.col.j. de reſcrip.vbi licet videre limitationes. idẽ tenuit Nicol. Milius in verbo beneficium §. 62.

ℂNon obſtant ſupra allegata,quia loquũtur in prouiſione, ſecus in acceptatione, quæ non eſt niſi quædam voluntatis declaratio, & tendit ad executionem gratiæ. Ideo non mirum ſi erretur in modo vacationis,quod non impediatur acceptatio, dummodo ſequatur poſtea vera & effectualis prouiſio, quæ dat ius.c. ſi tibi. de præbend.in.vj. d. deciſio. Rotæ.219.licet impetrans.in nouis.præſertim quando no

minatus acceptaret beneficium in certo loco conſtiutum, vtpote beneficium vacãs in tali ciuitate, vel in tali loco, ſic nũcupatum. tunc quia ſatis conſtat de corpoı e beneficij acceptati, cum nullum aliud ibidem vacauerit, dicetur certũ.l. certũ.ff. ſi cert. peta. Io. monach. i.c. ſi tibi abſẽti. de pıęb. in.vj. declara vt per Feli. i.d. capitul. ſignificante.

27 ℭ Decimonono quæro an teneatur nominatus pıobare titulum ſui prædeceſſoris. Reſpõ. non, ſed ſufficit quod probet illum prædeceſſorem in poſſeſſione beneficij deceſſiſſe, & in vita reputabatur verus beneficiat⁹. Panor. & Feli. in cap. cum venerabilis. de exceptio. allego tex. vltra eos in clemen. 1. vt lite pendẽ. vbi Imol. no. quod ex poſſeſſione præſumitur titulus, nedum in fauorem poſſeſſoris, ſed & tertij. poſſeſſor enim præſumitur dominus. l. fi. C. de rei vend. Feder. conſil. 13. clericus. col. 2. vbi pulchre tradit. illũ videto, & glo. in verbo inquirent. de pacific. poſſe. in prag. Lappus allega. 89. in dei nomine &c. col. 7. verſ. ſed quicquid ſit.

Noiat⁹ titulũ ſui prędeceſſoris probare non tenetur.

28 ℭ Vigeſimo quæro, quid ſi nominat⁹ vel graduatus requirat collatorem, vt ſibi cõferat beneficium in præſtitutis vacans mẽſibus, opponendo ſe ne alteri conferat, vel appellando, an non obſtante oppoſitione poſſit collator alteri conferre? Reſpõde ꝙ ſic, quia epiſcopus non debet pıiuari ſua poſſeſſione conferendi propter oppoſitionem nominati, vel graduati, ſicut nec lite pendente. cap. 1. vt lite penden. nec etiam appellatio extraiudicialis impedit poteſtatem ordinarij collatoris, vt tenet gloſa in.c. nõ ſolum. de appella. in. vj. doct. in.c. bonę. illo titu. Expreſſe Panor. i.c. penult. col. 2. in glo. 1. de cauſa poſſeſſio. vbi tenet ꝙ ſi canonici appellarent ne epiſcopus cõferret, non tenetur epiſcopus ſuperſedere, quia appellatio non tollit effectum poſſeſſionis, vt not. in.c. fina. de ſupplend. negli. prælato.

Noiatus an poſſit ſe oppone re vel appellare ne epiſcopus conferat.

29 ℭ Et notandum eſt, ꝙ licet in beneficialibus appellatio deuoluat ad ſuperiorẽ poteſtatem cognoſcendi, & retractandi grauamen, & irritandi attentata, tamen nũꝗ deuoluit poteſtatem eligendi, vel conferẽdi, etiam ſi pronunciaret appellationem legitimam. not. Ioan. And. in.c. cum M. de conſtitu. Inno. in.c. dudum. 2. de electio. prout refert eos Petuſi. in.c. bonę. nume. 32. cum ſequẽti de appella. vbi licet videre fuſius.

ℭ Itẽ curia Ro. nõ ſolet concedere literas facta collatione contra epiſcopum qui cõtulit, quia functus eſt officio ſuo, ſed contra eum cui collatio facta eſt. ſic no. Collecta. in.c. paſtoralis. in prin. de iure patro. Supereſt tranſire ad XVIII quæſtionẽ. 30

ℭ DECIMAOCTAVA QVAESTIO PRINCIPALIS.

ℭ DECIMOOCTAVO pricipaliter q̃ritur, an collationes bñficiorũ vacãtiũ tẽporib⁹ noiatis & graduatis præſtitutis factę alijs extra eoſdẽ valeãt? tex. in. §. ſi quis vero cuiuſcũq; de colla. in cõcord. dicit quod nõ valẽt ipſo iure collationes, prouiſiones vel diſpoſitiones illorũ, ſed ad immediatũ ſuperiorẽ deuoluuntur, qui eiſdẽ perſonis modo pręmiſſo qualificatis prouidere tenetur, vt ibidẽ patet, & dixi ſupra. 8. q. princi. verſi. ſeptimo quęro. & ſi ille ſuperior contrauenerit, ad alium ſuperiorẽ fit deuolutio, donec ad ſedem apoſtolicã fiat. 1

Collationes beneficiorũ vacãtiũ temporib⁹ nominatis & graduatis præſtitutis factę alijs extra eoſdẽ an valeant.

ℭ Et, ſi patronus eccleſiaſticus cui directę ſunt nominationes, præſentet non nominatum, ad inſtituentẽ deuoluitur ius inſtituendi, ſiue ſit diœceſanus, ſiue alius. glo. ſing. in clem. 1. in verbo diſpoſitionem. de ſupplen. negli. prælat. quam ſingu. dicit Card. & Panor. ibi. & Panor. i. cap. 1. numero. 10. de electio. & cap. 2. de conceſſio. pręb. Roch. curtius in tract. de iure patro. i verbo honorificũ. q. 33. glo. i regula cãcellariæ 40. ratio eſt, quia q̃n lex vel ſtatutũ aliquid requirunt ad actũ, & vlterius procedunt annullãdo, illud cenſetur eſſe traditum pro forma, adeo ꝙ actus eſt nullus ex defectu eius quod requiritur ad actũ. 2

A patrono ad inſtituẽtem fit deuolutio.

Bal.Imol.& Alex.i.l.1.ff.de liber.& poſthu.Bal.& Salice. per illum tex.in.l. ſtatutis.C.de ſententijs ex periculo reci ſ.Albert.brunus in tract. de forma & ſolẽnitate act.rub.quid & quãdo aliquid cẽleatur eſſe traditum pro forma.in princi.

3 Delatio ad quem fiat in exẽptis

¶Primo amplia ſiue fuerit collator exẽptus, ſiue non, quia ſemper fiet deuolutio ad immediatum ſuperiorem,& non valebit prouiſio.d.§. ſi quis vero.& probatur in clemen.vna de ſupplẽ.negli. præla. & collator immediat⁹ exemptorum quis dicatur, vide quæ dixi in glo.vlt.§.ſi quis vero cuiuſcunq;.de colla.in concorda.

4 Collatio facta alteri quã nominato etiã in tẽpore non præſtituto,non valet.

¶Secundo amplia etiam ſi beneficium cõferret in menſe non deputato nominato, vel graduato, quia poſtq̃ beneficium vacauit in tẽpore eiſdem præſtituto, alijs nõ potuit conferri, etiam tempore permiſſo. arg.l.quod ſpõſę.C. de donatio. ãte nupt. & quia res tranſit cum ſua cauſa, & onere ſuo,vulgatis iuribus.l.alienatio.ff. de contrahend.emptio.c.cum non ſit. de deci.

5 ¶Fallit in caſibus traditis ſupra in. 16.q. quia poſtq̃ in nominationibus non comprehẽdunt, ideo collatio alteri facta valet.

6 Papa iure præuentionis confert.

¶Vlterius fallit, quando fieret collatio per papam . nam ipſe ſibi hoc retinuit, in titu.de manda.apoſto. ideo iute præuẽtionis in præſtitutis mẽſibus vacantia confert etiam alijs quàm nominatis, vel graduatis,glo.in.§.item quod omnia.in verbo ſcilicet.de colla.in prag. quæ idem dicit in legato. quam opinionẽ tãdiu ſecutus ſum, q̃diu contrarium verius viderim. & ſi potuiſſet procedere tempore prag.non tamẽ hoc tempore,tum quia concordata ligarẽt Roma.põtifi. nec forte potuiſſet pręuenire alios niſi ſibi retinuiſſet, cum contract⁹ vim habeant, vt patet in ꝓœmio cõcord. & contractus ligant etiam papã,& principes, imo deum ipſum, vt eſt tex. & ibi Barba.poſt alios in.c.1.de proba.& dixi in præfa.ad rub.de colla. tum etiam quia legatus eſt receptus modificationibus regni ſaluis, vt patet in ſua receptione. ergo legibus regni derogare non poteſt , nec parlamenta admitterent vt concordatis derogaret: & ſic non poteſt iure præuentionis non qualificato conferre, ſaltem iure,reſtringe qnando papa conferret beneficium poſt requiſitionem nominati ſeu graduati,cum eidem cenſeatur affectum.

¶Et papa iuri iã quæſito nõ videtur velle 7
derogare.c. quanuis.&.c. tibi.de reſcript. in.vj.& etiam quia non dicitur præueniſſe,& non confert niſi iure præuẽtionis. d. rub.de manda.apoſt.Ita ſtatutũ inuenio in ordinat;. regijs rub. des graduez ſimples, articu.14.& ſic debent iudicare iudices regni ſeculares.Idem de clauſula,dummodo alteri non ſit ius quęſitũ, vt non tollat ius ex acceptatione pretenſum.Rota.deciſio. 244.in no.Feli. in.c.in noſtra.correla.18. &.c.capitulum.de reſcript.¶Intellige valere collationem papę iure pręuentionis, 8
De clauſula de veriſimili notitia.
quando erat veriſimile q́ impetrãs potuit a die mortis vel reſignationis acceſſiſſe ad papam, alias non, vt regula cancel. 28. & dixi in.§.declarantes.rub.de mãda. apoſt. in verbo iure præuẽtionis. nec admittitur derogatio illius regulę etiã a papa in Francia,vt alias fuit concluſum,& in mente curię retentum,vt dicitur tempore legati de Ambaſia.

¶Fallit quando nominatus nollet vti ſua 9
nominatione,vtpote quia beneficium eſt tenue,& contemnit illud acceptare, tunc collatio alteri nõ nominato vel graduato facta tenet.glo.i.§. quod ſi quis cuiuſcũq;. in verbo irritum.de colla.in Prag.priuilegio enim in fauorem ſuum introducto poteſt renunciare.c.ſi diligenti.de foro competen.l.penult.C.de pact.itelligitur enim beneficium eſſe nominato affectum, ſi is ipſe velit.§. fina. ibi,nominatis illa proſequentibus de colla. in concorda. & ibi dixi.& i ordina.regijs rub.des graduez ſimples,arti.14.glo.in.§. ordinarij, in verbo alio.de colla.in prag.d. Aurioli.in.c.ſi tibi abſenti.de præb.lib.vj.inuito enim nõ datur beneficium.l.inuito.ff.de reg. iur. po

teſt renunciare beneficio iam acquiſito.c. admonet. c. quod in dubijs. de renũciatio. Fortius & acquirẽdo.cle.gratiæ. de reſcri. Io.de ſelua in tra.de beneficio.q.48. partis tertiæ.ſic valebit collatio bñficij facta primo,quando ſecũdus habẽs clauſulã antefer ri, renũciauerit añ collationẽ factã primo. Io.And.in.c.ſtatutũ.de pb.in.vj.in nota.& in.c.penul.de cõceſ.pb.eo.lib.glo.in.§. cui rei.in verbo, antelationẽ.de colla.in prag.

10 ¶Item ſi papa tranſtulerit epiſcopũ abſen tem,& abſoluat eundem a vinculo priori, tamen non vacat prior eccleſia, ſi tranſlatus nolit, quia illa abſolutio non eſt pura, ſed conditionalis, ſi tranſlatus conſenſerit. Io.monac.in.c.generali.col. penul.de elec. in.vj. vbi dicit ſemper intelligendã conditionem ſi placuerit,ſeu voluerit,per.c.ſi tibi abſenti.de præb.i.vj.facit.l.ſi ita legatũ. §.illi ſi volet.ff.de lega.j.l.inuitum. C. de contrahen.emptio.l.nec emere.de reg.iur. ſic expreſſe tenet Decius in ca.cum in cunctis.§.cum vero.col.2.de electio.

11 ¶Vlterius fallit quãdo nominatus eſſet inhabilis,& indignus, de quibus ſatis ſuperque dixi in tract.de pacifi.poſſe.in.4.limita.vbi enumeraui trigita pſonas inhabiles.

12 ¶Fallit etiã quando non haberet qualitatẽ requiſitã in bñficio,vt in.c.ei cui.de præb. in.6.& dixi ſupra.Et an cũ non habente eã qualitatẽ poſſit fieri permutatio,vide gloſ. in verbo alio.§. ordinarijs.de coll. in prag. Io.de Sel.in trac.de bñficio.in.3.pte.q.54.

13 ¶Item fallit quando prouiſio fieret vigore mandati de prouidendo, quia mandatarij præferuntur nominatis, ideo collatio eiſdẽ facta,valet.rub.de manda.apoſt.§.j.vbi dicitur procedere quando mandatarij proſequebantur ſua mandata,alioqui contra.

14 ¶Præterea limitatur quando nullus nominatorum eo anno inſinuaſſet, tunc collatio alteri facta valet.§.teneantur.verſi.& ſi collatoribus.de colla.in concorda.

¶DECIMANONA QVAESTIO PRINCIPALIS.

1 ¶DECIMONONO principaliter quærit, Quomodo puniãtur collatores alteri q̃ nominato vel graduato conferentes beneficia tẽporibus eiſdẽ aſſignatis vacantia?Reſpõ. Primo collatio eſt nulla, vt ſupra dixi. & quãdo annullaẽ actus in odiũ perſonę faciẽtis contra præceptũ ſibi factũ,dicit pœna. c.ſi religioſus.de elec.in.vj.tex. iuncta glo. in.c.decet.de immunita.eccle.in.vj.glo.& ibi doct.in.c.2.de conſtitu.Bal.& alij in.l. non dubium.C.de legib.Peruſ.& alij in.c. fina.col.1.& ſequẽt.de elect. in.6. Maleret in tract.de elect.fol.52.col.2. verſi. vtrum nullitas actus.Iaſ.& alij in.l.non dubiũ.C. de legib.Soci.conſil. 112. quod collatio. in 3.volu.dixi i glo.nullitatis pœnã.in.§. monemus.de colla.in concorda. Quib⁹ pœnis collatores nõiatis nõ conferẽtes afficiantur.

¶Secundo,quia remoto beneficio a nõ nominato,cui collatum erat in menſibus aſſignatis qualificatis,tenebitur is qui cõtulit, eidẽ prouidere de alio, per tex. ſing.in.c. inter cætera.in fine.de præb.Aufrer.in deciſio.Tholoſa.q.71.ſi Titius. & Iaſ.in.l.ſi domus.§.de euictiõe.col.3.ff.de lega.1. vbi dicit eſſe caſum mirabilem,in quo donator tenetur de euictiõe,licet regulariter cõtra, vt in.l.Ariſto.ff.de donatio.nam vulgo dicitur,equi donati dentes reſpicere noli.l.ad res donatas.ff.de ędilit.edicto.glo.in cle.2. in verb.gratioſe.de cẽſib.Iaſ. in.l.quoties. numero.13.C.de rei vend. 2 Conferẽs euicto beneficio tenetur pui dere ei a quo eſt euictum.

¶Intellige niſi epiſcopus ignoraſſet, vt pote quia inſinuatio eidẽ facta non fuiſſet,ſed prædeceſſori,vel vicario in epiſcopi abſentia,quia tũc non teneret epiſcopus puidere illi cui cõtulerat, beneficio euicto. Panor. & Imol.in.d.c.inter.glo.not.in.§. ſtatuit. in verbo inane.de colla.in prag.quia ceſſaret fraus,quãdo eſſet ignorans, & ſcientiã, & non ignorantiã volumus obligari.l. generali.C.de tabula.lib.10. & ignorans non delinquit.glo.not.i.l.ex maleficijs.ff.de actio.& obligat.in verb.ignorãs. quã aureã not.Bal.in.l.1.C.qui accuſa.nõ poſſunt. vt refert Iaſ.in.l.ſi mora.col.6.ff. ſolu. matri. & Decius in.c.2.de exceptio.Barba.cõſil. 51.illud.col.2.in.3.volu.& cõſil. 51. illud. 3 Ignorans nõ delinquit. 4

S

col.1.in.4.volu.ac conſil.62.Paulus.col.7. ibid.& cõſil.74.ſcripſit.col.7.& cõſil.ſeq. col.penul.& cõſil.77.col.penult.ibidem.

4 ¶Fallit quando ignorãtia eſſet craſſa, quia tũc paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.l.quod te.ff.ſi certum peta.& ſemper collatores allegarent ignorantiam hodie, quia tot ſunt nominati, & vbiq; vt ignorare nõ poſſint ſe habere. nã vulgo dicitur: Gargara quot ſegetes, tot templum nominatos, atq; indoctos doctis prætulit hic. ſimilis.adhuc poſſet epiſcopus ignorare inſinuationem factam, quæ etiam vix excuſaret eum, & caueat ab ignorantia affectata.c.2.de tempo. ordinã.in.vj.

5 ¶Tertio tenetur collator alteri quàm nominato conferens beneficia eidem debita, prouidere in ſingulos annos illi de ſuis prouentibus, donec de beneficio nominato prouideat.c.dilectus filius.in.1.&.2.de p̃b. & hoc eſt iuſtum & rationabile, vt puniatur in quo deliquit.c.poſtulaſtis.vbi dixi de clerico excõica. miniſtrante. vide late Feder.cõſil.290.quia in parte.i fine.& doct. in.d.cap.dilectus.in.2.q.8.quod vix poſſet obtineri, cum proſequente nominato collatio ſit nulla, vt ſupra dixi, & vide Siluestrũ de prierio in ſua ſumma in verbo beneficiũ in.2.quæſt.8.

6 ¶Quarto priuatur poteſtate conferendi p octo menſes, quos liberos ad collationem habebat.§.fina.de colla.in concord. dixi fuſius in.4.notab.in repet.d.ca.poſtulaſtis. & in dicto.§.fina.

7 ¶Quito, qui ſine cauſa noluit implere mãdatum papæ, in præiudicium impetrantis, crimine ſtellionatus tenet̃.l.1.ff.de crimine ſtellio.&.l.1.de pignor.actio.& accuſationem criminalẽ, vel denunciationẽ ciuilem proſequitur impetrãs.Innocẽ.& alij in.d. c.dilect⁹.2.in fi.quia pro hoc crimine non eſt expreſſa pœna i iure canonico, licet poſſit applicari pœna.c.nulli.de rebus eccleſię nõ alienãd.l.iubemus.§.œconom⁹.C de ſacroſan.eccle.ideo relinquet̃ arbitrio iudicis.l.1.ff.de effract.declaratur in cõcor.rub. de pœna temere veniẽtiũ contra cócord.

¶Sexto indignationẽ ſummi pontificis incurrit, vt patet in concord.rub.de cóclusio. 8
De indignationẽ incurrẽtis
latera.cõcilij.in fine.& in alijs pluribus locis, & qui principis incurrit indignationẽ, debet feudo quod ab eo tenet, priuari.glo. in.§.porro.verſ.ſed ſi delator.in verbo perdet. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.& ibi Bal.dicit, quòd qui incurrit indignationem papæ, meretur priuari bñficijs eccleſiaſticis.quem ſequitur ibidẽ Aluaro.Idem tenet Bal.ibi, & Io.Baptiſta i repet.l.cũctos populos.C.de ſumma trinita. Feli.in.c.veniẽs.col.1.de præſcrip.Soci.cõſil.87.viſis inueſtitura.col.3.in.3.volu.tex. in.§.item qui dominum. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.l.2.C.de petitis bono.ſublat.lib.10.clem.final.de celebra. miſſa.Iacob.in tract.de feud.in verbo dictique vaſſali.in.13.cauſa.do.Ioan.Sanſon in conſuetu.Turoneñ.rub.des amendes.arti.2.vbi extendit ad murmurantes contra indulgentias. ideo hic non conferendo nominato vel graduato tempore eis præſtituto, collator incurrit indignationem tam papæ quàm regis, ergo & beneficijs debet priuari, & feudo ſpectante ad regem, licet Bart.in extra.qui ſint rebelles.in fine, dicat ſe huius clauſulæ, indignationem ſe &c. nullum effectũ inuenire quẽ ſequit̃ Iaſ.in l.1.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtẽpera.no.tñ quæ ſupra dixi.eſt etiã excõicatus qui non ſeruat conſtitutiones papæ.c.gñali.25.q.1.

¶Septimo ſunt periuri.nã veniunt contra 9
iuramentum quo ſeruare cõſtitutiones & pręcepta Roma.pontificis promiſerunt.c. ego.N.de iureiur.& ibi Feli.col.3.& periurus eſt infamis.l.ſi quis maior.C.de tranſa.
Periuri ſint infames.
glo.tñ diſtinguit in.l.Lucius.ff.de his q notãt.infamia.Bal.i marga.in verb.infamis. q.11.Bar.& alij in.l.quotiens.C.de dignita.lib.12.Paul.in.l.iuſiurãdũ qd.§.fina.ff. de iureiuran.Domi.& alij in.c.generali.de elect.in.6.tex.expreſſus in.c.infames.6.q. 1.qui ſic loquitur, Infames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notãtur

infamia, id eſt omnes qui chriſtianæ legis normam abijciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica cōtemnunt. facit tex. in ca. ſi autem. 11. q. 3. cuius verba ſunt, ſi autē nobis epiſcopis nō obedierint omnes presbyteri, & reliqui clerici tam maioris ordinis, quam minoris, atque reliqui populi, non ſolum infames, ſed etiam extorres a regno dei, & cōſortio fidelium, & a liminibus ſanctæ dei eccleſiæ alieni erunt. Barb. in rub. de iureiur. in cle. col. 5. & propter periurium clericus ſaltem eſt ſuo priuandus beneficio. tex. in. c. 2. de reſcrip. c. querelam. de iureiur. ſic & collatores qui beneficia nominatis & graduatis debita non conferūt. dixi in tract. de pacific. poſſ. in. 4. limita. verſicu. 23. periurus &c.

10 Non obtēperās mādatis papæ, nec regis, quō puniatur.

¶ Octauo peccant mortaliter, quia non obtemperant mandatis papæ, nec regis, & dicitur ad Rom. 13. c. Qui autem reſiſtunt ipſis, ſibi dānationē acquirūt. c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. quod præcipitur. 14. quæſt. 1. ſumma Angel. in verb. lex §. iij. & ibi Silueſter q. 8. Panor. & alij late in ca. nam concupiſcentiam. de conſti. Aſteñ. in ſua ſumma. titu. 20. rub. de partibus iuſtitię arti. vlti. glo. in cap. 2. de conſti. in. vj. Panor. & alij in. c. clerici officia. de vita & honeſtat. cleri. & cap. nulli phas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare. 25. q. 1. & qui hoc facit, blaſphemat in ſpiritum ſanctum. cap. violatores. ibidem. Et quomodo puniatur contemptor mandati regis, vide per Bal. conſi. 159. ſuper eo. col. penult. volu. 3.

11 Hæreticus eſt q aſſerit eccleſiā nō habere poteſtatē.

¶ Nono qui contemneret ſeruare canones, & papæ præcepta ex malitia, dicens papam non habere poteſtatem ſtatuendi, nec ligandi, puniri deberet tanquam hæreticus. glo. ſing. in cap. generali. in verbo inhibemus. de elect. in. vj. per tex. in. d. c. nulli phas. 19. diſtinct. ſequūtur doct. in. c. 1. de conſtitu. glo. penult. in extrauag. execrabilis. Ioannis. 22. Barb. in capitul. quod quibuſdam. de fideiuſſo. clemen. 2. col. 41. de electio. tex. in. c. ſunt quidam. 25. quæſt. j. Chriſtopho. Caſtellio. in diſputa. incipiente, ſtatuto ciuitatis. Iaſ. in. l. j. col. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. & ille dicitur contemnere, qui contrauenit ſine cauſa. glo. in cap. Metropolitanam. 2. q. 7. Feli. in. d. cap. ego N. col. 2. Item infidelis eſt. Hierony. in cap. ſi apud. 23. q. 5. ibi, quomodo enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia dei, qui carnali domino fidem exhibere non potuit? c. fina. 25. q. j. & de dolo tenetur. l. j. in princi. ff. de dolo.

¶ Decimo ſine ſpe veniæ eſt deponendus. 12
c. omnia. 25. q. j. cuius verba inſero, omnia decreta prædeceſſorum noſtrorum conſtituta, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonum ſunt promulgata diſciplinis, ita ab omnibus epiſcopis ac ſacerdotibus generaliter cuſtodiri debere mādamus, vt ſi quidem in illa commiſerint, veniam ſibi honoris deinceps nouerint denegari.

13 Non obediēs mandatis principis morte plectitur.

¶ Vndecimo morte debent plecti. primo Reg. c. 17. Qui aūt ſuperbierit nolēs obedire ſacerdotis īperio, ex decreto iudicis morietur homo ille. cap. abſit. 11. q. 3. & qui non obedierit principi, morte moriatur. c. 2. de maior. vbi dicunt doct. poſſe etiā excōmunicari. c. ſi quis omnē. 1. q. 7. Ad qđ aduertāt collatores ordinarij, & noīatis & graduatis, vt tenent, ꝓuideāt. etiā ī hos recuſantes cōſiliarij animaduertere debēt, vt pœna vnius ſit metus multorum. l. 1. C. ad. l. iuliā repetund. vnde dicit Bal. conſil. 271. quæritur. in. 2. volu. quod contēptor mandati regis eſt capitaliter puniendus, tanquam violator legis. l. fina. C. de veter. numiſmatis poteſtate lib. 11. Incurrit etiā ſacrilegij crimen. l. 1. & 2. C. de crimine ſacrileg. & idem Bald. conſil. 159. ſuper eo. col. penult. in. 3. volu. & conſil. 367. venerabilis. col. 2. in eo. volu.

14 Collatores ad expēſas tenentur qñ nō ꝓuident noīatis.

¶ Vltimo dico collatores teneri ad omnes expenſas, damna & intereſſe quæ nominatꝰ paſſus eſt vel expoſuit eo quia nō eſt eidē facta collatio. ꝓbatur in §. fina. de colla. in concord. vbi dicitur nominatum teneri ad intereſſe, damna & expenſas, ſi ordinarium moleſtauerit. Idem dici debet ſi collator moleſtauerit nominatum.

correlatiue, per.l. fina. C. de indicta viduit.tollend. hoc etiam ſuadeo ex. d.§. fi. ibi, eodem vinculo collatores &c. & §. domino ſi de feudo conten. ſit inter do. & agnat.vaſſal. & §. dominus.de forma fideli.vbi ſi dominus delictum cōmiſerit, propter quod vaſſallus, ſi in dominū cōmiſiſſet, perderet feudū, debet feudo priuari ratione correlationis. d.l.fi.C. de indicta vidui. tollēd. & iſta deciſio eſt ſancta & iuſta, ſecūdū Bal. & Aluaro.ibidē.Barb.cōſi. 62. illud in mediū.col.13.in.1.volu.tex. & ibi glo.in.c.de forma.2 2.q.5. Iacobi.ī tracta.de feud.ī verbo.q quidē iueſtiti. col.4. verſi. ſed nūquid econtra. facit tex.in.l. fi. C.de fructi. & litiū expēſis. vbi ſi quis habet priuilegium ſuper expēſis litis nō ſoluendis, extēdetur ad aduerſarium propter ęqualitatē.facit tex.iūcta glo.i.c.2.ī verbo reus.de confeſſ.i.vj. vbi dicit Domi. ꝙ lex pœnalis loquēs ī reo, extēditur ad actorē: & qui obtinet aduerſariū cōpelli ad iudiciū venire pſonaliter, idē pariter tenetur. c.1.de iud.i.vj.rota deciſio.2. de dolo.Domi.i.c.1.col.2.de dolo.li. 6.c.2. & ibi Feli. late de mutuis petitio.l.1. & ibi doct. ff. quod quiſque iuris.

¶ Ergo ſicut noiatus ſi moleſtet ordinariū, punietur ad expēſas, dāna & intereſſe, ita & ordinari⁹ moleſtās noiatū. & hanc opinionē tenet Io.And. & Imol.ī.c. dilectus.2.de præb.arg.c. ſane.&.c.veniēs. de renūciatio.vbi dicūt quod ille cui non eſt collatū bñficium ſibi debitū, poteſt agere cōtra cōferentē ad omnes impēſas, & maxime ī cōſciētia, ī qua dānū quod tua cauſa patior, teneris mihi ſarcire, Exodi.21. c. & dico in præfa. ad.l. vnā.q.1. C.de ſentē. quæ pro eo quod intereſt ꝓferuntur.ſi nō potuero exigere ab eo cui collatū erat collitigāte. Et ſic aduertāt ordinarij, vt graduatis & noiatis cōferāt tēporibus eiſdem præſtitutis, & non ſuis inhabilibus. vide Card.in.c.mandatū.q.28.& ſequen. &.q. 33.de reſcript.alias pœnas iprę́ſentiarum miſſas facio, ne irritem crabrones.

¶ VIGESIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶ Vigeſimo principaliter quæritur, in- 1
tra quod tempus debeat nominat⁹ & gra- Noiatus
duatus petere beneficiū vacās ſibi cōferri, itra quod
& illud requirere, & acceptare? Reſpond. tēpus bñe-
per glo.in.§. item quod omnia.i verbo ſci- ficiū pe-
licet. de colla.in prag.quod non inuenitur tere de-
a iure tempus præſtitutū, ideo arbitrio bo- beat.
ni viri relinquendum eſt, arg.l.1.ff.de iure deliberand.c. ſi clericus.de præben. in.vj. Bon⁹ autem iudex arbitraretur quod petere debeat intra ſex mēſes, intra quot ordinarius poteſt conferre.c.2. de conceſſio. præb. & patronus clericus habet ſex menſes ad præſentandū, laicus quatuor.c.vno de iure patro.in.vj.Igitur ſi nominatus nō petat intra ſex menſes, reputabitur negligēs quo ad illud beneficium, ideo non poterit illud poſtea petere, etiam a ſuperiore, ad quem eſt ius deuolutum, vt nota. in.c. tibi qui.in fine. de reſcript.in.vj.Io.de Selua in tract.de beneficio in.3. parte. q. 64. & Brunel.in.d.conclu.19.declara.6. & ita ſe habet conſuetudo ſecundum eos.

¶ Fallit quando fuiſſet abſens, vel forte captus per ſex menſes, & procurator medio tempore, quem dimiſerat, mortuus fuerat, tunc cum non dicatur negligens, nō perdit beneficium ſibi debitum, arg.c.quia diuerſitatem.de conceſſio.præb. ita expreſſe tenet glo.in.d.verſic.ſcilicet, in fine. quæ eſt notab.& glo.& doct.in cap. ſi clericus. de præb.in.vj.dixi ſupra. vltra nō proſequor.

¶ VIGESIMAPRIMA QVAESTIO PRINCIPALIS.

¶ Vigeſimaprima principalis 1
quæſtio eſt, pluribus nominatis cōcurrētibus Inter plu-
quis præferat? Regula eſt ꝙ antiquior res noiatos quis
.§.ſtatuim⁹.de colla.ī cōcorda. qa in reſcri- pferatur.
ptis tēpus datę attendit.c.eā te.de reſcri.& c.ſi eo tēpore.illo tit.in.6.facit.l. ſi pmittēte.C.ad Macedo. & qui prior eſt tempore, in dignitate debet eſſe potior. regula, qui prior. de reg. iur. in.vj. l. qui balneum. in principl. &. l. potior. ff. qui potiores in

pigno. habean. vnde dicit Bal.in.l.ſi plures.col.1.C.de cōditio.inſert.quod qui habet primum eſſe, habeat primum frui, & primum gaudere.refert Iaſ.conſil.192.exorta.col.4.verſicu.tertio facit.in.2.volu.

2 ¶Item valde abſurdum eſt, quod iuuenes antiquis præferantur.c. ſtatuimus.61.diſt. & penes antiquiorē debent eſſe claues,& remanere.l.ꝓcurator.& ibi doct.C.d edē.

3 ¶Item antiquior aduocatus præfertur iuniori.l.prouidendum.C.de poſtulād. quia dicitur melior in practica,licet ſit minoris ſcientiæ,ſecundum Alber.ibi dicentem cauendum eſſe a medico iuuene, quia eſt peſtis in patria. ¶Si tamen iunior aduocatus fuerit doctor,debet præcedere antiquiorē aduocatum nō doctorem.tex.in.l.vna, verſi.ad iſtum.ibi, & vir illuſtris ex magiſterio,& iuris doctor in hac alma vrbe Theophilus,viri etiā diſertiſſimi togati ampliſſimi fori tuæ ſublimitatis Dioſcorus. &c. C.de Iuſtinia.Cod.cōfirman.vbi ſumendo argumentum ab ordine literæ, hoc probatur,quia ibi prius nominatur doctor,quàm aduocatus.& hoc expreſſe dicit Signorel. Homodeus conſil.129.col.antepenult. per illum tex.clamans contra aduocatos antiquos volentes præcedere doctores.

Aduocatus antiquus ꝑcedit iuuenem.fallit vt hic.

¶Notandum eſt quòd quando confertur antiquiori nominato, vel alteri, debet exprimi,tibi graduato & nominato conferimus,vel tibi tāquam nominato & graduato,aut aliud æquipollēs. alias nō valet collatio,quia voluntas & poteſtas non videntur concurrere,vt ius requirit,in.c. cum ſuper.de offic.deleg.ſed voluntas conferendi graduato nominato nō apparet, cum quælibet collatio ſoleat fieri tibi tanquam idoneo,ergo non valebit.Item hoc eſt introductum partim in fauorem aliorū nominatorum,ne eis per iſtas collationes fiat præiudicium,& vt ſi videant non ſic eſſe factā collationem, requirant ſibi cōferri.partim etiam,vt iudices Regij protectores cōcordatorum ſciant an ſit concordatis ſatisfactū.nec admitteretur probatio iſtius qualitatis per teſtes,ſi non eſſet in literis collationis expreſſum, argu.tex.in cap.ſi motu proprio.de præbend.in.vj. Alioqui in dies cogitaretur materia fabricandi falſum, & inueniendi teſtes hoc deponentes. In menſibus tamen graduatorum, quia epiſcopus poteſt gratificare vnum ex graduatis,ſufficit ſi epiſcopus conferat tibi idoneo, quia alter graduatus non poteſt queri, licet non expreſſerit illam clauſulam,tibi tanquam graduato, ſi ille cui facta eſt collatio,erat graduatus, & rite qualificatus.Et idē ſi cōferatur beneficium parochiale in villa murata exiſtens extra menſes nominatorum. ita arreſto concluſum extitit ab hoc venerando ſenatu in cauſa magiſtri Guillelmi Eſcliſſon appellantis contra magiſtrum Leonardum Marin hoc anno 1536.circa feſtum Pentecoſtes. Ideo iuribus non aliter ꝓbabo, quia mihi ſufficit tāta authoritas.

4 Antiquior quis dicat

¶Et antiquior dicitur non ætate maior.§. ordinatione.in authen.de monach.colla.1. alioqui quilibet diceret ſe antiquiorem, & plures annos q̄ haberet.Nec gradu, videlicet vt qui prius ſumpſit gradum,is præferatur.ſed tempore,id eſt qui prius fuit nominatus.tex.in.c.fina.17.diſt.& ibi glo.dicit generale eſſe,vt qui prius dignitatem receperunt,alijs præferantur.glo.in verbo antiquiores.in.c.fina.de conſuetud. in.6. c. epiſcoporum.74.diſt.l.j.&.l.penult.C.de dignita.lib.12.l.j.de præpo. ſacri cubicu. eo.lib. Brunel. in tracta. de dignita. leg.in concluſ.22.& inter doctores eiuſdem profeſſionis ille præferri debet, qui prius fuit effectus doctor.Bar.in.l.j. ff.de obſequijs. &.d.l.j.C.de digni. &.l.fina.C.de tyro.li. 12.Et conuocatio capituli ſpectat ad antiquiorem de collegio deficiēte rectore, vel priore ſeu decano. Bar. in.l. j. ff. de albo ſcriben.per tex.in.l.2.C.de Decurio.lib.x. Iaſ.in.l.cum quid.in.2.lectura.col.penult. & vltima.ff.ſi cert.peta.

5 Cōſiliari' antiquior quis dicat

¶Et antiquior cōſiliarius vel canonicus dicitur, qui primo receptus eſt,licet ſit ætate iunior.Bar.in.l. qui ad tempus.ff. de decur. Decius conſil.

6 161.pro domino propoſito.¶Amplia etiã
ſi vltimus nominatus eſſet doctor, primus
vero eſſet tantum baccalaureus,vel artium
magiſter, quia illa qualitas nil facit niſi in
data concurrentibus,argumen. c. ſi a ſede.
de præbend. in.vj.gloſ. in.§. ita tamen. in
verbo quibuſcunque. de colla. in pragma.
etiam ſi eſſet doctor in Theologia, vel in
vtroque, quia tex.tantũ præfert antiquio•
rem,ergo quemlibet,cum non diſtinguat,
arg.l.ſi precio. ff.de public.actio.glo.in ſe•
xta parte regula.Iulij ſecundi. Ideo ſuſti•
nui concluſionem,quæ eſt.22.meæ ſecun•
dæ repetitionis, quæ ſic dicit,Magiſtri ar•
tium theologis quo ad ſacerdotia præfer•
ri debent.quæ concluſio debet intelligi,vt
ſupra dixi,quando magiſter artium eſt an•
tiquior.nam ex tempore ius eſt iſti acqui•
ſitum, ideo non poteſt tolli per theologũ
poſtea veniẽtem. ſecus dicerem quo ad ho
nores,in quibus theologus præcedit artiũ
magiſtrũ,etiam ſi eſſet centũ annorũ.doct.
in.c.clerici.de iud.in.l.eum quid.ff. ſi cert.
peta.Idẽ in mandatis arbitror,vt antiquior
præferatur.c. duobus. de reſcript. Idem ſi
ſint eiuſdem datę mãdatorum, ſed artium
magiſter prius præſentauit,ibidem dicitur
eſſe præferẽdũ. & hæc cõcluſio mouit bi•
lẽ quibuſdã theologis eã nõ intelligẽtib⁹.

Cõcluſio, Magiſtri artiũ theologis quo ad ſacerdotia pręferri debent.

¶Poſtea in concluſione ſequenti diceba•
tur,Imo his præferendos eſſe medicos iure
conſtat.quæ debet intelligi,quando medi•
cus inſinuaſſet illo anno,& theologus nõ,
nec magiſter artium,tunc medicus præfe•
retur.§.teneantur.de colla.in concord.

¶Idem etiam dicendum eſt quãdo medi•
cus & theologus impetraſſent mãdata eo•
dem die,& eſſent æquales,tũc ſi medicus
prius præſentauerit,erit præferẽdus theo•
logo quo ad ſacerdotia.d.c.duobus.

¶Idem ſi theologus erat inhabilis, quia
paria ſunt non eſſe,& inhabilẽ eſſe.l. quo•
tiens.ff.qui ſatiſda. cogã.glo.in.l. ſi plagij.
C.ad.l.flauiam de plagia.

7 ¶Secundo extende etiam ſi vltimus prius
præſentaſſet.c.cum cui.de præbend.in.vj.

Pñtatio pri⁹ facta

c.tibi qui.de reſcript.eo.lib.glo.in.§.ita ta•
mẽ.in verbo pręferri.de colla.in prag.quia
nõ attendit pñtatio, vbi data eſt potior.

non nocet antiquiori, nec rũ cep tio.

¶Tertio procedit etiam ſi vltimus eſſet 8
receptus in canonicũ ſub expectatione pręs
bendæ.d.c. eum cui. &. d.c.tibi.Feli.in.c.
capitulum.col.3.de reſcript.Innoc.in.c.ſta
tuimus.de maior. & obedien. vbi dicit in•
iuſtum eſſe,ſi per ſecundos primi ius amit•
terent.c.duobus.de reſcrip.in.vj.aliàs quo•
tidie fieret fraus,& antiquiori nũq̃ proui
deret. Peruſ.& alij i.c.qa ſæpe.de pręb.i.6.

¶Quarto auge procedere etiã ſi poſterior 9
eſſet nepos collatoris, filius gallinæ albæ,
quod per ſe magnũ eſt,vel filius Baronis,
Comitis, aut alterius principis.tex. & ibi
Bal.in.l.ſi fundus.C.qui potior.in pignor.
habean. quia tunc omnino excluderetur,
quia licet data paritate nobilis præferatur
ignobili. Panor.in.c. venerabilis. de præ•
bend. Bal.in.l.nemini.C.de aduocat. diuer
ſo.iudic. Feli.in.c.ſuper eo. col.3. de teſti.
tamen non procedit quando non eſt pari•
tas,vt ibi per eoſdem licet videre.glo.in re•
gula Iulij ſecundi in vltima parte.

Nepos collatoris nõ pfert antiquiori nõiato.

¶Quinto etiã ampliatur, ſi collatio eſſet 10
facta intra ſex menſes poſteriori,quia pri•
mo proſequente annullabitur,quatenus de
facto proceſſit,vt ſupra dixi, nec ius a pri•
mo ob illam abortiuam collationem aufe•
retur.alioqui collatores quotidie illã frau•
dem exercerent. Peruſ.in.c.executor.de cõ
ceſſio.præbend.etiam ſi ille primus poſſe•
diſſet quatuor menſes. Bal. conſil.182. ad
euidentiam.in.2.volu.

Collatio facta poſteriori nõ nocet antiquiori.

¶Sexto extẽde etiã ſi iunior eſſet excellẽtis 11
doctrinę,quo caſu ſcholaris pcedit doctorẽ
indoctũ.glo.i.l.j.C.de anno.ciuil.li.11.Pa•
nor.& alij i.c.clerici.de iud. Barb.in proœ
mio cle.in.2.lectura.col.12.Feli.in.c.paſto•
ralis.col.j.de off.deleg.& i rub. de magiſt.
col.vltima.Iaſ.in.l.cũ qd. ff.ſi cert.pet.Bo•
n⁹ de curtili.in trac.nobilita.i.3.parte.nu.
109.¶Et talis doctor indoct⁹no debet gau 12
dere priuilegijs doctorũ.Panor.& alij in.d.
c.clerici. & ille dicit doctus,quẽ auditores

Cõtra doctores indoctos.

doctum referũt.l. cum ſcriptum.ibi,Serui. auditores retulere.ff. de dote prælegat.l. quæſitum.in princi.de fund. inſtructo.late dico i repet.authẽ. habita.C.ne fili⁹ pro patre. Imo ſi doctor publice legens ſecum facit itrare famulos, vtpote quia nõ habet ſcholares, eſt iſamis ſcdm Angel.in.l. vna C.de ſtud.libera.vrb. Romę lib.11. refert Valac.in repet.l.imperium.col.27.ff.de iuriſdict.omni.iud. & tales inutiliter legentes ſcholarib⁹ poſſunt reprobari.l. grãmaticos.C.de profeſſo.& medic.lib.x.& vellet deus ꝙ iterũ examinarentur, & reprobarentur ſi idonei non eſſent,vt vult Bar. i.l. ſed & reprobari.ff.de excuſa. tutor. hi enim ſunt fontes ſine aqua,& nebulę turbinibus exagitatę, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.2. Petri.2. capite.& aſinę Balaã cõparãt.c.ſecuti.2.q.7.florẽ.i.3.pte ſummę i titu.5.c.2.§.10. doloreſque dicuntur,vel doctores i culina.tamẽ in his noiationib⁹ ãtiquiores, quia pręſumitur quod ſint doctiores,pręferũtur,etiã ſi nõ ſit ita. glo.in regula cancella.15.in.2.prærogatiua.Barb.in.c.clerici.col.4.de iud.

13 Iurãs cõferre primum, nõ teneẗ conferre nominatis debitum.

¶Septimo amplia etiam ſi epiſcopus aut alius collator iuraſſet conferre primum ſecundo nominato,quia tunc illud iuramẽtum non ligabit eum, quin teneatur conferre antiquiori,quia debet itelligi de primo libero, quod libere epiſcopus poterit conferre,videlicet in beneficio vacãte extra menſes nominatis deputatos.nam ſemper intelligitur excepta auctoritas ſuperioris.c.venientes.de iureiurãd.glo.in.l.fi. ff.qui ſatiſda.cogãt. & auctoritas ſuperioris eſt in concordatis, vt antiquiori conferantur beneficia in mẽſibus nominatis deputatis vacãtia.ergo illa cẽſenẗ excepta. alioqui iſtã fraudẽ cogitarent,ac forte collatores exercerent,quibus eſt obuiandum.

14 ¶Octauo etiã ſi ſecũdus eſſet nobilis, aut diues,etiã ſi diuitias Midę vel crœſi haberet,quia hoc caſu nil vtilitatis afferũt diuitię,ſed poti⁹ nocumẽto ſũt, qa nõ bñficiatus præfert bñficiato,& paup diuiti.regula cãcella.15.& do.Fel.no. in.c.capitulũ.de reſcrip.& doct.i.cõſedẽ.de pręb.qđ eſt verũ de iure,ſed hodie habẽti & diuiti datur.

¶Nono etiã ꝓcedit ſi ſecũd⁹ eſſet preſbyter Andreas,& ſanct⁹, quia ꝑpter ſãctitatẽ vnius nõ debet alteri iniuria inferri, & vnũ altare nõ debet euelli, vt alterũ cooperiaẗ.l.aſſiduis. C.qui potior.i pignor.hab. c.cum olim.& ibi Bal.de cõſuet.facit.c.ex parte.de foro cõpetẽt.c.cũ cauſã. de præb. quãuis in multis caſib⁹ derogeẗ regulis iuris ꝑpter viri ſãctitatẽ & honeſtatẽ.c.niſi eſſet.& ibi dixi de pręb.multos caſus cõgerit Hippol. conſil.1.circa finem.ibi cernere licet. 15

Sanctitas viri non derogat antiquitati.

¶Decimo ãplia, etiã ſi vltim⁹ eſſet noiatus i vniuerſitate pariſiẽ. prim⁹ i alia vniuerſitate nõ ita famoſa,cũ nulla ſit ſub cęlo tã famoſa,tamẽ cũ oẽs vniuerſitates regni quo ad noiandũ ſint ęque priuilegiatę,nõ fiet aliqua differẽtia.gl.i §.ita tamẽ. in verbo nõ teneanẗ de col.in prag.ſequiẗ domi. Chaſſa.i catalo.glorię mũdi,i decima parte cõſidera.32.iſtę enim qualitates nõ tollũt tẽporis pręrogatiuã.Innoc.in.c. ſtatuim⁹.de maior. & obediẽ.Bar.j.l.1.ff. de obſeq. Decius in.c.clerici.col.5. de iud. 16

Vna vniuerſitas nõ ẽ quo ad noiatiões magis priuilegiata ꝙ alia.

¶Licet ꝓmotus i vniuerſitate famoſa, & ſub doctore famoſo,maiorẽ habeat primo aſpectu ſciẽtię pręſũptionẽ. Io.de Ana. in rub. de tornea. referunt moder. in prooemio.ff. & bonum eſt habere doctorẽ famoſum,quem imiteris. 17

Promot⁹ ſub doctore famoſo,pręſumitur doctus.

¶Vndecimo extẽde,etiã ſi ſecũd⁹ noiatus eſſet fili⁹ doctoris,qui & ſi alios i data pares præcedere debeat. Bal.i.l. iubem⁹. per illũ tex.C.de aduocat.diuerſo.iudic.Alex. i.l.1.C.de dignita.li.xij.Io.de platea i.l.in filijs.C.de decurio. lib.x. Barb. i ꝓœ.cle. in verb.ſalutẽ.in.2. lectura,col.13. tamen hic non præcederet antiquiorem.Purpu. in.d.l.cum quid.ff.ſi cert.peta. 18

Filius doctoris nõ præcedit antiquiorẽ noiatũ.

¶Duodecimo etiam procedit ſi vltimus eſſet factus doctor a papa,rege vel imperatore, qui licet alios debeat præcedere, vt not.Alex.in.l.1.ff.de albo ſcriben.Roma. in repet.l.ſi vero.§.de viro.49.fallẽ.ſt.ſol. mat. Feli. in cap. per tuas.col.2. de maio. 19

Doctor factus a papa,alios pręcedit.

& obedic̄. Iaſ.in.l.2 .§.prius.in.3.concluſione.ff.de vulga.& in.l.ſi quis maior.col. fina. C.de tranſactio.Decius in cap. clerici.de iud. tamen non præcedet hunc antiquiorem nominatum quo ad beneficium, quia ei eſt iam ius ratione temporis quæſitum, cui princeps nō videtur velle derogare,arg.l.nec auus. C. de emancipa.libero.l.ex facto. ff. de vulga. etiam ſi omnes ſupradicti eſſent poſtea nominati, per ſupradicta.

20 Papa confert iuniori noiato.

¶Primo fallit qn̄ papa iure prꝗuentionis nō noiato vel nominato iuniori cōtuliſſet, quia poſtquam poteſt conferre non nominato,multo magis iuniori noiato,& ſecundo nominato, vt not. Ioh. de ſelua in ſuo tract.de beneficio in.3. parte. q.29. per §. primum rub.de manda.apoſto.ſupra.

21 Priuatus noiationibus & poſtea reſtitut⁹ pdit prioritatem.

¶Secundo limitatur quando primus eſſet a doctoribus,& ab vniuerſitate,gradu & nominationibus,quod raro euenit,priuatus,& poſtea per principem fuiſſet reſtitutus,tunc nominatus medio tempore, videlicet ante reſtitutionē, præfertur iſti, quia reſtitutio fit ſine præiudicio tertij.c. quis.de reſcript.in.vj. Vnde dicit Bart. in l.2.ī princi.ff.de decurio.per illum tex.ꝙ doctor de collegio expulſus,& poſtea reſtitutus, nō recuperat locum quem habebat,nec primum gradum,vt tanquam antiquior præferatur in dando primum ſuffragiū,ſed habebitur vt quidam de nouo veniēs ad collegiū. & dicit Bononiæ fuiſſe practicatū tpe Romei.de papul.& ꝑ hęc. reſpōdi canonicis Bituric.eccleſiæ,qui tēpore infirmitatis reſignauerant ſuas præbendas, quod ſi poſtea reconualuerint, & eaſdem prębendas obtinuerint ꝑ aliā reſignationē, quod non poſſunt venire ad loca quæ primo habebant in eccleſia,ſed tāquam venientes de nouo,vltimas ſedes habebunt,ꝙ tenētur ſoluere pro ingreſſu ſicut ſi de nouo venirent,quia vere de nouo veniunt. & quia hanc deciſionem oculo toruo reſpexerūt,male fuit mihi ſolutum, ideo miſſas feci allegationes alias, eas cū operæprecium fuerit, in medium adducā. interim vide Io.de Selua in tract.de beneficio in.3.parte.q.31.

¶Tertio fallit quando primus eſſet inhabilis, quia tunc idem eſt ac ſi nullus eſſet, ideo ſequens nominat⁹ admittetur. arg.c. ſuggeſtum.de iure patro.facit.l. quotiens. ff.qui ſatiſda. cogant.l.4.§. cōdemnatum. ff.de re iud. & ibi ad hanc rem facientia addidi, vel quando primus eſſet repulſus a ſuis nominationibus. 22

Quib⁹ ex cauſis repulſus,dicaſ nominatus.

¶Et dicitur repulſus,quādo duxit vxorē. c.1.de cleri.coniuga. vel habitum clericalem reiecit.l.profeſſio.C.de munerib. patrimo.lib.x.vel iuri ſuo renūciauit.c.audita.de reſtitutio.ſpolia.vel lata fuit ſententia cōtra eum, cui acquieuit. glo.in.c.1.de conceſſ.præb.vel factus eſt miles. arg.c.1. & ſeq.51.diſt. vel alijs modis de quibus ꝑ Card.in.c.mandatum.q.1.de reſcript.dico in tract.de pacific.poſſeſſo.vbi trado quando quis dicatur inhabilis.de hac tamen inhabilitate non debet diſputari, antequam beneficium acceptauerit.l.non oportet. ff. de leg.2. 23

¶Quarto fallit quando primus eſſet negligens.c.tibi.de reſcript. & quando ſit,dixi in præceden.quæſt.& in glo.pro ſequētes.de manda.apoſtol. 24

¶Quinto non procedit in beneficijs vacātibus eodē momento, vt pote ab vno qui duo vel plura poſſidebat,tunc ordinarius conferre poterit melius beneficiū ſecundo noiato, & beneficiū tenue antiquiori, & valebit collatio, dū tamē modo primo cōferat ātiquiori,& poſtea alteri.arg.c.ſi plurib⁹.de præb.in.vj.glo.in.§.itē quo ad dictas.ī verbo nominatorū. de colla.ī prag. Do. in.c.mādato.col.2.de præb.in.vj.Brunel.conclu.22.in vlti. declaratione in ſuo tract.de dignitat.lega.Et quia nominationes regulariter ad petitionem. & non motu proprio vniuerſitatum conceduntur, vt notorie patet,licet etiam motu proprio cōcedi poſſint ſecundū eoſdē. Sed non eſt cōſuetum,& nunquā vidi cōcedi, licet in 25

Optionē habet ordinarius qn̄ eodē momēto vacant beneficia.

tribus Franciæ vniuerſitatibus fuerim doctor regens, & in alijs ferme iura interpretatus fuerim. vide Alber. in l. fina. col. 2. & ſeq. ff. de conſtitu. prin.

26 ℭSexto fallit, quando primo iam fuiſſet prouiſum vſq; ad ducentos florenos auri de camera, etiam per aliam viam quàm nominationum. Card. in c. mandatum. col. 3. in 2. quæſt. de reſcript. nota. in cle. gratiæ. illo titu. §. volumus. ce coll. in cõcord. vel quando eſſet ei collatum beneficium curatum. cap. ordinarij §. in conferendis. de offic. ordina. in vj.

27 ℭSeptimo reſtrigitur quãdo primus eſſet nominatus ſub conditione, quæ non eſſet purificata tempore vacationis beneficij, licet non fiat frequenter, tunc ſecundus nominatus præfertur. argu. ca. ſi pro te. de reſcript. in vj. Feder. conſil. 69. caſus talis eſt. Bindus. &c. col. 2.

28 ℭOctauo etiam non procedit quando primus non inſinuaſſet illo anno, tunc ſecundus qui inſinuauit, eſt præferendus. §. tenentur. de colla. in concord. & ſupra late dixi. Sic dicitur de duobus mãdatarijs, quòd ſi ſecundus præſentauerit, & non primus, is præferatur primo, quia iniuſtum eſſet vt ante receptionem literarum ligarentur. c. audita. & de reſti. ſpoliato. Innoc. & Card. in c. mandatum. de reſcript. intellige tamẽ ſecundum tex. in c. tibi qui. de reſcri. in. vj.

Iunior præfertur antiquiori, ſi no inſinuauerit.

29 ℭNono fallit, quando primus acceptaret beneficiũ, & poſtea ſtatim renũciaret non noiato, quia videtur facere in fraudẽ ſecundi, ideo ſecũdus præfert, arg. c. fin. de renũcia. in. 6. Sic fuit prolatum arreſtũ Tholoſę in vtilitatem do. Ioannis Veyrier canonici Viuarien. & alias multa ſcripſi. nec valeret tunc facta permutatio frauduloſa, alias contra. glo. in §. quod ſi quis ex dictis. in verbo cenſeatur. de colla. in prag.

Renunciatio primi noiati ꝓſit ſcdo

30 ℭDecimo non procedit, quando nominationes primi nominati eſſent nullę, quia qđ nullum eſt, nullum debet operari effectũ. l. non dubium. C. de legib. Feli. in cap. ex tenore. de reſcrip. Iaſ. in l. 2. §. quod ſi in pa

Nominationes nullæ nullã prioritatẽ inducunt.

tris. col. 5. ff. ſolu. matrimo. & l. cauſas. in fine. C. de tranſact. Dixi in repet. l. quod iuſſit. in 2. notab. fallen. 4. ff. de re iud.

ℭVndecimo non procedit, quãdo primus non haberet qualitatem requiſitam, quia forte beneficium requirebat ſacerdotem ex fundatione, & ſecundus erat ſacerdos, primus non, nec in ætate 25. annorum, & beneficium erat curatum, tunc præfertur ſecundus. c. ei cui. de præb. in. 6. Feder. conſil. 69. caſus talis & c. Barb. in c. dilectus. numero. 19. de offic. lega. Idem ſi vacaret prębenda theologalis, & primus nominatus non eſſet theologus, tunc theologus etiam vltimo nominatus præferri debet. in §. c. de colla. in concord. vbi fuſius dixi. 31

Antiquior non habẽs qualitatẽ excludit.

ℭIdem ſi ſecundus expreſſit dignitatem, primus non. c. quia ſæpe. de præbend. in. 6. vel ſecundus erat canonicus creatus in illa eccleſia ad effectum obtinẽdi dignitatem, antiquior non, tunc præferetur ſecundus, per rub. de reſerua. ſupra, & ibi dixi.

ℭDuodecimo fallit quando primo nominato eſſet ſemel prouiſum per eundem epiſcopũ, licet non vſq; ad illã ſummam ducẽtorũ florenorũ auri de camera, tamen quia non videt̃ bis grauatus vt vni cõferat, pręferetur ſecũdus, quia omnis actus debet intelligi de primo, arg. l. boues. §. hoc ſermõe. ff. de verb. ſignifi. facit quod nemo videtur bis grauare aliquem. c. mandatũ. de reſcri. nec bona fides patit̃ vt bis ab eodẽ exigatur. regula, bona fides. ff. de reg. iur. ℭIdẽ ſi collator modicũ dederit beneficiũ primo, vt renũciaret iuri ſuo in beneficio quod vacauerat in menſibus nominatorum, cuius iuri renunciauit primus. Card. in cap. mandatum. col. 3. q. 1. de reſcript. dicens idem in mandatario primo, qui compulſus miſeria, & fatigatus laboribus ceſſit, vt ſecundus poſſit venire. argu. c. fina. illo titu. intellige vt dicunt ibi, & dixi in glo. ꝓſequentes. de manda. apoſtol. 32

Ordinari9 non videt̃ grauatus vt bis vni conferat.

ℭDecimotertio non procedit quando primus nominatus promiſiſſet & iuraſſet non requirere nec acceptare beneficium primo 33

vacaturum in præiudicium ſecundi, tunc illa conuentio valebit, & ſecundus præfertur primo. Rota deciſ. 123. nota quòd vbi primus. in antiquis. glo. & doct. in cap. cum inter. de renunciatio. quia iuramētum poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ, ideo venit ſeruandum. cap. ſi vero. de iureiurand. & ſi ſemel renunciauerit, etiam ſi ſit adhuc intra ſex menſes, non poterit petere, ſed ſecundus ſic. l. j. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſo. edict. vbi ſic dicitur, qui ſemel noluit bono. poſſe. petere, perdidit ius eius, & ſi tempora largiantur. vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere.

34 ¶ Decimoquarto non procedit, quando antiquior nominatus primo impetraſſet illud beneficium nunc vacans, & tamē tempore ſuæ impetrationis non vacabat, & ſic viuentis beneficiū impetrauerat. nam tunc eſt incapax ad illud, quanuis vacet in menſibus nominatorum, & ſic iunior nominatus poterit illud beneficium habere. glo. in regula cancel. 20. Innocen. octaui, per cap. 1. & ibi not. de conceſſ. præbend. & ibi dixi hoc anno interpretando illum titulum. de hac impetratione beneficij viuentis tradit plene Ioannes dayma in prooemio concorda. in glo. adiunctum.

¶ Decimoquinto fallit, quando antiquior fuiſſet cauſa mortis illius per cuius obitum vult habere beneficium, quia non poterit: ſed ſecundus veniet, argu. l. ſi ab hoſtibus. §. fina. ff. ſolu. matrimo. vbi maritus occidens vxorem non poteſt aliquid ex dote lucrari. quod intellige, quando hic nominatus fuiſſet in cauſa & in culpa: alioquin contra. Feli. in ca. in noſtra. correla. 37. in. fine. de reſcript.

35 ¶ Decimoſexto præfertur ſecundus nominatus quando ordinarius eum gratificaſſet conferendo eidem eccleſiam parochialem ſitam in ciuitatibus vel villis muratis, quæ vacauerat in menſibus ordinariorum, quia tunc ipſi libere poſſunt conferre, idoneis tamen & qualificatis §. præfatique ordinarij. de colla. ſupra. vbi dixi, & in §. ſtatuimus. 2.

¶ Decimoſeptimo limitatur quando gradus eſſet nullus, vtpote quia eo eſſet priuatus, vt tenet glo. in regula cancel. Iulij ſecundi. in. 3. parte in fine. vel ſi eſſet quaſi per ſatyram promotus, vt in prooemio. ff. habetur in. §. & primo quidem. id eſt per ſaltum. in. §. monemus. de colla. in concorda. e. monachos. 16. q. 1. 36

¶ Et dicitur ſaltus locus denſus ſilueſtris & inuius, vbi arbores in altum ſaliunt. Lucas in rub. de fund. rei priua. C. lib. 11. l. ex duobus. ff. de nego. geſt. & quidam ſunt æſtiui, quidam hyberni. l. qui ſaltum. ff. de leg. 3. Et cuſtodes ſaltus dicuntur ſaltuarij. l. cum quæreretur. §. fina. ff. de lega. 3. l. inſtrumenta. in fi. de fundo inſtruct. Item ſaltus dicuntur actus ſaliendi, a ſaliendo dicti. glo. in clemen. ne in agro. §. porro. de ſtatu monacho.

¶ Et tunc dicitur per ſaltū promotus, quādo gradum licentiæ ſuſcepit ante gradum baccalaureatus, vel doctoratum ante licentiam. nam bene ſaliuit de baccalaureatu ad doctoratum, quia gradatim aſcendendū eſt. l. vt gradatim. ff. de munerib. & honorib. l. fina. C. de decurio. lib. 10. & l. 1. & per totum. C. vt dignitatum ordo ſeruet. lib. 12. c. legimus. 92. diſ. caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abruta quærit aſcenſum. cap. ſicut. 48. diſtinct. Sic dicitur per ſaltum promotus, qui ſuſcepit ordinem ſacerdotij poſt quatuor minores, vel primum ſacrum, vel poſt ſubdiaconatum, vt traditur in rubri. de clerico per ſaltum promoto. & ibi declarat Hoſtiē. in ſumma. & Aſten. in ſumma. in rubri. de collatio. ordina. lib. vj. articu. 3. 37 Per ſaltū pmotus quis dicatur.

¶ Item ſententia dicitur lata per ſaltum, quando a litis conteſtatione ſaltauit ad ſententiam omiſſis medijs. Bal. in. l. prolatum. colum. penulti. C. de ſententijs & interlocutio. omnium iudi. & iſta proprie dicuntur per ſaltum fieri.

¶ Item dicitur large per ſaltum promo-

tus, qui ante tempus quinquennij ſumpſit gradum, vel triennij in nobilibus, licet poſtea ſtuduerit. §. monemus. de colla. in concord. & in. 4. parte. regula cancella. Iulij ſecundi. facit tex. in. l. iubemus. verſicu. pro ſportulis. ibi, nec de cætero quenquam antequam per ſtatuta tempora legum eruditioni noſcatur inheſiſſe, ſupradicto conſortio ſociari. C. de aduocat. diuerſ. iud. Auriolus in additio. ad Guillermum de monte Lauduno in cap. cum ex eo. de electio. in. vj. & dixi in. §. præterea. in gloſ. ſtuduerint. de colla. in cōcord.

37 Vniuerſitas an poſſit ſup tēpore diſpēſare.

¶ Nec poterit facultas vel vniuerſitas diſpenſare quod quis ſumat gradum ante quinquennium, vt expreſſe tenet glo. in verbo ſtuduit. in §. ordinat. de colla. in pragma. ſan. ¶ Nec proderit illa diſpenſatio quo ad nominationes, per ea quæ notat Innocent. & Panorm̃. in cap. 2. de eo qui furtiue ordines recepit. Et quid ſi ſenatus decreto cautum ſit, vt quis poſt biennium poſſit ſumere gradum baccalaureatus, an poſſit ſumere noīationes, & an iſte grad⁹ proſit, ex ſupradictis poteris decidere, & dixi in alijs quę poteris hic addere, & dixi in. §. præterea. in glo. ſtuduerint. de collatio.

38 ¶ Item etiam dicitur large per ſaltum promotus, quando ſtatuta vniuerſitatis no fuerunt ſeruata in ſua promotione. d. §. monemus. in concord. & vniuerſitates tales ſic nominantes puniri debent, quia ad tempus debent ſuſpendi. & quomodo debeat intelligi, vide gloſ. in. l. vluræ. C. de vſur. Barba. in cap. ex literis. col. 12. de conſtitu. numero. 48. & in conſil. 19. col. 3. in fine volu. 1 & in ordin. regijs Ludo. 12. primo publicatis, articul. 14. & dico in. d. §. monemus.

39 Quādo nominati ſūt data pari, quō beneficia habere debeant.

¶ Si vero nominati ſint in data pares, tunc doctores licentiatis, licentiati baccalaureis, demptis baccalaureis formatis in theologia, qui licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicina, præferuntur. ſi vero eſſet licentiatus in vtroque iure, non præferetur, cum in vno tantum loquatur tex. & nō de vtroq;, vt baccalaureus formatus eidē pręferatur. & in ſimplicibus nō venit regulariter mixtum. l. 2. ff. de verbo. obliga. & ibi glo. Iaſ. & alij. vide in regula Cancel. Iulij ſecundi in. 4. parte. & in. vj. parte. eſſet tamē in praxi difficile obtinere. baccalaurei iuris canonici vel ciuilis magiſtris artium pręferūtur §. ſtatuimus. de colla. in cōcord.

¶ Concurrentibus pluribus doctoribus in diuerſis facultatibus, doctor theologus eſt omnibus præferendus alijs, etiam extra prębendam theologalem, quia ratione ſubiecti dignior reputatur, cum ſubiectum illius ſit deus, vt ijdem theologi aſſerunt in procemio quarti ſententiarum, & Tho. in 1. parte ſummę. q. 1. articul. 7. quia quę ibi traduntur, tendunt ad notitiam dei, ideo dicitur quaſi ſermo de deo. Io. de turre cre ma. in procemio decreta. eſtq; theologia, omniū artiū & ſcientiarū ſuprema, teſte Bal. in conſilio. 52. literis. col. 1. in. 5. vol. 40

Subiectū in theologia quod ſit.

41 Subiectū iuris pontificij.

¶ Doctor vero iuris canonici doctori iuris ciuilis præfertur, quia habet ſubiectū nobili⁹, quod eſt homo dirigibilis ad deū, & ad bonū publicum. Helias Raynier in regula poſſeſſor. de reg. iur. in. vj. vel eſt bonū ciuilitatis Chriſtianæ. Io. de turre cremata vbi ſupra, Vel bonū humanū eccleſiaſticū eſt ſubiectū canonicę ſciētię, teſte Card. i procemio decreta. & finis huius iuris eſt dirigere animas ad deum. glo. in. c. cum contingat. de iureiuran. Barb. conſil. 61. ſcripſit. col. penul. in. 2. volu. c. Raynaldus. col. 80. & col. 113. de teſta. Et non minus prodeſt eccleſiæ, q̃ theologia. Feli. in c. fina. de magiſt. Eſtq; practica theologię, ideo eſt theologo neceſſaria. Florē. i. 3 pte ſummę titu. 5. c. 2. §. 2. glo. in. §. ordinat. in verb. legere. de colla. in prag. & canonica ſcientia etiam vocatur diuina. c. peruenit. iuncta glo. de cenſib.

¶ Doctor iuris ciuilis doctori in medicina, cum etiam ſubiectum ſit nobilius, nā ſubiectum iuris ciuilis eſt homo dirigibilis ad bonum publicum. glo. i §. videlicet. in verbo medicina. de collatio. in prag. 42

Subiectū in medicina.

Subiectum vero medicinæ eſt,non vt qui-
dam dicũt, ſterc⁹ & vrina,ſed homo ęgro-
tus: & quia legalis ſcientia bonum reſpicit
publicum,medicina priuatum,ideo præfer
tur legalis.multa tradit do.Chaſſa.in cata-
log. gloriæ mundi in 10. parte per totum.

43 ¶Idem in licentiatis & baccalaureis ſerua-
ri debet,vt licentiati(quos Præſentatos di-
cunt in theologia)alijs cuiuſlibet facultatis
præferantur licentiatis,& baccalaurei bac-
calaureis,vt ſupra dictum eſt.

¶Et ſi in eiſdem gradu & facultate concur
rant,præfertur antiquior graduatus.l.1.ibi
antiquiſſimus quiſque prior eſt. ff. de albo
ſcriben.l.1.C.de conſulib.lib.12. &.l.2. vt
dignitat.ordo ſeruet. ibidem.& Ioã.de pla
tea in.l.fin.de Tyro.lib.eodem.Dec.in ca.
Nicolao.de appella.

44 ¶Fallit quando vnus eſſet doctor in vtro-
que,quia alteri doctori in vno tantum eſſet
pręferẽdus,etiam antiquiori in gradu,quia
duo vincula ſunt vno fortiora.ca.1.de treu
ga & pace. & ſic præfertur frater ex vtro-
que coniunctus alijs ex vno tantum ad ſuc
ceſſionem.authen.itaque. C.communia de
ſucceſſio.Decius late conſil.161. pro domi-
no præpoſito.& ſupra dixi.

¶Intellige quod doctor in vtroq; præfer-
tur doctori in altero iure, ſed non præfer-
tur doctori in theologia, nec doctor in me-
dicina, & in artibus magiſter,debet pręce-
dere doctorem legum, licet debeat præce-
dere doctorẽ in medicina qui non eſt artiũ
magiſter.glo.in ſexta parte regularũ can-
cell.Iulij ſecũdi. Barb.in.c.clerici.col.3.de
iud.Roma.conſil. 333. quo ad primũ.in fi.

45 ¶Limita quando conſuetudo eſſet vt anti-
quior præferretur non habita ratione fa-
cultatis,vt apud Biturig.doctor antiquior
ſiue ſit doctor legum,ſiue decretorũ, præ-
fertur, quia in his prælationibus cõſuetu-
do attendi debet.Bal.in.l. obſeruare.§.an-
tequam. ff.de offic.proconſul.c.cum olim.
de cõſuet. Deci⁹ in.d.c.clerici.ideo Bituris
Auguſtinẽ.alios fratres p̃cedũt,quia anti-
quior fuit eorũ fundatio apud eoſdẽ,etſi de
iure fratres p̃dicatores omnibus alijs pręfe-
rãtur.tex.in.c.quorundam.de elect.in.6.

¶Et ſi in omnibus concurrant, tunc colla- 46
tor eligere,& grarificare poterit,arg.c.du- Gratificare quos debeat collator.
obus.de reſcript.in.6.glo. in.§. inſuper.in
verbo medicina.in fine.de collat. in prag.
& idoneiorẽ, arg. l.2.ff. de popula.actio.

¶Item poterit gratificare in menſibus A-
prilis & Octobris,vt dicit in.§. ſtatuimus.
1.de colla. in concord.Non poterit tamen
gratificare illũ qui nõ inſinuauit illo anno,
vt eſt in ordina. regijs iam citatis,articu.
13. nec graduatum per ſaltum, ſed habilẽ
& idoneum, quia actus debet intelligi de
habili.l.1.,C. de ſacroſan.eccle. dixi in tra-
cta. de pacificis poſſeſſ. in princip. de hac
electiõe & gratificatione. ideo etiã nõ poſ
ſet gratificare illũ qui nuper eſt graduat⁹,
& adhuc nõ iſinuauit, prout etiã dixi ĩ.§.
pręfatiq; graduati.ĩ glo.ante vacationem.

¶Aduertendũ eſt, quod quãuis prælatus 47
collator poſſit gratificare in mẽſibus gra-
duatorum,debet tamen nõ beneficiatũ be-
neficiato, & minus beneficiatum, magis
beneficiato præferre. glo. in.§. item quod
vniuerſitates.ĩ verbo numerum. de colla.
in prag. & in regula cancella. Iulij ſecun-
di,in.8.parte.& ibi in ordinationibus vi-
de late qui ſint pręferendi.Hodie habenti
dat, & ei q nil habet,vel illud quod habet,
aufertur, vt dicitur in euangelio Mar. 4.
cap.facit.&.c.quantumlibet.47.diſ.

¶Item oriundum non oriundo præferre
debet collator.glo.in.d.reg. cancell.15. &
35. bonum & prouidum ac honeſtũ per-
uerſo, ſicut Dauid prætulit bonitatẽ, di-
ſciplinam, & ſcientiã. not. in cap. niſi. de
præbend.

¶Item doctum debet præferre ignaro, cũ
doctis beneficia ſint conferenda.cap. cum
ex eo.de elect.in.vj.c.de multa.in fine. de
præbend. Et ab ignaris auferenda.c. fina.
de æta.& quali.alioqui peccat,quia epiſco
pus debet eſſe bonus paterfa.& diſpenſare
bona eccleſiaſtica cuicũq; prout opus eſt.
& ſic.Limitatur cap.relatum.de præbend.

vbi epiſcopus habet liberam facultatem in electione perſonarum. nam hoc procedit data paritate perſonarum ſecundũ Panor. in.c.tuis.in glo.j.de præb.

48 ¶Præterea debet præferre legentem non legenti.l.2.C.vt dignit.ordo ſeruet.lib.12. not.in.l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

Legẽs gra cãdus, & is q li bros com poſuit.

49 ¶Debet etiam præferre eum qui librum compoſuit,quod vigiliarum plenum,ſudoriſq; negotium eſt. Lucas de penna in.l.mulieres.col.penult.C.de dignita. lib.12. qui non ſolum ſibi laborant, ſed omnibus exquirentibus veritatem. Eccleſiaſtici.24.in fine. Et fulgẽt quaſi ſplendor firmamenti, qui ad iuſtitiam erudiunt multos,& quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Daniel.12 c.Suntq; lumina ardẽtia ſuper candelabrũ in domo domini. c.1.de reliqu. & vener. ſancto.in.6. Et de his poteſt dici, Beati qui ſeminant ſuper aquas. Eſaie.32. c. in fine. &.c.cum Marthę.§.verum.in fine.de celebratio.miſſar. Semẽ quippe in chartis ſatũ perpetuo manet,& quilibet lector inde metens poteſt ſumere incrementa. ſed quod verbo diffunditur,tãquam naturaliter fluidum, nõ ſic de facili germinat,cum interdum ſupra petram, & ſecus viam, & inter ſpinas cadat,vt eſt in Euangelio Luce. 8.

50 ¶Vnde reſpõ. ꝑ D.Arnaldo cõtadis Narbonen.quod poſtquam compilauerat tracta.de bono.poſſeſſio.non debebat rigoroſum examen ſubire,cum teſtimonium haberet totius populi.c.nullus.23.diſtin. Panor.in.c.cõſtitutus.2.de appella. & ſeruãt Tholoſates in extraordinarijs & commiſſis, vt remittatur eis vnum examen, licet multi precibus pecunijs & nõ meritis admittantur. Item & ſi ſtatutis vniuerſitatũ ferme cautum ſit neminem munere regentiæ donari,niſi publice de iure reſpõderit: ſi tamen compoſuerit libros,poteſt admitti,etiam ſi non diſputet,quia teſtimonium totius populi habet,vt dixi,& quia eſt ſatis probatus. & ita videtur tenere Vincẽt.Cigault in tract.de aliena.iuſti. Ego vero q̃uis repet.in.l.diuus.ff.de ſenatuſcon.ſylla. & in.l.quod iuſſit.ff. de re iud. ac.l. vnam C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. & alia opera in apertum protuliſſem,iuraque in omnibus fere Galliæ vniuerſitatibus tã canonica q̃ ciuilia diu interpretat9 fuiſſem, hic tamen de more iuxta ſenatus decretum publice ſemel & iterum de iure reſpõdere non ſum grauatus.

¶In omnibus tamen collator conſideret vt meliorem ſecundum quid præferat. Silueſter in ſua ſumma in verbo reſtitutio.3. q.12 diſt.2.& dixi in repet.d.c.poſtulaſtis. in.4.notab. Nam quanuis collator in mẽſibus graduatis deputatis poſſit gratificare vnum ex pluribus graduatis,tamen meliorem,& eccleſiæ vtiliorẽ gratificare debet, alioqui damnationem ſibi incurrit,vt dixi, quia magis deo q̃ proximo gratificare debet,dicit Bal.in.l.2.col.6.numero.40. C. de ſeruit.& aqua. 51

Melior eſt ꝓferẽdus.

¶Nã bonus vir non vbique reperitur,& vix in quingenteſimo anno naſcitur,ſicut phœnix. Bal.in.c.quoniã abbas.col.2.de offic.delega.ita expreſſe dicit.ſed ſalua pace Bal.quilibet naſcitur bonus,caſtus,pudicus,& ſobrius,& ideo hęc qualitas dicitur intrinſeca,quæ præſumitur. glo.in.l.ſi vero.§.ſi.ff.qui ſatiſda.cogã. glo.ſing.in.c.ſi forte. de elect.in.6. docto. in.l.ſciendum.ff.de verbo.obliga. 52

Bonus vir rarus ſicut phœnix.

¶Nec obſtat verbum voluerint, poſitum in.§.ſtatuimus. de colla.in concord. quod importat liberam voluntatem.l.fideicommiſſaria libertas.ff.de fideicõ.liberta. Bar. in extrauag.ad reprimẽdum. in verbo videtur.quomodo in lęſe maieſta.criml.proceda.doct. in.l.ſi ſic. ff.de leg.1. Reſpon. quod non ob id poterit inique agere, nec cenſentur remiſſa ea quæ iuris ſunt diuini. Bar.& alij in.l.filiusfamilias.ff. de donat. Georgius Nathan in repet.clemẽ. ſæpe.§. non ſic.col.17.de verb.ſignifi. & hoc probatur in.§.beneficia.in.d.trac. de colla. vbi illa beneficia quæ libere conferre poteſt, tamen nõ poteſt conferre niſi idoneis: multo fortius alia, in quibus habet tãtũ optionem perſonarum.& iſtud eſt in cõſcientia. 53

Verbũ voluerit,qd importet.

tenendum, quicquid in foro ſeculi teneri
poſſit. Vide Deciū in.c.dilecti. numero.5.
54 de iud. ¶ Nam etſi papa in beneficijs ha-
bet pleniſſimam poteſtatem. capitu.2. de
præben.in. vj. tamē non poteſt indiſcrete
& ſine cauſa diſponere, vt nota.in cap.quę
in eccleſiarum. de conſtitut. Et dixi plene
in illa concluſione, quam nuper ſuſtinui,
videlicet, Plenaria beneficiorum diſpoſi-
tio ad papam pertinet, imo rex Franciæ
in beneficijs habet plenam poteſtatem. ne
quis miretur in intellectu harum conclu-
ſionum, declaro, de papa non dubitauit
quidam theologus ordinis ſancti Domini-
ci vtriuſque cenſuræ etiam profeſſor Lan-
celotus Politus (vt dicebatur) nuncupatus,
qui vehementibus argumentis mecum cō-
greſſus eſt, & pluribus, partim iuris di-
uini, partim canonici, partim iuris ciuilis:
cui deo adiutore optime reſpon. quin ple-
nariam papa in beneficijs haberet poteſta-
tem, per clemen. primam vt lite pendēte.
& dicit gloſ. in cap. conſequens. 11. diſtin.
papæ poteſtatē plenam, epiſcoporum ſe-
miplenam. Barb. in. capitu. quod transla-
tionem. numero. 92. cum ſequent. de offic.
legat. Vnde poteſt præuenire omnes or-
dinarios. cap.2. de præbend. in. vj.c. quia
diuerſitatē. & ibi Panor. de conceſſio. præ-
bend. Feder. in tracta. permuta. quæſt. 4.
Ioan. de Selua in tracta. de beneficio in.2.
parte. quæſt. j. & in.3. parte. q 46. & q. 65.
quia papa eiſdem collatoribus cōceſſit col-
lationem per vim legis, quam reuocare
poteſt, ſicut legē. capitu. 1. de cōſtitu. in. vj.
cum tituli beneficiorum ſint de iure po-
ſitiuo. c.1.22. diſtinct. Panor. in. c. conſti-
tutus. de religio. domi. Ioan. de Selua in.1.
parte. q.4. tam plena poteſtas eſt, vt poſſit
reſeruare beneficiorū collationes. cap. du-
dum. de præb. in. vj. In regno tamen Fran-
ciæ non reſeruat, cū in eo reſeruationes ſint
prohibitæ, vt patet in concord. in rub. de
reſeruationib. tam generalibus q̃ ſpeciali-
bꝰ ſublatis. & ibi dixi. Imo ſine reſeruatio-
ne poteſt cōcurrere cū omnibus collatori-

Cōcluſio, Plenaria bñficiorū diſpoſitio ad papā pertinet.

bus. c. ſi a ſede. de præb. in. 6. Io. Mona. in. c.
ſi eo tēpore. de elect. in. 6. Bal. in. c.1. i prin.
de his qui feu. dare poſſunt. & in rub. quis
ſit comes, dux, vel marchio. Et poteſt ad tē-
pus & ſub cōditione beneficia cōferre, licet
alius inferior non poſſit. c. ſi gratioſę. de re-
ſcrip. in. 6. & ibi glo. & in. c.2. de elec. in. 6.
Poteſt etiam dare ius ad vacatura. c. māda-
tum. de reſcrip. cle. gratiæ. illo tit. cle. ſi Ro-
manus. & ibi Bonifa. in princi. de pręb. Po-
terit etiam epiſcopum ſuo beneficio pri-
uare, glo. in. c. p principalē. 9. q. 3. quia tā-
tum aufert adminiſtrationem. c.2. de dona.
omnes vero non poſſet, quia eſſet vniuerſa-
lem eccleſiā turbare. Domi. in. c. in iſtis. 4.
diſt. c.1.10. diſt. col. 3. & in. c. ſi gratioſe. de
reſcript. Panor. in. c.1. de clerico ægrotā.
¶ Hoc tamē ſine cauſa nō debet. c. coquerē- 55
te. de reſti. ſpoli. nā licet plenariā habeat po-
teſtatē, intelligitur ſuadente cauſa. Barb. cō-
ſil. 13. a Ioue. col. 5. vol. 3. quia debet eſſe fi-
delis ſeruus & prudens is, quem conſtituit
dominus ſupra familiam ſuam, vt patet in
Euangelio. & ſatis peruerſum eſt (inquit
Gregorius) quod voluptatibus quorūdam
quis ſuis priuetur officijs vel beneficijs. c.
ſatis. 56. diſtinct. quia beneficia debent eſſe
perpetua. c. præcepta. 55. diſtin. & pleniſſi-
mam habet antequam conferat, poſtea nō
vt auferat. Barb. in. d. c. quod trāſlationem.
nu. 121. de off. lega. per. c. inuentū. 16. q. 7.
¶ Nec obſtat ꝙ cauſa in principe pręſuma- 56
tur. glo. in. c. relegati. ff. de pœnis. Innoc. &
alij in. c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio.
quia hoc debet intelligi condendo legem
generalem, ſecus quando ſcribit ad alicuius
ſupplicationem. tunc enim per importuni-
tatem videtur emanaſſe. l. j. C. de petitis bo-
norum ſubla. lib. x. Et quædam eſt ordina-
ria poteſtas, quædam abſoluta, de qua De-
ciꝰ in. c. fina. de cōfirma. vtili. Suſtinui etiā 57
concluſionem videlicet, ¶ Imo rex Frāciæ
in beneficijs habet pleniſſimā poteſtatē. in-
tellige quod aliud eſt beneficiū ſpirituale,
aliud tēporale. tex. in. c. felicis. §. ſi qua ve-
ro. de pœnis, in. 6. Et in beneficijs ſpiritua-

Sine cā nō debet qs priuari beneficijs etiā a papa

Cauſa in principe pſumit.

Cōcluſio, Imo rex Frāciæ in bñficijs habet pleniſſimā poteſtatem.

libus papa habet pleniſſimam poteſtatẽ, vt ſupra dixi. in beneficijs temporalibus, vt in ducatib⁹, comitatibus & baronijs, & alijs feudis & beneficijs rex habet pleniſſimam poteſtatem, quia illa vendere poteſt, Papa vero non ſpiritualia. Bal. in.d. c.1. qui feud. dare poſſunt. Et hæc feuda dicũtur beneficia, etiam de iure canonico.c. ad audiẽtiam.in fine de præſcrip. Ideo rex poteſt dare ius ad iſta beneficia & officia etiã vacatura, & conferre, & tollere. Io. Fab. in.§.cum autẽ.col.2.inſti.quib. mod. ius patriæ poteſta.ſoluit. Bal.i.l. reſcripta. circa fi. C. de precib. imperato. offerend. Et ideo habet rex in his beneficijs, ſicut papa in alijs ſpiritualib⁹, plenã poteſtatẽ. Moder.in repet.c.per veſtras.i princi.col. 2.de donat. inter virum & vxorẽ. & verbum iſtud beneficium, debet intelligi ſecũdum qualitatem perſonarum ad quas refertur.l.plenum.§.equitij.ff. de vſu & habitatio.c.cum de beneficio.de præb.in.vj. facit quod no. Bar.in.l.ſi non ſortem.§. libert⁹.ff.de cõdict.indebiti. Hippol.in rub. de probat.folio.3. Barba.i.c.abbatem. col. penult.nu.17.de reſcript.

58 Laic⁹ beneficia nõ conferũt.

¶ Vnde nõ obeſt tex. in.c. ſi quis deinceps epiſcopatum vel abbatiam de manu laici ſuſceperit, nulla audientia ei concedatur, & gratiam beati Petri, & introitũ eccleſiæ interdicimus. Idem, ſi quis imperatorum vel regum, vel quilibet ſecularium poteſtatum inueſtituram epiſcopatus vel alicuius eccleſiaſticę dignitatis dare præſumpſerit .c. ſi quis deinceps.16.q.7. nam loquitur quando princeps ſecularis conferre præſumit propria auctoritate. ita loquitur.c.maſſana.c.ſacroſancta.&.c. quiſquis.de elect. tamen ſecus eſt ſi hoc habeat ex priuilegio, vt rex noſter Franciæ, & ſupra dixi in princi. huius tract. & pulchre do. Ruſeus i tract. de iure regalio.fol.7.& ſequen. vbi idẽ dicit ſi in fundatione collationẽ ſibi retinuerit, & illud approbauerit papa.c.eleuterius. 18.q.2.c.quanto.de cẽſib.& ibi Panor. Do.i.c. cum ex eo.in vlt. nota.de elect.in.vj.& iſta tanquam omnibus nota miſſa facio.

59 Papa beneficia in curia vacãtia non poteſt cõferre.

¶ Vnde dixi regem beneficia hæc, videlicet temporalia, vacantia, etiam in curia, conferre poſſe: & papa iſta beneficia conferre non poteſt. & ſi papa cõtulerit, Rex qui eſt ordinarius, ea conferre iure poterit, quia pro non dato habetur, quod ab illo datur qui non poteſt de iure donare.c. quod autem.de iure patro. vel ſi papa contulerit inhabili beneficiũ etiam ſpirituale in curia vacans, poſt menſem ordinarius conferre poterit habili.d.c. ſtatutum. Vel etiam poteſt intelligi, quilibet ordinarius videlicet in curia exiſtens poteſt conferre beneficia vacãtia, ſcilicet extra curiam, vt not. Io. Frãciſcus in tract. de officio & poteſta.capituli ſede vacante, in.1.q.2. parris. & nota in.d.c.2. Vel poſt mẽſem in.c. ſtatutum.de præb.in.vj. Vel etiam ordinari⁹ vacantia confert in curia, litigioſa.clemen. 1.vt lite pẽd. Et etiã cõfert, vt in.c. ſi apoſtolica.illo titu.de præbend.in.vj.

60 Cõcluſio, Laicos capaces eſſe bñficiorũ iuris nõ ẽ ambiguũ.

¶ Sic etiam poteſt intelligi alia concluſio, videlicet, Laicos beneficiorum eſſe capaces, iuris non eſt ambigni, videlicet temporalium, vt ſupra dixi. poteſt etiam habere præbendam conſiſtentem in mera tẽporalitate, non quando eſt annexa canoniæ, glo.& Panor.i.c. cũ M.i verbo receperũt. de conſtitu. & Panor. in cap. maioribus. de præbend.

61 Cõcluſio, Imo clerici beneficia habere nõ poſſunt.

¶ Et hæc beneficia temporalia, puta ducatus, clerici habere nõ poſſunt.c. vno an mutus vel imperfectus.ibi, quia ipſum ſeruire non valet, retinere nõ poteſt: & ſtatim atq; efficitur clericus, hoc beneficiũ amittit.§.qui clericus.ſi de feudo defuncti contenrio ſit inter do. & agnat. vaſſal.c.1. de beneficio fœminę. Alex.cõſil.92.in.6. volu. Curtius cõſil.62.& ſequẽ. deciſio. Neapo.q.320. Bened.in verbo, & vxor.numero.522.de teſta. Vel etiam intellige clericos coniugatos non poſſe habere benefi-

cia ſpiritualia.c. diuerſis fallacijs.de cleri. cõiuga.& per totum.vel clerici inhabiles, vtpote ſimoniaci & hęretici, non poſſunt habere beneficia,vt dico in tract.de pacifi. poſſeſſo.in.4.limitatio.Has concluſiones volui declarare,quia quibuſdam videbantur falſę,& eas nõ potui plene inter diſputandũ elucidare.Igitur hæc ſcripſi,ne ineptæ & terribiles videantur.tu lector boni conſule.

¶VIGESIMASECVNDA ET TERTIA QVAESTIO PRINCIPALIS.

1 ¶VIGESIMOSECVNDO & tertio principaliter quæritur, quæ poſſint opponi cõtra nominationes & gradus? & quomodo poſſint illa oppoſita euitari? Hę duę ſimul quęſtiões vno tenore decidẽtur.Reſpõ.primo præmittẽdo, quod is qui opponit contra nominationes, debet probare. nam præſumptio eſt quod vniuerſitas legitime eas cõceſſerit.c. vno in fi.de ſyndico.vbi Panor.tradit,quod quando actus habet debitam formam, habilitas perſonę præſumitur. tex. notab.in.c. in præſentia. & ibi Panor.Deci⁹ & alij de ꝓbatio.Bal. per illum tex. in.l. cum te.col.1. C.illo titul.&.l.1. circa finem de precib. imperat. offe.& omnis contrahens præſumitur eſſe legitimę ætatis.tex.in.l. ab ea parte.ff. de proba.& i.l.1.& ibi Bal.C.ſi,minor ſe maiorem dixe.vnde producens teſtamentum factum a minore.xxv.annis, non tenetur probare quod eſſet maior.14.annis. ad teſtamentum enim quilibet habilis præſumitur.authen.omnes peregrini. C.cõmunia de ſucceſſio.& ibi Bal. Panor. in.c. cũ virum.nor.4.de regula.

Opponi q̄ poſſint cõtra nominationes.

Noſatiões præſumũtur legitimę.

2 ¶Ideo in primis poteſt opponi ex parte concedentis,videlicet quod nominationes fuerunt conceſſę a facultate, & non ab vniuerſitate,vt decet:quod probatur in.§.pręfati.1.ibi,& per vniuerſitates nominatis.& .§.monemus. ibidem. dixi ſupra in ſexta. q.principali . & iſtud non poteſt euitari, niſi contrarium probetur,ſi primum probatum fuerit.

Facultas non nominat.

¶Secũdo poteſt opponi, quod fuerũt cõceſſę nominationes ab vniuerſitate ſuſpenſa priuilegio nominandi, vt habetur in.§. monemus. de colla.in concord.

¶Et hoc debet probare opponẽs. Nec ſufficeret probare quod vniuerſitas conceſſit nominationes inhabili. nã etſi priuilegiũ mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.c.vt priuilegia.de priuileg. tamen vniuerſitas non eſt ipſo iure ſuſpenſa per conceſſionem factam inhabili, ſed debet ſuſpendi per ſententiam.hoc probat verbum ſuſpendemus.d.§.monem⁹.quod eſt verbum futuri temporis, denotans per ſententiam.glo.in.l.in criminali.C.de iuriſd.omnium iud.Feli.& alij in.c.Rodulphus.de reſcript. dixi in.d.§. monem⁹.Et hoc nõ poſſet euitari, quãdo verum eſſet. ſed nunquam vidi vniuerſitatem ſic ſuſpẽſam, licet comminatio ponatur in concordatis. 3

¶Tertio opponi poteſt,quod fuerunt cõceſſę ab vniuerſitate extra regnum,cui nõ eſt data poteſtas,vt dixi ſupra quęſt. 6.& iſtud etiam non poteſt euitari,ſi hoc probetur. Vel etiam põt opponi ꝙ ſunt datę nominationes ab vniuerſitate regni,ad beneficia tamen extra regnum:quod nõ poteſt eſſe,arg.c. fina. de conſtitu. Et iſtud etiam euitari non poteſt, vt dico. q.6. ſupra,ſi probetur.& ibi poteris alia elicere opponenda ex hac parte. 4

¶Quarto ex parte eius cui ſunt conceſſę, opponi poteſt quod eſt graduatus in alia vniuerſitate q̄ in illa ĩ qua fuit nominat⁹, quod non debet eſſe,ne cauſę continentia diuidatur.l.nulli.C. de iud. glo.in.§. item quod ad dictas. in verbo ſuorum.de colla. in prag. Vbi expreſſe tenet,quod graduatus in vna vniuerſitate,non poteſt nominari ab alia. & hoc an poſſit excuſari ſi ſit aggregatus,vt dicitur,vel adoptatus,vide quæ dico infra eodem. 5

¶Quinto opponitur ꝙ nõ eſt graduat⁹, & non graduatus non eſt capax nomina- 6

tionum.glo.in.§.inſuper.in verbo graduatis.de colla.in prag.& tex. in concorda. in §.teneantur.eo.tit.& iſtud etiam vitari nõ poteſt,ſi verum ſit,& probetur.

7 ℭSexto opponitur,quòd nominatus non eſt clericus,& ſic beneficium nõ potuit obtinere.cap.cum adeo.&.c.capitulum. &ibi Card.in.2.nota.de reſcript. & iſtud nõ poteſt euitari quando eſt verum, & fuit probatum. vide quæ dico in tracta. de pacifi. poſſeſſo.nu.188.

8 ℭSeptimo opponitur contra primũ nominatum quod iam fuit eidem prouiſum ab hoc epiſcopo,ideo debet permittere vt alijs prouideatur.nam diſpoſitio debet intelligi de vno actu.l.boues.§. hoc ſermone. ff. de verbo.ſignifi.& quia hoc caſu collator impleuit mandatum ſibi factum.c.ad audientiam.2.de reſcript.l.1.ff.qui ſatiſda.cogant. & quia vno beneficio quis debet eſſe regulariter contentus.cap.in noſtra.& ibi Cardin.notab.1.de reſcript.

ℭSaluari poteſt,quia ei fuit prouiſum in vim mandati,ſeu per viam collationis ordinariæ, quæ nihil commune habere videtur,arg.l.naturaliter.§.nihil commune. ff.de acqui.poſſe.c.mandatum.ibi, per noſtras literas obtinente.de reſcript. dixi ſupra.q.21.limita.12.

9 ℭSexto opponitur, quod non expreſſit beneficia quæ habebat tempore impetrationis,vt debet, per.§.volumus.de colla.in cõcorda. ℭSaluatur quando non erat beneficium eccleſiaſticum,ſed oratorium,vel feudum , vel acquiſitum poſt nominationum impetrationem,tunc ea exprimere non tenebatur in nominationibus, vt dixi in.q.9. vbi vide quæ ſint exprimenda . & ſi illa in nominationibus non ſint expreſſa , opponas:alioqui melius facies ſi te inanibus expenſis & laboribus nõ vexes, cum obtinere ſpem non labores.l.1.ff. de inoffi. teſta. & conſulo in conſcientia nunquam aliquid opponere,niſi verum eſſe putes,alioqui periculũ animę incurris.Vel ſaluatur quando nomine alieno poſſidebat, vt dico in glo. poſſeſſa.in fine.in.d.§.volumus.

Exprimi debet beneficium poſſeſſum

ℭNono opponitur etiam quòd eſt eidem prouiſum vltra ducẽtos aureos.§.volumus. eo.titu.in concord.& ibi dixi. 10

ℭSaluatur , quando poſt acceptationem beneficij vigore nominationum factã , vel gradus, fuerunt ſibi collata alia beneficia, quia qualitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis .§. ſi extraneus.ff.de noxa.actio.

ℭDecimo opponitur quod litigabat ſuper alio beneficio incompatibili cum iſto,ideo gratiæ ſuæ renunciare videtur,qui aliud beneficium adeptus eſt,cle.gratię.de reſcript. & ibi dicit glo.& Card.q.3.poſt Innocen. in ca.in noſtra.de reſcript. quod qui recipit vnam eccleſiam , videtur renunciare liti quam habet ſuper alia . quod euitatur, quando illud beneficium ſecundum poteſt retineri cum primo ſuper quo litigat,alioqui non. cap. ex parte.in.3.de decimis. 11

ℭItẽ non videtur liti renunciare, ſi pẽdente lite ſuper primo beneficio nominatus recepit ſecundum , etiam incompatibile , ſuper quo etiam ſibi mouetur lis , cum hoc non ſit iure cautum, quia poſſeſſio pacifica requiritur.c.de multa.de præb.&.d.cle. gratiæ .dixi tamen ſupra.q.9.

ℭVndecimo opponitur, ꝙ erat ordinatus ab alio epiſcopo quàm a ſuo,& ſic ordinatio non valebat.ca.ſanctorum.& cap.1.70. diſt.nec in beneficialibus gaudebit ſic ordinatus priuilegio clericali.c.1.& ſequent.de tempore ordina. in.6. & ſic vidit iudicari Chaſſa.prout in conſuetudinibus Burgun. refert in.§.vj. glo. ſont creuz. in fine. licet contrarium teneat Guido papę in deciſio. Delphina.q.449. 12

Ordinatus a non ſuo epiſcopo nõ gaudet priuilegiis clericorũ.

ℭPoteſt euitari quando de licentia ſui epiſcopi hoc fecit.Et notandum eſt quod ſi alienus epiſcopus tõſurat alienum tanquam ſuum , tunc ordinatio eſt nulla , quia nititur eum vſurpare ex plebe aliena. tex . notab.in cap.primares.71.diſtinct.& ibi hoc dicit Ioan.de turre crema . Si vero ordinauerit tãquam alienum,non eſt nulla,ſi ſuus

V

epiſcopus ordinationem ratam habuerit, quod poteſt.c.nullus alterius.9.q.2.

¶ Quomodo cognoſcitur quod epiſcopus ordinauit tanquam alienum? Reſpon. Si in literis tonſuræ dicat, talem. N. noſtræ diœceſis oriundum charactere clericali inſigniuimus. Si vero dicat, tali. N. oriũdo diœceſis Magaloneñ. debite per ſuum epiſcopum remiſſo, tonſuram contulimus clericalẽ. Refert & ſequitur.d. Auriolus in addit.ad Guillermum de monte Laudu.in.c. fina.de tempo.ordina.in.6.quod facile impugnari poteſt, ſed in aliud tẽpus proferã.

13 ¶ Item non ſufficit eſſe in poſſeſſione clericatus ad iuſtificationem. Bal. in.c. dudum. in.1.colum.vltima.de electio.nec obſtat.c. ſi iudex laicus.de ſenten.excommuni.in.6. quia nõ loquitur in iſto caſu, ſed in foro ſortiendo, quo caſu ſufficit vt quis dicatur eſſe de foro eccleſiaſtico, quod antea fuerit in poſſeſſione clericatus, & tempore deprehẽſionis, vt ibi.

An ſufficiat eſſe in poſſeſſiõe clericatus

14 ¶ Item clericatus poteſt probari per vnum teſtẽ. Bal. & Feli.i.c.licet.in.1.de teſti. Guido papæ.q.474. Iaſ.in repet.l.admonẽdi. col 71.nu.198.ff.de iureiur.qđ eſt notãdũ.

15 ¶ Duodecimo opponitur cõtra nominatũ ꝙ eſt inhabilis, vtpote hæretic9, ſimoniac9 & alia quæ trado in tract.de pacific. poſſe. in.4.limita.nec poteſt euitari ſi probatum fuerit.

16 ¶ Decimotertio opponitur, ꝙ is qui impetrauit nominatiões, erat Italus, vel exterus, & ſic non potuit beneficia vel nominationes in hoc regno impetrare. glo. in verbo exterorũ.in proœmio pra.ſanc.dixi ſupra. q.6.verſi.25. Hoc euitari poteſt quando literas naturalitatis ante nominationes a rege obtinuerat, vt patet in rub.des præſidẽs. in ordi.regijs. Adhuc tamẽ eſſet cogitãdũ, quia hæc priuilegia ſunt introducta pro oriũdis regni, vt patet ſupra in proœ.cõcorda.tam in literis ſummi põtificis, quàm regis, ergo alijs nõ ꝓderũt, videlicet exteris.

17 ¶ Decimoquarto contra nominatũ etiam opponitur quod non eſt graduatus, vel ante tempus, & ſic per ſaltum (vt declaraui ſupra.q.10.&.q.21) vel eſt graduatus ſub bulla, cõtra ea quæ dixi in.10.q principali.per glo.in.§. item ꝙ ad dictas. in verbo ſuorũ. de colla.in prag. Et hæc non poſſunt euitari, ſi contrarium non fuerit probatum, videlicet quod poſt gradum ſtuduit per tempus requiſitum in.§. prætereа.de colla. & ibi dixi. vel niſi fuerit graduatus in iſta vniuerſitate, in qua obtinuit nominatiões. & iſta eſt cautela, vt ſi fueris graduatus in iure ciuili Tholoſæ, & vis hic Pariſijs ſumere nominatiões, vt ſuſcipias hic gradum in iure canonico, & poſtea facile impetrabis nominationes. & idem in alia vniuerſitate dicendum eſt.

Cautela notabilis.

18 ¶ Decimoquinto opponitur ꝙ licet fuerit matriculatus, tamẽ ſtetit per quinquenniũ extra ſtudium, & ſic perdidit priuilegium. l.fin.de primicer.& no. C.lib.12.l.3.de domeſti.ibidem. Bar. in.l.penul. ff. de teſta. milit. & doct.in.l. ſcriniarios. C. illo titu. Aret. & Bauer.in.§. ſed hactenus.inſti. de teſta.milit.& ſic non ſtuduit continuo.

¶ Euitari poteſt, ſi ſcholaris ante quinquennium fuerit reuerſus, & iterum continuauerit ſtudium, quia id tempus quo primo ſtuduit, debet coniungi cum iſto tempore nouiſſimo, per tex.in argu.in.l.penult. C. de conſuli.Roma.ſing. 336. vbi dicit quod ſi poſt quinquenñium ſcholaris reuertatur, debet reponi iterũ in matricula, & nil debet ſoluere. ſic etiam illud tempus poterit iungi, vt ſupra dico, ſiue venerit ante, ſiue poſt computatur tempus, & coniungitur ex conſuetudine ſeruata in Francia.

¶ Item facit glo. in regula, eum qui certus eſt.de reg.iur.in.vj. vbi ſi quis ingrediatur religionem, & ibi ſteterit per ſex menſes, poſtea egrediatur, ſi poſtea iterũ ingrediatur, & ſtet ibi per alios ſex menſes, tunc primi ſex menſes coniunguntur cum vltimis. Specu.in tit.de ſtatu monacho.in.§.1. verſi.38. Alex.conſil.54.viſo puncto.col. 2.in.4.volu.

¶ Prætereа cui conueniunt verba, & diſpo-

ſtio.l.4.§. totiens.ff.de damno infect. ſed verba concordatorum côueniunt, cum tantum requirant quinquennium, non dicunt continuum, ergo continuum tempus non requiretur.

19 ¶ Decimoſexto opponitur contra graduatum, & nominatum, quod non eſt graduatus in vniuerſitate famoſa, quod requiritur in.§.præterea.de colla.in concord.

¶ Euitari poteſt, ꝙ omnis vniuerſitas regni, in qua publice iura profitentur, eſt famoſa, vt not.d.Io.dayma in verbo famoſa. in rub.de elect.in concord. & dixi ſupra in concorda.d.§.preterea

Famoſa vniuerſitas que dicatur.

20 ¶ Decimoſeptimo opponitur, ꝙ non inſinuauerit illo anno, vt debet fieri, & literas tam gradus quàm nominationum, & temporis ſtudij.§.teneātur.de coll.in concord. & plena manu ſcripſi. q. 14. & iſtud probatum nō poteſt euitari niſi probaret procuratorem inſinuaſſe.

21 ¶ Decimooctauo opponitur, quòd extra tempus quadrageſimæ inſinuauit, d.§. teneantur. & hoc non vitatur, ſi fuerit probatum, vt dixi.d.q.14.

22 ¶ Decimonono quòd inſinuauit ei cui nō debuit, & ſic non valet inſinuatio.§.præfati.2.de colla. in concord. Saluatur vt dixi in.d.q.14. vbi elici poſſunt vltra quinquaginta q̄ cōtra inſinuatiōes opponi poſſunt.

23 ¶ Vltimo poſſunt opponi illa triginta quę dixi in.16.principali.q. nam poſtquam illa beneficia in nominationibus non comprehenduntur, ſi nominatus acceptauerit illa, opponetur contra eum illa ſibi nō deberi. & vix poſſunt illa probata euitari. vide ibi alia multa. Adderem hic alia etiam ſexcenta quæ poſſunt opponi, ſed ea de induſtria miſſa facio, ne materiam calumniandi & opponendi præbeam. Quicunq; viderit quę ſupra dixi, poterit recte opponere, & nō recte oppoſita vitare. Rogo ne quid contra cōſcientiam opponas, ne animā perdas, quam deus optimus maximus ſuo ſanguine precioſo redemit, eam ergo illi conſeruare debemus.

¶ VLTIMA QVÆSTIO PRINCIPALIS.

¶ VLTIMO quęritur, quomodo perdātur nominationes vel gradus? Reſpon. primo ſi nominatus aut graduatus in mēſibus deputatis collatoribus beneficium vacans in proceſſu poſuerit, vel taliter moleſtauerit ordinariū.§.vl. de colla. in concorda. vt puniātur in quo deliquerunt, vt dixi in repet.c.poſtulaſtis. in vi.notab.p illū tex.de cleri.excōmu.miniſtrā.licet in ordina. regijs Lud.12.primo publica.artic.x.mitius puniantur, tamen quod hic ſtatuitur, tanquam nouiſſimum tenendum eſt. 1

Nominationes quot modis perdantur.

¶ Dubitaret quis, qn̄ dicatur poſit⁹ in proceſſu? Videtur quādo ſententia eſt lata.c.vt ſuper.de appel.in.6. Reſpon. tūc dicitur in pceſſu poſit⁹, vc3 per citationē, & litis cōteſtationē, quis ſentētia nō ſit lata. Bar.& alij in rub.ff.de in ius vocād. & Paul.i.l.libert⁹.illo titu. vbi dicūt proceſſum nō eſſe inchoatū per citationē, qn̄ actor nō cōparuit, quia citatio eſt circunducta.l. & poſt edictū.§.quod ſi is.ff.de iud. & quia actor nō cōparēdo, videtur tali citationi renunciare. Bal.i.c.cōſuluit.col.2.de off.delega. & quia citatio non habet ſuū pfectū eſſe, ſcd̄m eūſec⁹ ſi cōparuerit, & i cauſa pceſſerit, tūc pceſſus dicet inchoat⁹.not.i.c. ſi iudex.de ſent.excōmuni. i.vj. tamē nō dicet in proceſſu poſit⁹ ad hoc vt noiationibus vel gradu ſit priuād⁹. & ideo ſi noiat⁹ in primo termino liti renūciauerit, nō pdit noiationes, quia nō dicitur poſuiſſe in pceſſu, ſed ponere voluiſſe.l. amplius. ff. rem ratā haberi. pbatur in.l. quidā hyberus. & ibi dixi.ff.de fer.vr.p̄.vbi ſi i primo termino quis confiteatur, nō debet in expenſis condemnari. Feli.in.c. licet Hely. col.3.de ſimonia.Iaſ.i.§.ſic itaq;.de actio. inſti.& in.l.certi. in princi.ff. ſi cert peta. & in.l. properandum.§. ſinautem alterutra.col.5.in.7.limita. C. de iud. Licet appellatione proceſſus veniat tam proceſſus iudicis q̄ partis. Bal.in.d.c. cōſuluit.col.3. tamen ante litē conteſtatam nō punietur 2

Qn̄ quis dicat in proceſſu poſitus.

nominatus vel graduatus.

¶Nec obſtat.d.c.vt ſuper. vbi appellatiõe proceſſus venit ſententia definitiua, quando profertur in materia quæ ipſi ſententię adaptatur. Domi. & alij i.d.c.vt ſuper. per glo.in clemen.appellanti.de appella. Et etiam comprehendit omnia quæ ante ſententiam fiunt. Feli.in cap.quoniam contra. col.4.de probat.

¶Item quando in conſtitutione eſt facta mentio proceſſus, non venit ſententia. Decius per illum tex.cap.prudentiam.in vlti. notab.de offi.deleg.

3 ¶Item in tex.concordatorum habetur, & taliter moleſtauerit & intelligerem de moleſtia q̃ fit per proceſſum, videlicet ſi nominat⁹ moleſtauerit ordinariũ p̱ proceſſum, quòd fructu ſuarum nominationum vel gradus priuetur. Et ſi nominatus vel graduatus moleſtauerit ordinarium de facto extra proceſſum, non perdet ſuas nominationes, ſecundum hunc intellectum, quia in tex.dicitur, in proceſſu poſuerit, & taliter moleſtauerit, videlicet per proceſſum. argu.cap.2.de tempo.ordinand. & cap. ex frequentibus.de inſtitu.

¶Item ſi moleſtauerit etiã per proceſſum, iure tamẽ, quia impetrauit beneficium inhabili collatum, non priuabitur ſuo gradu vel nominationibus, quia hic tex.debet intelligi de moleſtia facti, & quando nominatus vel graduatus in vim nominationũ moleſtat vt puniatur in quo deliquit, ſecus ſi alia ratione moleſtaret, quod probatur in.c.in pręſentia.de probatio. &.l. quidam.ff. de verbo. obliga. per dictum Bal. in.l.j.C.de vſufruct. vbi ſi teſtator priuet hæredem ſi moleſtauerit vxorem ſuam in vſufructu, nihilominus poterit hæres exigere cautionem ab ea de vtendo fruendo arbitrio boni viri, quia teſtator de moleſtia tantum facti intellexit ſecundum eum.

¶Idem ſi hæres priuetur hæreditate ſi moleſtauerit vxorem teſtatoris, intelligitur de moleſtia facti, non iuris. Bal. in.l.j. C. de his qui pœnę nomine. per glo. ſing. in.l. ſi ſeruum.§.prætor.in verb.abſtinet.ff.de acquiren.hæred. ſequitur Corſetus in ſingu. incipiente, moleſtia. Sic & in hoc §. intelligitur de moleſtia facti, ponderando verba.d.§.ſi quis autem. de colla. in concord. ibi, in vim gradus, aut nominationis. Ergo ſi in vim alterius impetrationis, non perdit nominationes, nec gradum. alioqui nullus graduatus poſſet impetrare beneficia inhabilium, & eſſet in hoc deterioris conditionis, quàm non graduatus. quod non eſt dicendum, quia in fauorem eorum eſt introductus gradus, ergo non debet in odium eorum retorqueri.l. quod fauore. C.de legib. Et ideo multa priuilegia confert gradus, quæ licet videre per Barb. in procœmio cle.per Alex.in addi.ad Bar. in l.1.C.de dignita.lib.12.Feli.in rub. de magiſt.Bologni.in repet.authẽ.habita. C.ne filius pro patre. & per Petrum de Ieſnauderie, in opuſculo de doctor.per totum.

¶Alij habent in eodem §.ſi quis, & aliter moleſtauerit. & tunc intelligetur aliter q̃ per proceſſum, quia tex. dicit, in proceſſu poſuerit, & aliter moleſtauerit &c. ideo ſi nominatus de facto expulerit eum cui ordinarius contulit in ſuis menſibus, dicens beneficium ratione nominationis ſibi deberi, licet male, tunc priuabitur fructu ſuarum nominationum. probatur in.c.1.c. cũ ſęculum.de iure patro,c.prohibem⁹.de cẽſib. & hoc ſecũdum hunc intellectum dixi in.§.fina. Aliquando intelligitur de moleſtia tam iuris quã facti.l.vna. C.de nundi. Alex.cõſil.52.viſo teſtamẽto.in.2.volu. & conſil.151.viſo themate.in fi.eodẽ volu. & conſilio.177.viſo teſtamento.in.5.vol. Iaſ.in.l.vbi.circa fi.C. de tranſact. & hoc ſtatutũ eſſe reor, vt audacia graduatorũ reprimatur tam i iudicio, q̃ extra, quia ſępius perpetrant plurima mala, & abuſus. Nunquam tamen vidi ſeruari vt nominati fuerint ſuis noiationibus priuati, aut graduati ſuo gradu p̱ hanc moleſtiã. poſſet

tamen fieri, ſi bonum videretur, & hoc intellige ſi in vim gradus vel nominationum vel vtriuſque in proceſſu poneret ordinarium, per.l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.peta.& .d.§.fi.

4 Nominatus an perdat gradũ cũ noſat tionibus. ℭDicerẽ etiam, q᷑ licet nominatus (vt ſupra dixi) moleſtando ſuas perdat nominationes, vel graduatus ſuum gradum, tamẽ nominatus nõ perdet ſuas nominationes, & ſuum gradum ſimul, etſi text. dicat a fructibus ſui gradus, & nominationis priuandum eſſe, quia ſingula ſunt ſingulis referenda, vt videlicet nominatus ſua nominatione, graduatus ſuo gradu priuetur. glo.in.l.fina.C. de fideicom.cap. cum ſingula.de præbend.in.vj.& ſic poſtea nominatus ſuis nominationibus priuatus, beneficia ratione ſui grad⁹ adhuc obtinere poſſet, videlicet beneficia in villis muratis, quia pœnæ molliendæ ſunt, & reſtringẽdæ.l.interpretatione.ff.de pœnis.cap.pœnæ. de pœnit. diſtinct.j. regula, in pœnis. de reg.iur. in.6.Domi.in conſil.126.Martinus &c.& quia duplici pœna non debet quis puniri, cap.at ſi clerici. in fine.de iud. & ibi glo.allegat alia iura quæ licet videre.dixi in.§. monemus.de colla.in cõcord. in gloſ.ſuſpendemus. nec ſi habeat plures nominationes, omnibus priuabitur, ſed tãtum illis quibus abuſus eſt, ne pœna extra delictum extendatur.no.in.c. fraternitatis. de hæretic.

ℭItem talis moleſtans eſt priuandus per ſententiam, & non eſt ipſo iure priuatus, per text. in concord.in verbo priuandum, quod denotat ſententiam. cap. vno de ſagitta.gloſ.& docto. in.l.in criminali.C.de iuriſdict.omnium iud.Feli.in capitul.Rodulphus. verſicu. vlti. de reſcript. & dixi in.d.§.fi.

5 ...atus ...el nos...ationi...n poſs...teium ...trare. ℭQuæro an ſemel priuatus nominationibus (quod raro euenit) alias poſſit impetrare? Videtur quòd non, ne ludibrio fiat priuatio. cap. commiſſa. de electio.in. vj. facit.l.ſi prætor.ff. de iud. & ne lex verbis imponatur.l.2.C.communia de lega.

ℭContrarium eſt verius, quod probatur per extrau. execrabilis.§.ſtatuim⁹.de præbend. in extra. Ioan. 22. vbi dicitur quòd ſi quis fuerit adeptus beneficium ſecundũ incompatibile cum primo, ipſo iure eſt priuatus primo, ad quod nunquam poteſt redire ſine noua collatione. ergo ſumendo argu. a contrario, cum noua collatione poterit redire, per cap.2.de renuncia. ſic & cum nouis nominationibus poterit iterum impetrare beneficia.

ℭItem ſi quis renunciauerit bonis paternis cum iuramento, poterit illa petere non obſtante iuramento, ſi inſtituatur hæres. Alexand. & alij in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga. doct.in.l.pactum quod dotali. C.de pact. & de colla. & cap.quanuis.de pact.in.vj. Benedict. in repet.c.Raynutius. in verbo duas. numero. 286.cum ſequent.de teſta.

ℭAdde etiam quòd priuatus beneficio in vna eccleſia, poterit ad aliud in eadẽ promoueri.capit.literas. de conceſſ.præbend. & ibi Imol. nota. 3.& ſi quis per ſubreptionem vel obreptionem priuetur reſcripto, tamen poſtea poterit aliud impetrare, in quo veritatem exprimet.l.2.C.ſi cõtra ius. cap. ſuper literis. & ibi not. de reſcrip.& reſcriptum ab excommunicato impetratum, licet ſit nullum, c.1.de reſcript. in. vj.tamen eo abſoluto poterit aliud impetrare, vt ibidem not. Idem ergo in nominato, vt licet ſuis ſit priuatus nominationibus propter moleſtiam, vt poſſit alias impetrare, vt vna pœna contenti ſimus, prout dicitur in.c. at ſi clerici.§. fi. de iud. & dupliciter puniretur, annullare nominationes, & prohibere ne amplius impetrẽtur. ideo quia hoc non dicit tex. ergo non extendetur. l. cum quidam. ff.de liber. & poſthu. igitur poterit alias impetrare, licet primis ſit priuatus. 6

ℭNec obſtat.c.commiſſa. de electio.in.vj. 7
Quia reſpon.quod iſta priuatio non eſt ludibrio, licet alias nominationes impetret, quia perdet prioritatẽ temporis, quæ ma‑

gna eſt.regula,qui prior.de reg.iur.in.6.&
poſtea vigore nominationum ſecundo lo-
co impetratarum forte nũquam obtinebit
beneficium tãquam antiquior. Et ſic dice-
rem,quod licet quis ſuis priuetur nomina-
tionibus,vel gradu,tamen non perdet be-
neficium,ſi quod ex illis aliàs conſecutus
fuerat,arg.c.tibi.de reſcript.in. vj. & cap.
ſi clericus.de præbend. eo.lib. vbi quando
clericus priuatur gratia propter negligen-
tiam ſuam, tamen ſi ratione illius gratiæ
fuerit in eccleſia canonicus receptus,illum
non perdet,niſi fuerit ſibi collatus ad effe-
ctum præſentium dũtaxat. ſic in nomina-
tionibus arbitror. facit quod dicit Ancha.
in conſil.171.caſus eſt talis,quidã.in fi.vbi
concludit feudum poſſe concedi ei qui ſe-
mel fuit priuatus propter inueſtituram nõ
petitam,vt ibi per eum.

8 ¶Secundo priuatur quis ſuis nominatio-
nibus,quando habet in eccleſia metropoli-
tana vel cathedrali ſeu collegiata duas prę-
bendas, ſeu dignitatem cum præbenda,vel
vnam præbendam, ſeu alia beneficia, quo-
rum fructus aſcendunt vſq; ad ducẽtos flo-
renos auri de camera.§. volumus. de col-
la.in concorda. quia gratiæ tuæ renuncia-
re videris,ſi beneficium pacifice adeptus
es.clemen.gratiæ. de reſcript. & capitu.ſi
pauper.de præbend. in.vj.Nam mens ec-
cleſiæ Gallicanæ, ac etiam papæ, & regis
fuit,vt prouideretur pauperibus ſcholari-
bus, qui exhauſto ſuo patrimonio in ac-
quirendo ſcientiam, ſumpſerunt nomina-
tiones & gradus. Et non dicitur pauper,
qui in redditibus habet ducentos florenos
auri, ſiue habeat beneficia in titulum, ſiue
in commendam, & ideo honeſte ex illis
poterit viuere.nota. in cap. poſtulaſti. de
9 reſcript.¶Et intellige quãdo haberet duas
præbẽdas in eccleſia.cathedrali,vel metro-
politana, etiam ſi non aſcenderent ad va-
lorem ducentorum aureorum, tamen non
poterit is nominationes impetrare, nec
impetratis vti, vt tenet gloſ. in.§.quod ſi
quis ex dictis. in verbo duas. de collat. in

Nominatio-
nibus pri-
uať habẽs
duas ſ ecc-
cl.ſia ca-
thedrali
ꝑbendas.

pragma.quod raro contingit. Et hoc pro-
cedebat per prag.ſed per cõcordatum poſ-
ſet nominationes impetrare, & eis vti,qui
duas haberet præbendas minoris valoris,
vt patet in concorda. in.§.ſi quis vero ex
dictis. vbi ſe refert ad dictam ſummam tã
in præbendis, quàm in alijs beneficijs. &
hoc probatur in.d.§.volumus.ibi,quorum
inſimul. & quia ibi eſt tantum vna clauſu-
la.in pragma.ſecus.quod notes,quia multa
erant vera tempore pragma. quæ nunc nõ
ſunt,ideo non confidas glo.prag.quæ licet
bene dicat ſecundum ſua tempora,& tex.
cui addidit gloſemata, non tamen nunc:
& alias fecit me errare,dum ſequerer ſuã
doctrinam ſimpliciter.ideo tu debes vide-
re nunc tex. concordatorum ſi diſſideat à
prag.& ſecundum tex.iudicare.
¶Notandum eſt,quòd ſi quiſquam habe- 10
ret redditus in bonis ſecularibus vſque ad
quadringẽtos aureos,vel vltra, poterit ad-
huc impetrare nominationes,& viuere ex
fructibus beneficij,licet habeat amplũ pa-
trimonium,quia poſtq̃ altari ſeruit,de al-
tari viuere poterit.c.cum ſecundũ. de præ-
bend.late Barb.in tract.de præſtantia car-
dina. in.1. parte.q.6. hic tantum excludit
habentem redditus beneficiorum, ſecus ſi
in patrimonio,vt patet in.d.§.volumus.
¶Tertio amittuntur nominationes, ſi nõ 11
ſint expreſſa ea quæ debent exprimi, de
quibus dixi ſupra.q.9.& in.d.§. volumus.
& idem in mandatis aſſeritur in.c. ad au-
res.c.in noſtra.de reſcript.
¶Quarto quando nominatus vel gradua- 12
tus efficitur inhabilis,vel irregularis, quia
etiam ſic perditur mandatum. Ancha.con-
ſil.58.circũſcriptis.
¶Quinto quando nominatus contraheret 13
matrimonium, aut ſponſalia de præſenti,
tunc ſuis videtur renunciare nominationi-
bus.glo. & doct.in cap.vno.de cleric.con-
iuga.Panor.in.c.1.illo titu.Aufrer.in ſuis
deciſionib.quæſt.239.Iaſ.in.l.vbi pactum.
col.penult. C.de tranſactio.Etiam ſi ſpon-
ſalia eſſent nulla. Iaſ. ibi, & in.l. cauſas.

in fi.C.illo tit.Et his fere modis amittũtur
mandata apoſtolica,de qb⁹ vide i tract.de
mād.apoſto.i vltima parte per domi.Ru-
ſcū.dico in rub.de manda.apoſto.in cōcor-
da.§. declarantes.in glo.proſequentes.
14 ¶Sexto quando ex aliqua cauſa ſuo pri-
uaretur gradu,quod poteſt fieri,vt proba
tur i.c.ex literis. de cōſtitu.& ibi plene tra
ditur per Feli.& alios.
15 ¶Septimo quando eas non inſinuaret per
triginta annos., quia tunc eas videtur ha-
bere pro derelicto, & eis renunciare. arg.
l. licet. C. de iure deliberand. dixi ſupra
in.xiiij.q.principali.vbi ample videre licet.
16 ¶Octauo perduntur quando ex cauſa vni-
uerſitas reuocaret nominationes, quod po
teſt,vt tenet glo.in.§. itē quod ad dictas.in
verbo nominare.de colla. in prag.ſed non
eſt ſolitum fieri,& bonū eſt argumentum
a ſolitis.l.ſi quis donatur⁹.ff.de vſufructu.
l.certi cōdictio §.ſi nummos.ſi cert. peta.
Ratio eſt,quia poſtulātes re integra a po-
ſtulatiōe recedere poſſūt.c.bonę i.2.de po
ſtula.prælato.Itē legat⁹ q reſeruauit bñfi-
ciū ꝓ aliquo,pōt reuocare,& alteri proui-
dere.Hoſtiē.i.c.cū dilectus.de iure patro.
Io.And.i.c.præſenti.de offi.lega. in. vj.&
limitatur trib⁹ modis p Peru.vt ibi cerne-
re licet. & idē ſi papa reuocaret mandatū
cōceſſum.c.penult.de præbend.in.vj.&.c.
vlt.de conceſſio.præbend.illo lib.
17 ¶Nono quando nominatus eis renuncia-
uit,vt in c.audita de reſtitu. ſpoliat. facit
tex.in.l.filio præterito. ff.de iniuſto rupt.
nam poteſt quis priuilegio in fauorem
ſuum introducto renunciare.l.ſi quis in cō
ſcribendo.C.de epiſcopis & cleri.&.C.de
de pact.ſi diligenti.de foro competen. Io.
And.in cap.penult.de præbend.in.vj.cle-
men.gratię.de reſcript.Card. cōſil.105.ſu-
per pręmiſſo. glo.i verb. irritum.§.ſi quis
cuiuſcunque.de colla.in prag.
18 ¶Intellige ſiue expreſſe renūciauerit ſuis
nominationibus,ſiue tacite, quia hoc caſu
tātum operatur tacitum,ſicut expreſſum.
arg.l. cum quid.ff. ſi cert.peta.& ibi am-
ple Iaſ. & aliàs conſului pro venerabili
viro domino Ioanne de Lanſergio ſacriſta
Magalonen̄. mihi cōſanguineo colendiſ-
ſimo, ac doctiſſimo, & obtinuit in ſenatu
Tholoſano. Et cenſetur renūciare, quan-
do eſt ſibi prouiſum ab vno quo ad illum:
quia ille qui ſemel vni prouidit, non te-
netur amplius eidem prouidere. argu. l.
boues.§. hoc ſermone.ff. de verbo.ſignifi-
ca. & ſupra dixi. Nec poteſt eum plenū
gratificare, alioqui omnia beneficia ei cō-
ferret epiſcopus, & ille ebrius eſſet, &
alij eſurirent: & ſi haberet nepotem gra-
duatum, eidem cōferret omnia beneficia,
& ille ſemper ea reſignaret, & alij nihil
haberent,quod valde eſt abſurdum vt di-
co in glo. gratificare §. ſtatuimus. 1. de
collatio. ſupra. Item tacite dicitur re- Tacite quis dicatur renunciare.
nunciare, ſi fuerit effectus miles. argum.
51.diſt in.cap.1. &.2.cap. eos. 20. quæſt.3.
nam tunc,ſi arma militaria exerceat,per-
dit priuilegium clericorū, quia facit actū
contrarium clericatui,quibus cōuenit,no-
bis non licet interficere quenquam. not.
Inno.in capit.1. de apoſtat. & cap. in au-
dientia.de ſent.ex communica. Chaſſa. in
conſuet. Burgundi. in rub. des iuſtices §.
quinto.gl. ſil na grace.numero.52. & ſeq.
verſi.quarto fallit. Vel habitū clericalē re-
iecit.c.1.de apoſta.l.ꝓfeſſio.C.de mūerib.
patrimo.lib.x. idē ſi ſentētia ānullās noia-
tiōes cōtra noiatū lata fuit, cui acquieuit.
glo.ſing.i.c.1.de cōceſſio.pręb. Card.in.c.
mādatū.col.3.q.1.de reſcrip.dicēs iiſdē fe-
re modis mādatum amitti,& ideo ſeruiet
ad intellectum tituli de mandatis apoſtol.
in concordatis.
¶Decimo perduntur nominationes,quā- 19
do forma non eſt ſeruata quę eſt poſita Forma non ſeruata,
in concordatis, quia factum corruit non corruunt
ſeruata forma.capitul. cum dilecta:de re- noiatiōes
ſcrip.l. cum hi.§. ſi prætor.ff. de tranſact.
Et illa eſt, quæ dat eſſe rei, & eam in eſ-
ſe conſeruat.l. Iulia.§.1.ff. ad exhibend.
¶ Decimotertio extende etiam in beneficio ſito in villa murata, quod licet debeatur graduatis, ſeu ſaltem qui triennio ſtuduerint in theologia, vel in altero iurium .§. ſtatuimus.de colla.in concorda. Tamē ſi collatum ſit alteri quàm graduato, & is poſſederit pacifice per triennium, non poterit poſtea moleſtari. probatur hoc verbo generali, quicunq; &c. Tamen videtur cōtra, quia collatio facta non graduato eſt ipſo iure nulla proſequente graduato, & ſic nō eſt colorata, vt patet in tit.de firma & irreuocabili concordatorum ſtabilitate. in verſ.necnon. vbi ſunt iſta verba, Necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo, a quoquam contigerit attentari. Ecce ergo quod collatio eſt nulla: & ſic poſtquam initio vitioſa eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere. Regula, quod in initio.ff.de reg.iur.& regula non firmatur.illo titu.in.6. & etiam quia in fauorem parochianorum eſt inductum, ideo dicerem eſſe nullā, ſi graduatus velit, & ꝓſequat, alias nō, p.§.fi.ibi, illa ꝓſequētibꝰ.de col.in cōcor. & ibi dixi. facit.l.2.C.de iure emphy. ideo qñ nominatus vel graduatus non ꝓſequitur intra triēniū, nō poterit moleſtari is qui poſſedit pacifice per illud tempus, imo interim potuit præſcribere, inſtar hęredis, qui poteſt præſcribere legatum, antequam legatarius acceptauerit, quia ignorat an legatarius velit acceptare. Feli.in rub.de pręſcrip. Soci.conſ. 63.in cauſa.col.3.in.j.vol.dixi plenę in repet.l.vnicę nota.j.nu.54.C.de ſenten.quę pro eo quod intereſt. ſic ignoratur an nominatus vel graduatus velit acceptare beneficiū. ideo ſi detur alteri, nō eſt mirum, quia inuito nō debet dari beneficiū.l.inuito.ff.de re.iur. & licet iſtud ſit introductū etiā in fauorē parochianorū, vt inſtruant a graduatis, & illi fauori per trienniū tacēdo renūciauerunt, imputetur eis cur non reclamauerunt intra trienniū, vt poterāt, quia eorum intererat, vt in ſimili dicit gl. in verbo perſonis.c.ſi quis presbyterorū. de reb.eccle.non alien. & in.l.iubemus.in verbo œconomis.C.de ſacroſan.eccl. ideo poteſt illis dici, ſera prece ſubueniri vobis deſideratis.l.2.C.de iur. & facti ignoran.

84 De beneficio ꝑ aliū poſſeſſo.

¶ Decimoquarto extende ſiue poſſederit ꝑ ſe, ſiue ꝑ aliū: qa qui poſſidet ꝑ colonū, vel per aliū, ipſe videtur poſſidere.arg.l.j. .§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma. licet tex.vtatur verbo poſſederit, qđ eſt verbū verū, & nō fictū. Item ſi habita collatione beneficij locauerit fructus ad trienniū, & poſtea diſceſſit ad Hiſpaniā, & poſt triennium reuertat, dicēs ſe poſſediſſe pacifice, licet vicarius fuerit perturbatus. quod nō eſt verū, vt tenet Nicol.de Milis in verb. poſſeſſio pacifica.q.131.

85 Poſſeſſio qñ dicat pacifica.

¶ Vbi dicit ꝙ illa eſt pacifica poſſeſſio, quæ nō turbatur de facto, licet turbetur de iure. Et ideo ſi colonus turbet, non dicitur dñs pacifice poſſidere. alioqui fieret fraus huic decreto, & quilibet diſcederet a loco beneficij per triennium, vt nō id temporis moleſtaretur, & poſtea eſſet tutus, & ſic via fraudibus pateret, contra.l. in fundo.ff.de rei vend. & infra latius dicetur quando quis dicatur pacifice poſſidere, & dicit.l.quod meo.ff.de acqui. poſſeſ. Is poſſidet, cuius nomine poſſidetur &c. facit.l.j.in fi. ſi mēſor falſū modū dixerit.

86 De beneficio ſequeſtrato.

¶ Decimoquinto amplia, etiam ſi beneficium eſſet ſequeſtratum, quia ſequeſtratio neceſſaria non priuat quem poſſeſſione ſua. Henric.boic in cap. examinata.de iudic. l. intereſſe. & ibi notat. ff.de acquirend. poſſeſſ. etiam licet ſequeſtratio

priuaret,tamen ille non perdit commodū poſſeſſionis. Bar.in.l.ſi oleum.ff.de dolo.tenet Auriol.in.c.fina.in.j.add.vt lite pend. in.vj.Dicerem tamen,cum in hoc regno fiat ſequeſtratio per legem regiam, tunc quia quilibet dicit ſe poſſeſſorem, & non apparet quis poſſederit, quod non poſſet iuuari vnus magis quàm alter.alioqui cum vterq; dicat ſe poſſidere,vterq; poſt triennium eſſet tutus.quod non videtur iuri cōſonum. & ita tradunt doct. Aret. maxime in.l.intereſſe puto.ff.de acqui.poſſe.niſi dicas quod is iuuabit,cui eſt adiudicata poſſeſſio,videlicet recredentia.nam poterit cōtra tertium iuuari,ſed contra litigantē nō.

87 De capellania. ¶Decimoſexto procedit in capellania, ſiue in altari,quia ęquiparantur alijs beneficijs,vt dicitur in.c.apoſtolica.8.q.j. & capellę poſſunt annecti prębēdę. Panor. in.c. expoſuiſti.per illum tex.de prębend.Feli. in.c.cum venerabilis.col.11.de exceptio.& in.c.ex patre.col.j.de reſcrip.Ioan.de anania conſil.24.tum quia eſt eadem ratio in beneficio & capella,ergo idē ius erit,arg.l. illud.ad leg.aquil.not.in.c.j. & per totum de capel.monacho.Ioan.de ana.conſil.24.

88 primo videtur.¶Vbi concludit ędificantē capellas ſeu altaria in eccleſia, non teneri ad dotandum eas,quia non eſt eadem ratio in hoc caſu ſicut in eccleſia. tum quia capellaniarum collatio ad illum prælatum pertinet,ſeu inſtitutio,in cuius dioceſi ſunt constructæ,licet cōtrarium teneat Panor. in conſilio.89.in.2.volu. Nicol.milius in verb.beneficium.q.49.& Feli.in.d.c.cum venerabilis.ita in proprijs terminis concludit Decius cōſilio.121.in cauſa.col.2. vide Paul.de citad.in tract.de iure patro. in.3. parte.q.32.in prima cauſa.vbi dicit capellas olim non dici eccleſias, ſed erant tuguria caprarū,& pellibus illarum tecta. glo. in.c.concedimus. de conſecra. diſtinct. 2. quia nobiles in itinere eccleſias de pellib⁹ caprarum tectas habebāt. Archi.in.c.plu

89 res.16.q.j.¶Et dicit capella,qa capit laos, id eſt laicos,vel populos, vel capiens laudem.Archi.in.d.c.cōcedimus.Et in his capellanijs committitur ſimonia, ſicut in alijs beneficijs.c.nō ſatis. de ſimo. & veniūt appellatione eccleſiarum,vt concludit Aufrer.in deciſ.ſuis.q.57.

¶Decimoſeptimo etiam procedit in præſtimonijs.Domi.conſilio.89.vacante. col. vlti.& hoc intelligit quando dantur in titulum perpetuum, & habent annexum aliquod obſequium ſpirituale,tunc dicitur beneficium eccleſiaſticum, & ſic procedit iſte tex.ſecus ſi præſtimonium conſiſteret in ſola temporalitate, & tunc ſecundum eum de eo etiam non deberet fieri mentio in reſcripto.vide Oldra.conſilio.81. quod proceſſus.col.j.vbi dicit eſſe beneficia eccleſiaſtica,quæ non poſſunt conferri niſi clericis.¶Et ideo dici præſtimonium, quòd præſtat munium, & etiam quia perpetuo conceditur,ſicut beneficium.Oldra. conſi. 140.in eccleſia.vbi plura alia tradit.intelligenda tamen ſunt vt ſupra dixi. 90 De præſtimonijs. 91

¶Decimooctauo extende etiam in penſione a Roma.pontifi.canonice cōſtituta, & in titulum data,quia beneficij appellatione continetur.Panor. Barb. & Feli. in c.ad audientiam.2.de reſcript.Tamē quia non eſt dignitas, officium eccleſiaſticum, vel beneficium,non comprehenditur hoc tex.vt infra patebit. Verū enimuero quia multifariam,& a multis fui rogatus materiam penſionum breui perſtringere,& ſecundum vſum curiarum Franciæ dictare, quorum votis annuens,ſequentia duxi hic inſerenda. 92 De penſione vide hic multa.

¶Prima concluſio,penſio verbum generale eſt. Primo accipitur pro fructibus.l.prædiorum.ff.de vſur. Secundo pro cenſu.c.conſtitutis.de relig. domib. Tertio etiam capitur pro mercede rei locatę.l. ędem.C.locat.l.j.ff.de migrand. cum infinitis ſimilibus. Quarto ſumitur pro ſolutione ſortis & vſurarum.glo.in.l.quæſitū. ff.de pigno. & generaliter comprehendit quamlibet annuam ſolutionem, ſiue ſoluatur ex re prophana.l.ſed addes.§.j. & §.ſi dominus. &.§.ſi quis.cum multis.ll.ſequē. 93 Quot modis capiatur pēſio.

ff.locat.

94 ¶ Et ita intelligitur ordinatio regia ſita in rub.des baillifz.art.36.vbi rex ꝓhibet prę ſidentibus, conſiliarijs, ſeneſchallis, & ſuis balliuis, ne penſiones recipiant a prælatis, nec ab aliquibus dñis ſecularib9 ſub pœnis ibidē cõſtitutis, ſiue ſoluāt ex re eccleſiaſtica, vtpote ex beneficio.c. ad audientiam.2. de reſcript.c.quamuis.in.1.de præbē.in. vj. & probatur iuribus in ſequentibus allegatis. & hoc no.Soci.cõſilio.50.ſubtiliter.col.1.in.4.volu. hic intendo loqui de penſione tangente beneficia eccleſiaſtica.

Ordinatio regia declarat de pēſionarijs

95 ¶ Secunda concluſio. Penſio eſt certa portio, ex aliqua menſa, vel beneficio, ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparata. Et iſta diffinitio concernit penſionem quatenus eſt cõmodum temporale tantum, non quatenus eſt titulus beneficialis, ſecundum Card.& Imol.ī cle.1.de ſupplē.negli.ꝓlat.

Quid ſit penſio.

96 ¶ Hæc diffinitio non placet, tum quia non cõprehendit ſingula membra diffiniti, tum etiam quia alijs a diffinito conuenit, & ſic non valet, vulgata.l.1.§.dolum.ff.de dolo. Primo eſt quædam pēſio quæ perpetuo conſtituitur vicario perpetuo, vel alteri. ¶ Item aliquãdo certa portio ſeparatur ex beneficio, & tamen non eſt pēſio, ſed eſt beneficiū, vtpote quando ex vno bñficio fiūt duo, ex vna præbēda duę, qđ ex cauſa, quatuor cõcurrētibus, fieri poſſe tradit Panor. & alij per illum tex.in.c.vacante.de pręb. Petr.Anchara.cõſilio.114.etiā poteſt portio ſeparari pro reparationibus eccleſiarū. c.conceſſo.& .c.ſequent.12. q.2. & tamen non erit penſio, prout hic capitur.

Reprobat diffinitio, & noua datur.

97 ¶ Ideo ſic diffinirem, penſio eſt certa portio ex fructibus ſeu redditibus beneficij ad tempus vel in perpetuū legitime cõſtituta.

98 ¶ Primo dico certa portio, quia aliquibus vicarijs datur certa penſio, & determinata quantitas vini, & frumenti, & tunc qui habebit illam vicariam, habebit illam penſionem, quæ non poteſt augeri, ſed imputandum eſt illi qui eam acceptauit ceu beneficium. cap. ſi tibi conceſſo. de præbend. Auriol. in additio. ad de monte lauduno. in cap.ſuper eo. de præbend. in. vj. niſi eſſet tam modica, ex qua non poſſet vicarius viuere, & iura epiſcopalia ſoluere, quia tunc augebitur.cap.præſenti. de offi.ordina.in.vj.not.in cap. de monachis.de præbend. Alij vero vicarij nullam certam, nec determinatam portionem habēt: ſed dum ad vicariam præſentantur, aſſignatur eiſdem certa & congrua portio pro perſonæ dignitate, & qualitate. & hoc probatur in dicto cap.de monachis. & in cap.extirpandæ. in.§. qui vero.per Panor.de præbend. & cap.1.illo tit.in.vj.& hęc augeri poteſt, vt infra dicetur.

¶ Item dixi ex fructibus, quia quędam penſio conſiſtit in fructibus beneficij, quędam in pecunia.cap.niſi.de præbend. 99

¶ Poſtea dixi, ſeu redditibus, cuius appellatione omnes prouentus continentur, vt no.doct. in clemen. vna de exceſſ. prælat. & cap. paſtoralis. de decimis. & differentiam inter redditus & fructus tradit glo. & doct.in ca.generali.de elect.in.vj. Specu.in titu.de locat.§.1.verſi. illud.Conrad. in tracta.de contractibus.q.72. cum ſequē. alia verba declarantur in ſequentibus.

¶ Penſio dicitur a pēdeo pendes, quia pendet a beneficio, a quo detrahitur, ſicut vſuſfructus a proprietate. ca. quicunque.& ſequen.12.q.3.cap.fina.16. q.1.c.fina. de pigno.cap.ſignificauit.de cenſib. Cardin. & Imol.in clemen.1.de ſupplen.negli.præla. 100

Pēſio vnde dicatur.

¶ Tertia concluſio. Duplex eſt penſio, licita, & illicita. Licita, quæ a iure approbata eſt, & quæ eſt legitime impoſita, vt in diffintione dicitur.& quædam eſt perpetua, alia temporalis, vt ſupra declaraui, & infra etiam plenius. Illicita eſt quæ a iure improbata eſt, in dicta clemen. 1. de ſupplen. negli.prælat.& in cap.prohibemus. de cenſib.& infra fuſius declarabitur, vtpote quia deputatur ei qui non eſt beneficij capax.c. extirpandæ.in fine.de præbend. 101

Duplex eſt penſio.

¶ Quarta concluſio. Penſionem poteſt cõſtituere Roma.pontifex, no.doct.in dicto 102

Quis poſſit penſionem conſtituere.

cap.ad audiẽtiam.2.de reſcrip. quia in be-
neficijs plenã habet poteſtatem.c.2.de p̃b.
lib.6.cle.j.vt lite pendẽ.dixi in tracta.noia-
tio.q.21.principali,nu.54.& ſeq.

103 ¶Itẽ legatus,archiepiſcopus,epiſcop⁹:ſed
nõ alius inferior.Panor.in.c.conquerente.
col.j.de cleri.non.reſidẽt.Petr.Ancha.con-
ſilio.279. quæſtio proponitur. vbi dicit q̃
epiſcopus poteſt prouidere quod ſeni &
debili conſtituatur penſio,ex qua poſſit vi-
uere.Ratio eſt,quia quãdo aliquid permit
titur a iure,& Roma. pontifex non reſer-
uat ſibi facultatem,poteſt epiſcopus hoc fa
cere. cap. nuper. de ſententia excommuni.
glo.in cap.poſtulaſtis.de cleric.excommu-
ni.miniſtr.glo.in.c.penul.de pœnis.in.vj.

104 ¶Intellige per viam quantitatis, ſecus per
viam quotæ,vt tertiam:quia eſſet diuidere
beneficium,quod eſt prohibitum.c. maio-
ribus.de præbend.Ioannes de Ana.in.c.au-
diuimus. de colluſio.detegend.d.de Petru-
cia in.l.prima, in ſexto remedio finienda-
rum litium.ff.de iureiur.De inferiore patet
quia quando aliquid permittitur ex cauſa
contra iuris cõis diſpoſitionem, non com-
petit inferiori, niſi exprimatur. Panorm̃.
& alij in cap.at ſi clerici.§. de adulteris. de
iud.in.c.2.de eo qui fur.ord.recepit.c.quę-
ſitum.de rerum permuta.

105 ¶Eſt tamen differentia, quia quando im-
ponitur ab epiſcopo, nõ poteſt fieri aliqua
conuentio de penſione inter partes:& ſi fi-
at, ſimonia eſt.cap.niſi.ibi,non quidem ex
pactione partium,de præbend.quia benefi
cia debent reſignari pure,& libere.glo. in
c.ex parte.in.1.de off.deleg.Panor.in.c.nõ
ſatis. per illũ tex.de ſimo. Secus ſi reſigna-
tio fiat corã papa. glo.in.c.cũ pridẽ. de pa-
ctis.in.c.ordinationes.1.q.1.Decius conſil.
141.ad plura.& cõſil.436.viſa inſtructiõe.
colum. 2. cum talis conuentio in hoc caſu
ſit prohibita ex conſtitutione eccleſiæ, &
non de iure diuino, ideo papa poteſt diſpẽ
ſare.Feli.in dicto cap. ad audientiam. col.
2.& ſequent. Hodie extra papam vix con-
ſtituitur penſio in hoc regno,& eſt tutius,
propter conuentiones partium.

¶Quinta concluſio. Sine cauſa non po- 106
Sine cauſa nõ poteſt cõſtitui penſio.
teſt conſtitui penſio.Panorm̃. & alij in di
cto cap.vacante.de præbend. & cap. ſigni-
ficauit.de cenſib.

¶Ratio eſt, quia ſicut in alienatione rerũ 107
eccleſię requiritur cauſa,alioqui non valet,
etiam ſi ſolennitas interuenerit. cap. ſine
exceptione.12.q.2.& ibi plene dixi.glo.in
cap.1.in glo.penult.& ibi Panor.de in inte
gr.reſti.Soci. conſilio.29.viſo quodam in-
ſtrumento. colum.j. & ſequent.in.1. volu.
ſic & in hac penſione. & de hac conſtare
debet cauſa: nec ſufficeret aſſertio epiſcopi
aſſerentis cauſam interueniſſe.Panorm̃. in
cap. diuerſis fallacijs. de cleri. coniug.col.
2.cap.1.& ibi glo.2.& Barba.de rebus ec-
cle.non alienand. vbi alienatio non poteſt
ſine cauſa fieri.ſed hæc eſt alienatio, vt ſup̃
dixi.ergo.&c.Oldra.conſil.226.quidã ep̃s.

¶Cauſas quę debẽt interuenire,ponit glo. 108
Cauſæ imponẽdi pẽſionem.
in ſumma.12.q.2.videlicet propter neceſ-
ſitatem,vt pro ſoluendis debitis imponi po
terit.c.ſi propter.de reſcri.in.6.propter vti
litatem,vt quia eccleſiæ ſeruitium præſta-
bat.c.per tuas.de donat.Petrus Ancha.cõ-
ſil.279.quæſt. & pro bono pacis.c.niſi.de
præb.& p̃pter pietatẽ,vt quia debilis, vel
ſenex.Decius.d.conſi.436.viſa inſtructio-
ne.col.2.¶Et illi quibus aſſignatur penſio 109
ratione ſenij,vel infirmitatis,ſuper benefi-
cijs curatis vel dignitatibus, ſunt inhabiles
ad ſimilia beneficia, niſi tẽpore aſſignatio-
nis huiuſmodi ius habuerit in illis,& ſi re-
ceperint,& per menſem alia beneficia obti
nuerint,ceſſat penſio,vt dicitur in Prouin-
ciali.fol.63.verſi. illi quibus. vbi allegatur
extra.Nicola.quinti,quæ incipit,ad futurã
rei memoriam &c.quam non habemus.Et
debet commenſurari penſio cauſæ, vt non
excedat.tex.in.c.relatum.in.2.ibi,iuxta ſer
uitij meritum conferantur.de teſta.not.A-
lex.& Iaſ.in.l.ſi donatione.C.de collat.So
ci.d.cõſil.29.in.1.volu.

¶In Romano põtifice non requiritur cau- 110
Cauſa nõ requiritur in papa.
ſa,vt tenet Feli.& communiter omnes do-

ctores in dicto cap.ad audientiam. & De-
cius cōſil.141.&.436.quia in his quæ ſunt
iuris poſitiui,in eo ſufficit pro ratione vo-
luntas, & maxime in beneficialibus.glo.in
c.ſi gratioſe.de reſcrip.in.vj. & ibi Domi.
quod intellige per ea quæ tradit Hippol.
in ſing.6.in principe.& ſing.9.p̄ſumendū.
℄ Sexta concluſio. Poteſt patronus in fun-
111 Patronus reſeruat ſibi peſionē — datione beneficij ſibi reſeruare penſionem,
vel aliud onus imponere, videlicet quod
præſentandus debeat eſſe ſacerdos,vel con-
ſanguineus,ſi reperiatur.ca. cum dilectus.
vbi Panor. notab.5.de conſuetu.& ex hoc
epiſcopi vel alterius ſuperioris conſenſu,a-
lioqui ſecus.ca.j.c.quanto.de cenſib. & ibi
Panor.cap. nobis. de iure patro. Roch. de
curte in tract.de iure patro.in verb. pro eo
quod.q.12.& ſequē.c.Eleutherius.18.q.2.
glo .in .c.generali.de elect. in.6. Intellige
quando fructus ſunt abundantes , & ſuffi-
cientes clerico,alioqui ſecus. Panor.in cap.
1.de cenſib.Et an ſicut prohibentur augeri.
c.prohibemus.de cenſib.ita & diminui,vi-
de Imol.in.c.cum clerici. in fi. de tranſact.
112 ℄ Et clerico poteſt certa penſio conſtitui,
duratura donec ſibi de beneficio fuerit pro-
uiſum.Hoſti.in.c.cum eſſent.de ſimo.& pa
pa pluries hoc facit,ac epiſcopi,vt tenet Bo
nifacius in clemen.1.colum. penul.de reb.
eccleſiæ non alienand.
113 ℄ Septima concluſio. Pēſiones in fraudem
pēſiones in fraudē impoſitæ nō valent — iurium conſtitutę non valent.tex.in.c.ex-
tirpandæ.§.qui vero.in fi.de præben. Feli.
poſt glo.Panor.& Imol.in.d.c.ad audien-
tiam.in.2.de reſcript. vt ſi epiſcopus con-
fert beneficium curatū alicui retenta pen-
ſione nepoti,qui ratione ætatis non poteſt
curatū beneficium habere.c.audiuimus.de
collu.detegen.c.niſi.de præb.&.c.conque-
rente.de cleri.non reſident.Decius cōſilio
141.ad plura.Card.in cle.j.§.1.q.3.&.x.de
ſupplen.negli.prælat. Dominus Boer.in
Ep̄s pēſionē ſuo nepoti an reſeruare poſſit. — addit.ad Dy.in regula.j.in verbo, adde q̄
iſta.de reg.iur.lib.6.Et præſumitur impo-
ſita per fraudē, niſi de cauſa appareat.An-
chara.& Card.in.d.§.qui vero.facit quod
dicit Bar.in repet.l.omnes. in.3.q. princi.
in princi.ff.de iuſti.& iure.intellige in epi-
ſcopo,ſecus in papa,vt ſupra dixi.c.ad au-
dientiam.1.de eccle.ædificand.
℄ Octaua cōcluſio. In literis beneficialibus 114 Penſio an veniat appellatione beneficij.
appellatione beneficij non venit penſio. c.
quanuis.de præben.lib.6. & quia ponūtur
tanq̄ diuerſa,in.d.c. ad audientiā. & quia
ſunt diuerſa nomina.l.ſi ijdem codicilli.C.
de codicill.Niſi dicatur de alio quocunq;
bn̄ficio.glo.in verb.quocūq;.cle.2.de vita
& honeſt.cleri. Feli.in.c.poſtulaſti.col.11.
verſi.quarta declaratio.de reſcript.& cap.
de quarta.col.5.numero.15. de præſcrip.
℄ Nona concluſio. De pēſione quę finitur 115 Penſio an ſit exprimenda.
cum perſona non eſt faciēda mētio in be-
neficij impetratione.ſecus ſi tranſferretur
de perſona in perſonam . Aufre.in deciſ.
capel.toloſa.q.472.an de penſione.Nico-
la.de milis i verb.gratiæ.q.17.glo.in ver-
bo beneficiorū.in.§.item q̄ vniuerſitates.
de colla.in prag. Niſi ratione primarū li-
terarū habuiſſet,quia tunc ſecundas impe-
trando,tenetur de penſione facere mētio-
nem.c.ad audientiā.in.2.de reſcrip.Feli.ī
ca.poſtulaſti. col.10.cum ſequent.verſ.&
ſuper iſtis.numero. 7.in fi. illo titu. vide
Calder.cōſi.6.an ſi ep̄s.de prębē.& Card.
in clemen.vl.q.9.& ſequen.de offic.ordi.
hodie cum quęlibet penſio ſuccedat loco
bn̄ficij,quia datur ad vitā recipientis,ideo
impetrans debet de ea facere mentionem.
glo.in regula.61.in fine. in regula cancell.
& iſtud eſt tutius,ne quis impetrando be-
neficium,impetret & lites.
℄ Decima cōcluſio. Penſio talis poteſt cō- 116 Quæ penſio poſſit conſtitui.
ſtitui habenti beneficium,vt tantum ei re-
maneat,quod poſſit viuere,iura epiſcopa-
lia ſoluere, & alia onera ſupportare.c.va-
cāte.& cap.cum cauſam. & ibi Panor.&
alij de præbend.cap.1. & ibi doct.de cen-
ſib.Henri.Boic in cap. prohibemus. colū.
2.illo titu. Feli.in dict. cap. ad audientiā.
in.2.arg.c.de monachis.de pręb.c.qm̄. de
vita & honeſta.cleric.licet in extrauag.1.
de elect.in extraua.Iohā.22.ſint taxatę vſ-

que ad dimidiā partem fructuū, tamen poſ
ſet altera pars eſſe ita tenuis, vt nō ſufficere
ret pro clerico titulato. ideo quotidie refor
mantur per ſenatum. vſq; ad tertiam partē
de conſuetudine recipiuntur in Francia, &
non vltra, etiam ſi fuerit a papa impoſita.
117 ℭ Vndecima concluſio. Non poteſt epiſco
Collator ſibi nō pōt reſeruare pēſionem alias eſt exſōieat⁹
pus, aut alius collator, ſibi reſeruare aliquā
penſionem, ab initio conferendo beneficiū
alicui, quia ſine diminutione debet cōferre.
c. 1. vt eccleſia. benefi. ſine diminutio. confe
ran. Nec aliud onus imponere: & ſi impo
nant, ſimoniam committunt. c. non ſatis.
de ſimo. & ſunt pluri imponētes, in prag.
in titu. de elect. c. 1. §. ad locum vero. & excō
municati. extra. cum deteſtabile. de ſimo.
in cōmunibus. quod eſt valde durum prela
tis, ſeruandū tamen, arg. l. proſpexit. ff. qui
& a quibus. Sunt quidam qui in beneficijs
contrahunt, ſicut in rebus prophanis: ſed
neſciunt quid faciunt, ſcient enim poſtea,
ſcilicet in morte, & in die terribilis iudicij.
118 ℭ Ideo ſi canonici conueniant inuicem, des
No. cōtra canonicos
mihi tuum ſuffragium ſeu votū pro meo
nepote in iſta præbenda, & ego dabo in
prima vacatura meū pro tuo: eſt ſimonia,
quia omnis conuentio in ſpiritualibus ceſ
ſare debet. c. quàm pio. 1. q. 2. Idem ſi quiſ
quam dicat, nunquam me viuo fiet talis ca
nonicus, niſi iſte pro quo rogaui, fiat. teſte
Iohan. de ſelua in tract. de benefi. in. 1. par
te. q. 7. numero. 64. & multi reperiūtur ta
les, vt docet experientia.
119 ℭ Nec etiam in hoc regno ſummus ponti
Papa eccleſias regni non reddit tributarias.
fex poteſt præſertim in archiepiſcopatibus
& alijs dignitatibus imponere pēſionem,
& eccleſias regni tributarias reddere ſine
regis conſenſu. imo rex ſua ordinatione ſan
ciuit omnes penſiones & cætera onera ec
cleſijs regni impoſita, in fauorem cardina
lium vel aliorum ad manum ſuam poni,
& de illis, & eccleſiarū fructibus eccleſias
reparari, clericiſq; de victu ſufficienti pro
uideri, vt hoſpitalitatem, & alia onera per
ſoluere poſſint. habetur in ſtilo parlamen
ti in. 7. parte rub. de reparatio. eccleſi. & in
rub. de tallijs & exactio. ordina. 5. & . 13. la
te Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo
ſi abſq;. in. 2. nu. 30. cū ſequē. in ſubſtitutio.
fideicō. de teſta. Gagui. fol. 183. glo. in titu.
de annatis. in verbo exigat. in prag. ℭ An 120
penſionarius decimas & alia onera ſolue
re teneatur, φ non, ſi pecuniam recipiat: ſe
cus ſi fructus, tunc pro rata ſoluet. Inno. in
c. a nobis. de decimis. glo. tamen in cle. 2. de
decim. tenet indiſtincte penſionariū pro ra
ta teneri, vide ibidem.
ℭ Duodecima cōcluſio. Quando penſio ab 121
Reformatio pēſionis qñ peti poſſit.
initio nō fuit recte conſtituta, vt quia ſolē
nitas vel cauſa nō interuenit, tūc reforma
tio poteſt peti, per quā pronūciabitur nul
la conſtitutio, nō ſolū in parte, ſed in toto.
ℭ Vel ſi Roma. pontif. bullas retinuerit, 122
donec quis penſioni conſenſerit. nā iuſtus
metus eſt retinere inſtrumēta. l. iſti quidē.
ff. quod met. cauſa. Benedict. vbi ſupra nu.
36. Si vero ſolennitas interuenerit, ſed ex
ceſſiue fuit impoſita, tunc petetur reſcindi
penſionis conſtitutio, & ad quantitatē iure
permiſſam reduci, non aūt quòd in totum
reſcindatur. glo. in. c. j. de ī integ. reſti. & ibi
Panor. & Imol. & glo. in. c. penul. de reb⁹
eccleſię nō alienand. facit. l. 2. C. de reſcind.
vend. Roma. conſil. 369. col. 2. incipiente
circa primū. & no. in. c. pręterea. de iure pa
tro. & in Prouinciali omniū eccle. fol. 63.
verſi. pēſio īmoderatą. ℭ Quādo vero poſt 123
cōſtitutionē reperitur iniuſta, quia cleric⁹
nō poteſt viuere, poteſt fieri reductio ad
iuſtā quātitatē. c. ſuggeſtū. de deci. vbi qñ
priuilegiū incipit eſſe dānoſum, poteſt re
uocari, & ad debitū ſtatū reduci. no. in. c.
phibemus. & in. c. quanto. de cenſi. l. non
mod⁹. C. de ſeruit. & aqua. & . l. p̄ſes. illo ti.
vbi Bal. dicit φ licet pr̄ teneat alere filiū,
ſi tñ bona ſint tm̄ diminuta, φ ſolū ſibi ſuf
ficiāt, nō tenebit alere illū. Panor. ī. c. p̄ter
ea. in vl. notab. de iu. patro. nec p̄iudicaret
illi poſſeſſio cōtinuata ſoluēdi, nec poſſet
ītētare remediū poſſeſſoriū ille cui eſt ſo
luta obſtāte decreto prag. ſanctionis de an
na. rota deciſio. 16. i nouis. 124

Penſio nō poſſit p̄ mutari vel ſequeſtrari. ℂDecimatertia cōcluſio. Pēſio nō pōt per mutari cū bñficio eccleſiaſtico, qa nō ē titulꝰ eccleſiaſticꝰ. Imo.ī cl.j.& ibi Card.q.9. col.3.de ſup.negli.p̄la.Cardi.in cle.vna.q. 4. de rerū pmut.& in cle.vna.§.eadē.q.9. de ſupplen.negligen.pręla.not.in.c.quæſitū. per illumtex.de rerum permuta.

125 ℂDecimaquarta concluſio. Penſio nō poteſt ſequeſtrari. Albe. in authē.ſed iam cautū.C.depoſi.ſed cōtrariū ſeruatᷣ in practica

126 ℂDecimaquinta concluſio, Pēſio debetur ſtatim atq; fuit conſtituta, etiam ſi literæ non fuerint præſentatæ per duos vel tres annos.l.ſi quis domum.§.fi.ibi,pro rata tēporis quo fruitus eſt, penſionē præſtet. ff. locat. Prouincia.fol.35.l.nec ſemel.ff.quādo dies leg.ced. Ante literarū p̄ſentationem an penſio debeatur.

ℂNec refragatur clauſula in literis appoſita, poſtq̄ tibi prædictæ literæ præſentatæ fuerint, quia non ſuſpēdit obligationē, ſed ſolutionem, & exactionem, ſicut in illo qui promittit mihi nunc ſuper tali fundo decē menſtrua, quæ non intendit ſoluere donec merces ſuas vendiderit, vel poſtq̄ creditor præſentauerit ei literas ſalui cōductus.l. ex his verbis.C.quando dies leg.cedit. Et quia recipis fructꝰ beneficij quod reſignaui, ideo teneris, arg.l.curabit.C.de actio.empt. Itē hæc dies fuit appoſita gratia penſionarij, ideo debetur.l.ſi ita.2.§.Pegaſus.ff.de leg. 2. Fallit quando in literis eſſet appoſitū tēpus, vt cōmuniter fit, vt infra dicā. Hodie ante præſentationē nolunt ſoluere, & vix poſt, ita quod raro repetitur indebitū, cum vix ſoluant debitū, dicit Sali.in.l.j.C.de cō dict. indeb.& practicatᷣ, quod nō teneatur niſi bullis expeditis, & ſibi intimatis. glo. in.d.regula.25.in fi.niſi aliter ſit cōuentū, & a papa approbatū, vt infra dicitur.

127 ℂDecimaſexta cōcluſio. In hoc regno debitor penſionis non poteſt ad ſoluendū cōpelli per alium, q̄ per ſuum ordinarium, vtpote epiſcopum, aut alium.tex.in titu.de anna.in §.itēq; ratiōe.in prag.ſanctio.et ſi fieret coactio per aliū executorē in literis datum, non valeret proceſſus, nec excōmunicatio propter iuriſdictionis & poteſtatis defectum, & ſolet appellari a notorio abuſu ad ſenatū, qui ſolet illum abuſum reformare. Benedict. in repet.c. Raynutius.in verbo ſi abſq;.in.2. de fideicō. ſubſtitutio. numero. 39. de teſta. & quotidie vidi reformari. Is qui debet pēſionem, quō poſſit cōpelli.

ℂDecimaſeptima cōcluſio, Penſio in principio cuiuſlibet anni dicitur debita.arg.tex. in.l.ſi ſeruus cōmunis Titij.§.fi.ff.de ſtipu. ſeruo. vbi Bar.per illū tex. tradit q; quādo obligatio eſt i plures ānos multiplicatiua, in principio anni dicitur cedere dies. Iaſ. in.l.qui hoc anno.in fi.ff.de verb.oblig. Et ſic in principio anni debet fieri ſolutio, arg. l.nec ſemel. In prin.ff.quādo dies lega.ced. Bal.& Salice.in.l.ædem.C.locati. 128 Pēſio qn̄ debeatur.

ℂFallit qn̄ perciperetur ex fructibus, quia tūc fructibꝰ perceptis debet ſolui.l.firmio. §.pater.ff.qn̄ dies leg.ced. Bar.in.l.ſi legatarius.§.fina.per illū tex.de leg.3. Iaſ.in.l.j. in princ.col.3.de iuſt.& iure. vel ſi deberetᷣ propter operas, quia tūc in fine.d.§.ſeruus. Bal.in.d.c.ad audientiā. Niſi cōuentio vel cōſuetudo aliud diſponat.l.j.§.ſi cōueniat. ff.depoſit.l. ſemper in ſtipulationibus. de reg.iur. ſicut cōmuniter fit in reſeruationibus pēſionū, in quibus Roma.pōtifex ſecūdū conuentionē partiū ſolet apponere terminū, videlicet dimidiā partē in feſto beati Ioānis, alterā in feſto natiuitatis. & ſi dictus talis in huiuſmodi termino, vel ſaltem intra octo dies, ſingulos terminos ipſos immediate ſequentes penſionē ipſam nō perſoluerit, eo ipſo ſententiā excōmunicationis incurrat, quodq; ab ipſa ſententia abſolui nequeat, donec tibi de penſione huiuſmodi tibi debita fuerit integre ſatiſfactum. & ſi per annū penſionem eandem ſoluere prętermiſerit, ſit eo ipſo eccleſia priuatus, ipſaq; eccleſia ex tunc ad te pertineat, liceatq; poſſeſſionē ipſius auctoritate propria recipere, & perpetuo retinere, &c. quæ nō ſeruarentur in Frācia, vt dixi in rub. de reſeruatio.ſupra. 129

ℂItem moriente penſionario poſt princi- 130

plum anni,cum penſio ſit debita,ad hære- des träſit integre pro illo anno.l.filię meę. ff.de annuis leg.l.poſt duos.C.de aduocat. diuerſ.iud.Calder. in conſilio.2. de pecul. clerico.Bar.in.l.j.§.diuꝰ.ff.de varijs & ex- traordina.cognit. limitat quãdo deberetur reſpectu ſeruitij,quia tunc tantũ pro rata ſeruitij deberetur.l.diuortio.ff. ſolu.matri. doct.in.l.diẽ functo.de offi. aſſeſſo.Aurio- lus in addi.ad de monte Lauduno in.c.pręſenti.de offi.ordina.

131 ¶Et hęc penſio poteſt ſolui procuratori generali,etiã non haben- ti liberam adminiſtrationẽ.Inno.& Card. in.c.quod quibuſdã.de fideiuſſ.tamen non poterit alienare,argu.l.procurator totorũ. ff.de procurat.&.l.ſancimus.&.l.conſtitu tionem.C.de adminiſt.tutor.

132 Pẽſio eſt q̃d mere tẽporale, ideo vẽdi poteſt.

¶Decimaoctaua cõcluſio. Penſio eſt quid mere temporale.c.præterea.1.&.2.de trãſ act.& ibi doct.glo.in titu.de collar.§.item quod vniuerſitates.in verb.beneficiorũ.in prag.ſanctio.Panor.&alij.d.c.ad audiẽtiã. Ex quo infertur quod non poteſt cum be- neficio permutari,vt ſupra dixi.

133 ¶Secũdo q̃ laico poteſt aſſignari.c. poſſeſſiones.16. q.j.Domi.in.c.quamuis.in.1.in fi. princip. de præben.lib.6.vbi dicit non teneri pen- ſionariũ ad reſidentiam,nec ad officium.

134 ¶Item poterit vendi,vel pro alia re tẽpo- rali remitti, ſicut prædia eccleſiaſtica. glo. & doct.in.c.ſup eo. &.c.ſtatuimꝰ.de trãſ actio.

135 ¶Tamẽ quia facile poteſt quis indu- ci ad delinquẽdũ per vẽditionẽ. arg.c. per- uenit.de arbitr.&.l.conuenire.ff.de pactis dotal.ideo debet quis cauere ne hoc faciat. & etiam iſta penſio non poſſet cõſtitui lai- co ex beneficio eccleſiaſtico ab alio q̃ a pa- pa,vt ſupra dictum extitit.Item in penſio- nibus & cõmẽdis quis nõ examinatur,nec datur forma dignũ,quia examen & forma dignum &c. habent locum quando bene- ficium confertur in titulum.Prouinciale o- mnium eccle.fol.63.verſi.nota.

136 Litigãs an pẽſionem ſoluat.

¶Decimanona concluſio. Pẽſionem tene- tur ſoluere poſſidens beneficium, etiam ſi litiget ſuper eo.Blaſius Auriolus in addit. ad de monte Lauduno in.c. quãuis. in.1.de præbend.in.vj.per tex.in.l. ſi in fraudem. C.de leg.vbi hæres tenetur ſoluere legata, licet ſibi moueatur controuerſia ſuper hæ- reditate.l.fina.C.de peti.hæred. quia pen- ſio imponitur ſuper fructibus. ideo qui re- cipit fructus, tenetur ad eam ſoluendam. intellige quando recipiebat fructus durãte lite, alioqui contra.

¶Vigeſima cõcluſio. Etiam bullis non le- uatis tenetur ſoluere penſionem, is qui ita conuenit.Boer.in tract.de dignit.leg.in fi. quia renunciari poteſt regulæ apoſtolicæ, & priuilegio in fauorem ſuũ introducto. l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſcopis & cleri. Et iſta ſunt quæ frequentius in mate- ria penſionis vſu veniũt,ideo ea duxi per- ſtringenda.Alia multa ponerem, quæ poſ- ſent aſcendere ad iuſtum volumen, ſed ex- tra oleas.& poſtquam hæc dictauerã, in- ueni tract.de penſio.Io.Bapti. Caccialupi in quo triginta quæſtiones deciduntur. ibi vide ſi lubet,quia ſi prius vidiſſem, hæc nõ ſcripſiſſem. 137

Bullis nõ leuatis an q̃s teneat pẽſionem ſoluere.

¶Decimonono amplia etiam ſi de nouo impetraret,quia illa noua impetratio poſt triennium eſt nulla,per tex.in verb.impe- trati. in pragma.licet in tex.concorda. ha- beatur,ratione iuris nouiter reperti.& idẽ poteſt eſſe ſenſus. Vel poteſt intelligi, ſi- cut tranſactio bona fide facta, non reſcin- ditur prætextu inſtrumenti poſt reperti. l.ſub prætextu.C. de tranſactio. nec iura- mentum voluntarium.l. admonendi.in fi. ff. de iureiurand. l. j. C. illo titul. Sic nec reſcindetur triennalis poſſeſſio , etiam ſi iſte inuenerit impetrationem prius factã, & antiquiorem, quam ſi ante triennium completum in iudicium deduxiſſet, obti- nuiſſet. capit.eam te. de reſcript.& vterq; intellectus poteſt ſuſtineri.vltimus melius conuenit tex. concordatorum. 138

Noua impetratio poſt trien nium nõ prodeſt.

¶Vigeſimo procedit etiã ſi ſecularis poſ- ſediſſet triennio beneficiũ regulare, vel cõ- tra ſine diſpenſatione,per tex.in.c.cũ de be- neficio.de præb. in.6. vbi natura beneficij 139

De regulari q̃ poſſedit benificiũ ſecularem, vel econtrario.

poteſt præſcribi, vide licet vt ſeculare fiat regulare, vel econuerſo. facit quod dicit Feli. in.c.in noſtra.col.vlti.de reſcript. vbi ſi regularis habens beneficium ſeculare ſpolietur, licet ſit inhabilis reſpectu tituli, poterit tamen intentare remediū poſſeſſoriū reſtituēdæ, & per conſequens facit fructus ſuos, cum poſſit præſcribere, vt.d.c.cum de beneficio. nec poteſt negari quin iſte habeat titulum ſaltem coloratum, ergo procedet hoc decretum, quod excipit tātū violentum, ergo in alijs firmat regulam. glo. & doct.in.l.j.ff.de reg.iur.per tex.in.§.vt autem.in authen.de non alienād.reb.eccl. col.2. Non obſtat.d.c.cū de beneficio. quia dicit non eſſe ſolitum regi per regulares vel cōtra, niſi fuerit ſic poſſeſſum per quadraginta annos. ſed de poſſidente non dicit an ſit moleſtandus, & etiam quia iſta regula eſt noua, & ita dixi ibidē, videlicet quod hæc triennalis poſſeſſio non alterat naturā beneficij, ſed confirmat titulū coloratum, & ſic poſt mortē illius ſecularis nō debebitur ſecularibus, ſi non fuerit per quadragita annos poſſeſſum, licet poſt tres annos non potuiſſet poſſidens moleſtari.

140 De optione hic. multa. ¶ Vigeſimoprimo procedit iſte tex. vt qs non poſſit poſt trienniū moleſtari, etiā ſi ſine noua collatione vigore conſuetudinis optaſſet beneficium, quod poſtea per triennium poſſedit, iuxta tex.in.c.fin.de cōſue. in.6. vbi dicit Io.And. & alij, quod ille qui optat vigore conſuetudinis ſine noua collatione vel titulo, dimittit antiquā præbendam, & optatā recipit, vt ſit in præbenda ſicut in domo. antiquior enim cui ius optandi domū competit, ſine noua collatione antiqua domo egreditur, & optatā ingreditur. ſic eſt in præbenda. & pro hoc facit tex.in.l.fiſtulas.§.j.ff.de contrahen. emp. Barb.cōſi.60. pręclare.col.penul.in.4.vo.

141 Cōcluſio, ius in beneficijs propria auctoritate quærimus. ¶ Et eſt caſus in quo ius in beneficijs propria auctoritate quęrere poſſumus. Et ſic ſuſtinui concluſionem hanc, quæ etiā probatur in.c.ſi tibi abſenti.de prębend.lib.6. &.c.ſi pluribus.illo titu. &.c.licet epiſcopus. ibidem. & in extrauag. execrabilis. §.ſtatuimus.de præbend. in extrauag. Io. 22.&.ç.referente.illo titu. &.c.gratia.de reſcrip.in.6. quæ iura ſcienti inducere probant.

¶ Nec obſtat ꝙ beneficium nō poteſt obtineri ſine canonica inſtitutiōe.reg.j.de reg. iur.in.6.c.3.de inſti. Reſpoñ. his caſibus canonicam poſſe dici inſtitutionem, cum iure canonico confirmetur. & illud canonicum dicitur, quod ſecundum ius canonicū factum eſt, vel approbatum.c. cauſam. in fi.de reſcrip.c.cum olim.de dolo.c.j.de filijs preſbyter.in.6. ſic dicitur legitimum, quod aliqua lege firmatur.l.legitima.ff.de pact. vel ibi prohibetur acquiri beneficiū, ſed non ius ad illud, & ſic dixi in cōcluſione, ius i beneficijs ꝓpria auctoritate quærere poſſum⁹. Nota prædicta, quia vident mirabilia. ſed non poſſe facilius tuebitur dicit altera concluſio, quas hic pro virili tutatus ſum in ſecunda repetitione. 142 Canonica inſtitutio qñ dicatur.

¶ Vigeſimoſecundo procedit, vt non debeat moleſtari, licet non poſſederit nunc niſi vnū annum beneficium, ad quod reuerſus fuerat, iuxta.c.ſi beneficia.de præb.i.6. quod ante poſſederat triennio vel biēnio: quia poſtquam libere poteſt reuerti ad ſuū beneficium, ergo non habito aliquo detrimento, vt dicit ibi tex. ne talis ignorantia eis, cū ſint ſine culpa, pręiudicialis exiſtat: & ſine noua collatione, quia non videtur dimiſiſſe, qui ad id ſtati redit.l. quicquid. de reg.iur.ff. & iſta opinio eſt valde ęqua, quam videtur tenere Collecta.in.c.relatū. col.2.de cleric.non reſident. dicens quod is qui vult redire ad ſuum primum, poteſt, nec poterit ſibi referri quæſtio, quòd non habeat ius in eo. cōtraria tñ opinio de ſtricto iure forte videtur verior p tex.in.l. deniꝗ.ff. ex quib.cauſ.maio. vbi poſſeſſio ſemel dimiſſa nō reſtituit niſi appreheda tur, & ideo erit neceſſe de nouo poſſidere per trienniū. Nec obſtat, ꝙ non videtur dimiſiſſe, quia contrarium eſt verū, quod vere dimiſit. dic vt infra dicam in.13.limita. 143

144 ¶ Suſtinui tamen concluſionẽ hanc, quod reſignans beneficium, ad id ſine noua collatione redire non poteſt. ratio eſt, quia ꝑ reſignationem quis perdit ius ad beneficiũ quod poſtea petere non poteſt ſine noua collatione, cum beneficium non poſſit obtineri ſine collatione, vel canonica inſtitutione. regula. j. de reg. iur. in. 6. Feder. conſ. 156. punctus talis.

Concluſio Reſignãs beneficiũ ſine noua collatione ad id non poteſt redire.

145 ¶ Imo reſignans beneficium ex cauſa permutationis, quæ non habuit effectum, nõ poteſt ſecundum vnam opinionem ad ſuum beneficiũ redire ſine noua collatione. Panor. Feli. & alij in. c. cum venerabilis. de except. Ioan. de Selua in tract. de beneficio in. 3. parte quęſt. 24. quia per renũciationem dicitur beneficium vacare, per totum titu. de renuncia. Et beneficium vacãs non poteſt quis ſine noua collatione obtinere, vt dixi, & tenet. d. Probus in addi. ad Mona. in. c. vno de rerum permuta. in. vj. Item non poteſt inſtituere ſeipſum. c. fina. de inſti.

146 ¶ Tamen quando beneficium reſignatur ex cauſa permutationis, & nõ alias, ſi non admittatur illa permutatio, poterit epiſcopus dare licentiam cuilibet reuertẽdi ad ſua beneficia etiam reſignata. Rota deciſio. 101. & deciſio. 363. in antiq. & iſta eſt communis opinio teſte Soci. conſi. 168. in primis. volu. 2. Item quando quis renunciat vt conferatur tali. N. nec alias, nec alio modo, hęc verba habent vim conditionis. Bal. in authẽ. ingreſſi. col. 4. C. de ſacroſanctis eccle. Et faciunt vt nihil tunc videatur actum. glo. & ibi Bal. in. l. ſiquidem. C. de exceptio. Bal. in. §. deniq;. col. vlti. quæ fuit prima cauſ. benefi. amitten. refert Iaſ. cõſi. 162. in cauſa. col. 4. volu. 2. Bertrand. cõſil. 133. viſo proceſſu. verſ. præterea. in. 2. volu.

De clauſula poni ſolita in permutationibus beneficiorũ.

147 ¶ Nec refragatur. d. c. ſi beneficia, quia ibi non reſignauit ſuum beneficium, ſed dimiſit, vt aliud melius forte haberet. ita probat tex. ibi, & poſt prædictorum adeptionem dimiſſa. & ibi, dimiſerint beneficia. & ibi, eundem quoq; modum in dimittendo recepta, & recuperãdo dimiſſa, &c. quę dimiſſio non habet vim reſignationis, quia ex futuro apparebit euentu, non eſſe ius trãſlatum in alium. de Rota deciſio. 3. de rerum permut. Feder. conſil. 156. per id quod habetur in. c. ſi quis iam tranſlatus. 21. q. j. & c. ſi qui epiſcopi. 92. diſt. c. paſtoralis. & ſequẽ. 7. q. j. vbi quis poteſt redire ad primum beneficium, quando iure non fuit tranſlatus, quia non videtur dimiſiſſe, qui ad beneficium ſuum ſtatim redit, arg. l. diuortium. ff. de diuort. facilius quis abſq; noua collatiõe reaſſumit ius in beneficio quod prius habebat, quod nõ reſignauit, q̃ ſi nouiter acquireret, arg. c. cũ acceſſiſſent. in glo. vl. de conſtit. facit. l. filio. ff. de liber. & poſthu. vbi teſtamentum potius ſuas reaſſumit vires, quàm de nouo acquirat. l. 2. C. de poſth. hęred. inſti. De rota deciſio. 863. ſi A & B. in antiq.

Intellectus ad. c. ſi beneficia.

148 ¶ Si replicetur, nil intereſſe, ſuffragio populum voluntatem ſuam declarare, an rebus ipſis, & factis. l. de quibus. ff. de legib. pręterea tam verbis quàm factis declaratur voluntas. l. final. ff. de diuort. ibi, intelligi eum hoc ipſo nolle nuptam ſibi, quòd actionem rerum amotarum imponet, quę non ſolet niſi ex diuortio oriri &c. Ad hęc ratum haberi poteſt, non tantum verbis, ſed etiam actu. l. Paulus. ff. rem ratam habe. & ſicut poteſt pars appellare quando verbo iudicis grauatur, ita quando facto. c. ex parte M. de appellat. Imo fortior eſt appellatio, quæ ad papam facto interponitur, quàm verbo: vtpote ſi quis iter arripiat ad papam. c. dilecti. j. & c. vt debitus. de appella. & apoſtolus inquit, Cõfitentur ſe noſſe deum, factis autem negãt. & facta ſunt fortiora ad declarandum voluntatem quàm verba, quę ſępe contra mẽtem proferuntur. c. exiſtimant. 11. q. 3. & d. c. dilecti. multo enim amplius eſt, inquit iuriſconſultus, id facere, q̃ in vinculis pronũciare fuiſſe. l. ſi tamen. §. ei cui. ff. de ædilit. edict. & ſic plus erit renũciare facto quàm verbo. Archi. in. c. vno in fi. de cleri. coniugat. in. 6. & in. d. c. ſi beneficia. per. c. memi

Factis declarat voluntas.

nimus.de appell. Lucas de penna in.l.1.C. de his qui ſponte publica munera ſubeunt. lib.x.c.vno.de cler.peregrinant.& ibi glo. Reſpon̄.qui reſignat beneficium & dimittit,re & verbis dimittit,ideo plus debet operari,q̄ ipſa ſimplex dimiſſio, qa duo vincula ſunt vno potentiora.c.vno de treuga. & no.i.l.baliſta.ff.ad Treb.& ſic forte poſſent cōciliari opiniones,vt videlicet quando dimittit ſuum beneficiū ſine reſignatione, vt habeat melius, ſi ad id redeat, primum triennium proſit ei per.d.c.ſi beneficia.vbi dimiſſio non eſſe debet præiudicialis,quod alias eſſet ſecus ſi reſignaſſet,quia tunc cum ex nouo iure veniat,requiretur nouū triennium,& noua poſſeſſio,& ſic primum triennium non proderit.Cogita.

149 ¶ Probatur nouiter intelligendo tex.in.c.q̄d in dubijs.de renunc.vbi ſunt hęc verba, hi præterea,qui beneficium eccleſiaſticū ſibi collatum,ſponte in manum laicā reſignantes,illud denuo a laico ſuſceperunt, eodem ſunt beneficio ſpoliandi,licet reſignatio taliū facta laico nullam obtineat firmitatē.& ſic patet renunciationē verbalem in manibus laici factam, ſi ob illam non dimiſerit beneficium,non valere etiam quo ad pręiudicium reſignantis.hoc dicit tex.contra intellectum doctorum. Si tamen ob eam dimiſerit beneficium,& ſic tam facto quàm verbis ceſſit,valet & hoc probatur ibi, denuo ſuſceperūt.a ſimili probatur in.l.3. C. de fide inſtru.ibi, denuo. &.l. ſi vt proponis.1. C.quomodo & quando iudex. & ſic patet quod dimiſerat beneficium, per illud verbum denuo.de quo in. c. tum ex literis. de in integ.reſti.& iſte eſt nouus intellect⁹ ad cap.quod in dubijs.qui tandiu iacuit ſepultus.Nec obeſt ſi replicetur de.§.hoc ampli⁹. inſti.de rerum diuiſi.vbi dimiſſio priuat quem dominio rei ſuæ.ſed illud intelligitur,quando ea mēte rem dimittit,vt non ſit amplius eā in ſuo patrimonio eſſe,quod apparet ex actu celebrato . Secus eſt in dimiſſione beneficij,quam quis facit vt beneficium melius habeat,quia ſi non poſſit habere melius, non eſt veriſimile quod ſuum beneficium multis expenſis & laboribus acquiſitum,quo ſuſtentari debet,facile perdere velit,& reſignet.tex.in cap.ſuper hoc. de renuncia . & ſic videtur quodammodo habere poſſeſſionem ciuilem , de qua per doct. in.l.licet.C.de acqui.poſſeſ.

Intellect⁹ nouus ad c.q̄d in dubijs.

150 ¶ Nec refragatur ſi dicatur ,paria ſunt renunciare , tacite vel expreſſe.ca.quàm periculoſum.7. q.1. quia fateor quo ad hoc, vt renuncians perdat quod renunciauit , ſi ad id non reuertatur.ſed in dimittente beneficium permittitur libere reuerti,per.d. ca.ſi beneficia.quod non eſt in reſignante. Vel reſpon̄.ad tex.in.d.c.ſi beneficia.loqui in priuatione iuris,quæ non valet poſtquā adeptio non habuit effectum.Feder.in tra. de permut.benefic. q.8.Soci.conſil.168.in primis.col.2.vol.2.p.l. Claudi⁹ ff.de acq. hęred.l.certi cōdictio.§.quoniam.ff.ſi cert. pet.ſecus in priuatione hois expreſſa, quæ remanet firma, licet finis actus non ſequatur.l.plane.in princi.ff.de leg.1.Bar.& Alexan.in.l.ſi cū dotem.in prin.ff.ſolu.matri. quia mitius agitur cum lege q̄ cum homine.l. Celſus.de arbitris.tene primam.

Paria ſunt tacite vel expreſſe renunciare.

151 ¶ Nec refragātur iura ciuilia,videlicet tex. in.l.cum precibus.&.l. rebus.C. de rerum pmut.vbi quis poteſt repetere id quod dedit cauſa pmutationis, ſi non fuerit ſortita effectū,quia in prophanis rebus loquit̄,nos autem in ſpiritualibus,vt no.in.c.penul.de rerum permut.quę ſpiritualia ſemel perdita nō poteſt quis adipiſci ſine nouo titulo. idem reſpon̄.ad totum titulum de condict. cauſ.dat.& ad.l.naturalis.§.1.de pręſcript. verb.glo.in.c.cum inter R. de elect . ita in proprijs terminis reſpondet.

152 ¶ Minus obeſt tex.in.c.2.de renunciat.vbi poſt renūciationē quis pōt habere bn̄ficiū ſine noua collatiōe cū ſimplici inueſtitura. Sed reſpon̄.q̄ inueſtitura habet vim collationis,imo ſumitur ꝑ collatione quādo ante eam non pręceſſerat aliqua collatio.glo. & Panor.in.c.auctoritate.de inſtitu.& idē Panor.in.c.2.col.penul.de cōſue.arg. ca.j.

de conſue.recti feud.tex.in.c.pro illorũ.&
ibi Card.in.3.notab. de præb.vt alibi dixi.
¶Nec me mouet.c.ſane.illo titu.de renun-
cia.quia ibi fuit facta noua collatio p nouas
literas,in quibus mãdatur canonicis, quod
non obſtante renunctatione ipſum in cano
nicum & fratrem admittant. & ita illum
tex.intelligit ibi Bald. ¶Nec facit ca. ſuper
hoc.ibidem. quia dum tex.dicit admittere
non poſtponat,debet intelligi,quod iudex
nõ poſtponat admittere cauſam ſpõtaneæ
abiurationis,& exceptionẽ,& ſic nõ loquit
de admiſſiõe ad bñficiũ ſine noua collatiõe.
153 ¶Præterea vrget valde tex.in.c. ex parte.
in.j.de offi. deleg. vbi paria ſunt dimittere
& reſignare,intellige vt ibi tex. exprimit,
quando vellet omnino dimittere. Et ſic de-
notat totalem reſignationẽ, & abdicatio-
nẽ, ſecus ſi ſimpliciter dimitteret, vt aliud
poſſet habere, vt.d.cap.ſi beneficia.
154 ¶Primo fallit quãdo reſignatio nõ tenuit:
tunc ſine noua collatione redit etiam poſt
renunciationem.c.fina.de renuncia. & ibi
plene doct.quia quotiens vitioſe cautũ eſt
&c.l.quotiẽs.q ſatiſd.cog. Imo arreſto cau-
tum eſt, renunciationes factas in fauorem,
nullius eſſe momenti corã alio,quàm ſum-
mo põtifice,nec etiam eſſe præiudicio reſi
gnanti.anno.1513.in cauſa Hardoin fornier
appellantis a præpoſito Pariſieñ.cõtra Re-
natum Valin intimatum.
155 ¶Secundo fallit, quãdo coacte reſignauit
quia tunc permittitur miniſtrare in eadem
eccleſia non obſtãte renũciatione.c.ſi vero.
& ibi Feli.de iureiur, & hoc eſt introductũ
ad coercendum iniquitatem eorum qui ec
cleſiaſticos viros ad renunciandum,& præ-
ſtandum illud iuramentũ compellũt.ꝓba-
tur in.c.3.& ſequent.de his quæ vi met.ve
cauſa fiunt. & illæ renunciationes ſic factæ
non valent.cle.multorum.de pœnis.
¶Nec obeſt ꝙ titulus ſemel extinctus p re
nunciationẽ,non reuiuiſcit ſine noua colla
tione.l.qui res.§.aream.ff.de ſolut. hoc ꝓce-
dit,niſi aliud interueniat,p quod ſequat in-
tegra reſtitutio,facit.c.ab exordio.35.diſt.
& res de facili ad ſuam naturam redit.l. ſi
vnus.§.pactus ff.de pac. ¶Notãdũ eſt ꝙ in 156
quibus caſibus poteſt redire ad ſuum bene-
ficiũ ſine noua collatiõe,debet intelligi,qñ
illud beneficiũ dimiſſum non erat occupa-
tũ,alioqui nõ poterit redire ſine noua colla
tione. Rota deciſ. 23. & deciſio.63.ſi quis
permutauerit. & deciſio.339.ſi illegitimus.
in nouis.quia etiam hæres non poteſt pro-
pria auctoritate res hæreditarias accipere
quando ſunt per alium occupatæ, Innocen.
in.c.tranſmiſſam.de elect. Alexã, & Iaſ.in
l.iuſte.ff.de acqui. poſſeſſ. Decius in.l. non
eſt ſingulis.ff.de reg.iur. Itẽ victori non li-
cet ꝓpria auctoritate ingredi poſſeſſionẽ,
quando erat ab alio occupata. Panor.& Fe
ly.in.c.de cætero.col.5. & ſequẽ.de re iud.
¶Poſtremo amplia quod nõ poteſt mole- 157
ſtari, nec directe,nec per indirectũ.regula,
cum quid vna via.de reg. iur.lib.vj. Alex.
cõſil.220.nume.8.in.6.volu.& conſil.151.
in fine volu. 7. glo. plena allegationibus
in.c.cõſtitutus.de conceſ.præb.nam etiam
pœnalis conſtitutio habet locũ non ſolum
cõtra venientẽ in iuris diſpoſitionem dire-
cte, ſed etiam contra venientem indirecte.
tex.no.in.c.ad noſtrã.& ibi Panor.& Bar
ba.de emptio.& vendit.vide Dec.in regu-
la.in iure.ff.de reg.iur. Ex quo infert, quod
nedum is qui poſſedit beneficium pacifice
per trienniũ,non poteſt moleſtari, ſed nec
etiã is cum quo eſt facta permutatio. imo
is qui de nouo habet beneficiũ triennio per
permutantem poſſeſſum, poterit iuua-
ri hoc decreto, & expellere moleſtantem
eum,ſicut is poterat a quo habuit cauſam,
quia ſucceſſor poteſt vti defenſionibus ſui
auctoris, contra quem regreſſum habet de
euictione.l.emptor.C. de euict. ¶Item in
beneficialibus licitum eſt ſucceſſori vti iure
prædeceſſoris,quod eſt excluſiuũ intentio-
nis agentis.Io.An.& Card.in.c.mandatũ.
de reſcri. Imol.& Feli.in.c.capitulũ. ibidẽ.
Sed ꝑdeceſſor poſt triẽniũ ante ꝑmutatio-
nẽ factã poterat excludere aduerſariũ,ergo
ſucceſſor eius noie poterit,cũ ſufficiat exclu

Is qui ha bet bene etiam pe mutati an hoc d creto tu uetur

dere aduerſariũ per exceptionem iuris non ſui. Io. And. & Cõpoſt. in. d. c. mandatum.

¶ Prȩterea ſi euinceretur ab eo cui fuit datum cauſa permutationis, poſſet is redire ad ſuum alterum beneficium, per cap. ſi beneficia. & ibi no. de præb. in. vj. c. penulti. de rerum permu. & c. vno. illo titu. in. vj. ideo moleſtaretur is qui dedit, vt not. in. l. ſi con trouerſia. & l. ſi pmutationis. C. de euictio.

158 ¶ Nec obſtat quod ſucceſſor in beneficio non poteſt vti acceſſione ſui prædeceſſoris, quia nil de iure prędeceſſoris tranſit in ſucceſſorem. glo. in eodem tit. in verbo poſſedit. hoc eſt verum, quando collatio fit libere, ſecus ſi quis ſubrogetur in ius alterius, vt quãdo cõfertur ex cauſa permutationis, quia ſi pmutans nil iuris habebat ad beneficiũ, ſic nec habebit is cũ quo eſt facta pmutatio. not. in. d. c. vno de rerũ permut. in. vj.

¶ Vel reſpõ. quòd non poteſt ſucceſſor in beneficio vti acceſſione prædeceſſoris, quãdo ſucceſſor ex titulo & poſſeſſione prędeceſſoris volebat ius ſuum fundare ſine nouo titulo, ſecus ergo quando ſucceſſor ſe fundat ex proprio titulo nouiter acquiſito, & ad excludendum alterius titulum, excipit de iure ſui prædeceſſoris, & hoc poteſt facere, prout concludit de ripa in libro. j. reſpon. de legibus. c. 17. in cauſa. & iſta ſunt valde notãda, & in eis ſępius vidi dubitari.

159 ¶ Limita primò niſi ex cauſa de nouo orta: quia tũc impetrari poſſet beneficiũ, & triennalis poſſeſſor moleſtari, vtpote ſi ſimoniã cõmitteret poſt trienniũ, arg. c. cũ inter. de renuncia. c. 1. & per totum titu. de cleric. non reſidẽt. Barb. cõſilio. xj. in. 1. volu. quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. vel ſi haberet eccleſiam parochialem, & intra annũ poſt diſpenſatiõnẽ ab bienniũ finitam nõ eſt ad ſacros ordines promotus, per. c. licet canon. de elect. lib. 6. Chaſſa. in cõſue. Burg. in rub. des ſucceſſiõs in. §. 3. glo. habuiſſe. Ergo cũ nõ habeat coloratũ titulũ, poterit moleſtari etiã poſt trienniũ, nec iuuat primus titulus, quia nullus

x cauſa nouo ta poſt iénium oleſtare et.

effectus eſt. Idem ſi eſſet adeptus poſt trienium ſecũdũ beneficiũ incõpatibile cũ primo. Barb. d. cõſilio. xj. col. 9. vol. 1. p. c. de multa. de præb. & c. licet epiſcopus. eo. tit. in. 6. & in extraua. execrabilis. illo titu.

160 ¶ Secundo limita, quando ſine titulo poſſediſſet, vt hic dicit in fine, & glo. in verb. poſſideat. eo. tit. in prag. Feli. in. c. ſicut. numero. 30. verſi. quinto aduerte. de re iudic. etiã ſi poſt trienniũ ſuperueniret titul⁹. glo. in fi. in verb. coloratũ. eo. tit. Cardinal. conſil. 108. vacãtibus.

Sine titulo poſſidẽs nõ tuetur hoc decreto.

161 ¶ No. quod ad probãdũ titulũ nõ ſufficit oſtẽdere ſententiã eſſe latã in palatio in petitorio, quia beneficiũ ex canonica inſtitutione obtineri põt, nõ ex ſententia. c. 1. de reg. iur. in. 6. Sec⁹ in poſſeſſorio, quia non eſt veriſimile quod palatiũ pro aliquo iudicaſſet, niſi pri⁹ vidiſſet titulum. Egid. de bella mera deciſio. 578. ſpoliat⁹. Feli. in. c. cum venerabilis. col. 12. de exceptio. refert Hippo. in rub. de probat. fol. 20. col. 2. Ego nõ video rationẽ diuerſitatis, niſi diceret ſe perdidiſſe titulum, & probaret, quia etiã tũc in vtroque caſu ſufficeret oſtẽdere ſentẽtiam, per no. in. l. teſtiũ. in fi. C. de teſtib.

162 ¶ Sic nec ſufficit cõfeſſio aduerſarij. Barb. cõſilio. x. difficile. col. 2. in. 3. volu. quia nõ ex cõfeſſione, ſed ex canonica inſtitutione beneficiũ obtineri debet. c. ex frequẽtibus. de inſtit. Domi. cõſil. 38. pro claritori. col. 2. Et hoc ad pbandũ titulũ, ſec⁹ ad iuſtificandũ & coadiuuãdũ. glo. ſing. i. c. duob⁹. i verb. ſi nõ appareat. de reſcrip. in. 6. & ibi multa addidi.

163 ¶ Si tamen collationes regiſtrarẽtur i vno loco, & oſtẽderetur illa de qua agitur, nõ eſſe regiſtrata, ille remouẽdus eſſet, quis diu poſſediſſet. Fel. i. c. ſicut. nũero. 31. verſ. tertio aduerte. in fine de re iud. niſi oſtenderet collationem in forma, vt ibidem no.

164 ¶ Tertio fallit quando poſſediſſet, ſed non pacifice, vt hic tex. requirit, quia qñ verba non conueniunt, nec eius conuenit diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de dãno infec. & etiã quia hic requiritur illa qualitas.

¶Quæro quando dicatur pacifice poſſide-
re? Reſpõ. quando nullã patitur controuer
ſiam iuris, vel facti, nec in iudicio, nec extra
iudiciũ. Card. & alij in cle. gratiæ. de reſcri.
de Rota. deciſ. 61. ſufficit. in no. Feli. in cap.
cum Ioannes. nu. 33. de fide inſtru. Decius
in. c. 2. no. 2. de confir. vlti. ca. fina. ne prę la.
vices ſuas.

165 ¶Aliquando pacifice dicitur, ſine contro-
uerſia verbi, vel facti. c. cum olim. de dol. e.
ex parte. de teſti. c. vlt. ne pręlat. vices ſuas.
Bal. cõſil. 288. omnis q rem. col. 2. volu. 4.
¶Itẽ pacifice dr̃ ſine vi. l. vim facit. ff. de vi
& vi arma. ¶Inſuper pacifice dicitur ſine
q̃ſtione. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Tre-
bel c. venerabili. de offic. deleg. c. cum eccle
ſiaſticę. de excep. c. dudum. in fi. de deci. ca.
2. de renuncia.

¶Aliquando ſine reuocatione in dubium.
l. extat. & ibi glo. ff. quod met. cauſ. Bal. d.
cõſil. 288. ois qui rem. in. 4. volu. vel pacifi
ce, id eſt amice. c. ex multiplici. de deci.

¶Quandoq; pacifice id eſt iure. glo. in ca.
placuit. 1. 16. q. 6. hic tñ dicit̃ pacifice. i. ſine
lite. & ſic licet ſit controuerſia verbalis, ſi
non fuerit peruentum ad citationem, dice-
tur pacifice poſſidere, vt in tex. pacifice,
id eſt ſine lite. Sic exponit glo. in cle. vna
de ſequeſt. poſſ. & fruct. glo. in regula can-
cella. 33. & ſequent. allegans text. in. c. cum
cauſam. de appell. Bonifacius in. d. cle. vna.
col. 4. Guido papæ in deciſio. Delphina.
q. 85. curia. licet alibi dicat ſufficere, ſi poſ-
ſideat de facto. & dicitur pacifice poſſide-
re, licet ſibi moueatur cõtrouerſia de iure.
Guido cõſil. 134. circa. in. 3. dubio. & ſing.
365. & ſequent. Rota deciſio. 36. no. quod
vbi. in antiq. Et hoc ĩtelligerẽ quo ad alios
qui non mouent cõtrouerſiã, licet ſibi mo-
ueatur per aliquem. tamen ſi habeat colo-
ratum titulum, illo iuuabitur.

166 ¶Nec dicitur pacifice poſſidere qui habue-
rit recredẽtiam, etiam ſi obtinuerit in poſ-
ſeſſorio, & mouet̃ ſibi lis in petitorio. glo.
in. §. item quod vniuerſitates. in verb. poſ-
ſidebunt. de colla. in prag. vel ſi litigaret.
etiam ſuper poſſeſſorio. glo. ſing. in. c. com
miſſa. de elect. lib. vj. ſecundum Feli. in. c.
nec dei timorem. col. 2. de ſimo. Nec ob-
ſtat glo. ſing. in. c. 1. de confir. vtil. vbi res
non dicitur litigioſa, licet litigetur ſuper
poſſeſſione, tamen illa nõ dicitur pacifice
poſſideri, nec hoc probat illa glo. ¶Ex his 167
infero, quod licet litigaret aduerſus vnum
per triennium, & aduerſus alios non, quod
poſt triennium nõ poſſet ab alijs moleſta-
ri, quia fuit pacificus quo ad alios, & liberas
habere ædes aduerſus eos cenſetur. l. loci. §.
penul. ff. ſi ſeruit. vẽd. Imo ſi adiudicata re-
credentia aduerſarius taceat per triẽnium,
& permittat poſſidere partem aduerſam,
non poterit poſſeſſor poſt triẽnium etiam
a parte aduerſa moleſtari ſup poſſeſſorio.
Arreſto ita pronunciatũ extitit in hoc ſe-
natu anno. 1509. in cauſa magiſtri Ioannis
Tillon appellantis a ſeneſcallo Andegauẽ.
cõtra Bartholomæũ Fochier appellatum,
& pro appellato, qui poſſederat triennium
poſt recredentiam.

¶Item puto, quod ad hunc tex. attinet, ſuf 168
ficere ſi poſſideat maiorem partem reddi-
tuum beneficij, licet moueatur ſibi lis ſu-
per vno prædio, vel quibuſdam decimis,
p glo. in. d. c. commiſſa. Bal. in. c. eccleſia. j.
in fine. de elect. glo. in. d. regula. 33. Domi.
cõſi. 125. dubia. col. 2. verſi. ſup tertio. De-
cius in. d. c. 2. de confirma. vtil. Et iſta opi-
nio fuit ſeruata in rota teſte Guido. papæ
in. d. conſi. 134. circa. ĩ. 3. dubio, vbi dicit pa
cifice poſſidere quando habet liberum cu-
ræ exercitium, licet maioris partis poſ-
ſeſſionem non habeat. quod reprobat
Imol. in. d. clemen. gratiæ. in fine. per cap.
ſi tibi conceſſo. de præbend. in. vj. facit
cap. j. de reſtitutio. ſpolia. eo. lib.

Si moueatur lis ſup vna re, nihilominus eſt pacificus.

¶Nec ſufficeret eſſe in poſſeſſione per tri- 169
ennium, ſi non poſſideret. Dec. c. conſulta-
tionibus. col. 2. de off. deleg. l. ſi quis ante
ff. de acqui. poſſe. vbi dicitur, lõge aliud eſt
poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe: &
ſtudere, vel in ſtudio eſſe, ſecundum A-
lexã. ibidẽ. Tria tũ in tex. videtur requiri.

Primũ, quod emanauerit citatio a iudice cõ
petente, & quod illa ſit executioni deman-
data. ibi, ſi ad executionem citationis &c.
Secũdum, quod titulus agentis ſit in iudi-
cio pti aduerſę exhibitus, ibi, iuriſqꝫ ſui in
iudicio exhibitionẽ. nec ſufficeret extra iu-
dicium, vt ibi. Tertium, quod omnes dila-
tiones ordinariæ iuris, vel ſtili curiæ, quæ
dantur ad litem conteſtandum, ſint ante
finem triennalis poſſeſſionis lapſæ. glo. in
verb. terminorum. eo. titu. in prag. alioqui
dicitur quis pacifice poſſidere. Hodie om-
170 nia iſta non requirũtur. ℭ Sed nõ diceretur
pacifice poſſediſſe, qui ante annum conue-
nitur ab aduerſario ſuper beneficio, & is
declinat forum & antequam cõſtituantur
iudices, labitur triennium: tunc quia non
ſtetit per actorem quo minus lis cõteſtare-
tur, habetur pro conteſtata. tex. ſingu. in. l.
ſi eum. §. qui iniuriarum. in fi. ff. ſi quis cau
tio. & ad hoc ibi põderat Bolog. in ſuis ſe-
cundis interpretationibus. Nec requiritur
litis conteſtatio quo ad hoc decretũ, ſed tã-
tum vt non poſſideat pacifice, ergo ſuffice-
ret citatio executa ante triẽnium. cle. fin. vt
lite pend. & infra in verſi. lis autem. vide
Bal. in Marga. in verb. mora. & Alexand.
171 conſil. 100. diſcuſſis. in. 5. volu. ℭ Imo dice-
rem haberi pro conteſtata, vt nõ poſſit ad-
uerſarius vti hoc decreto, imo etiã vt poſt
triennium poſſit intẽtare interdictum vti
poſſidetis, & res ſequeſtrari, quod poſt an-
num non datur. l. 1. §. 1. ff. vti poſſid.

172 *Inhabilis nõ tuatur hoc decreto.* ℭ Quarto non procedit quando is qui poſ-
ſediſſet, non eſſet habilis, nec idoneus ad be
neficia obtinẽda, tunc poſſet poſt trienniũ
moleſtari, quia verba generalia legis & hu
ius decreti debent intelligi de habilitate,
etiam hoc verbum quicunqꝫ. tex. in. l. emã-
cipati. iuncta glo. ff. de adopt. l. omnes. C.
ſine cẽſu. & ibi glo. l. j. C. de fide inſtru. l. j.
de ſacroſanc. eccle. l. 3. de fide inſtru. & iure
haſtę fiſca. lib. x. l. vt gradatim. ibi, ſi idonei
ſint. ff. de muneri. & hono. l. q certo loco ſe
debere exiſtimãs ſoluit indebitũ, quolibet
loco repeter, ſcilicet idoneo, dicit glo. ff. de
condict. indebit. l. j. in fin. ff. manda. Feli.
in. c. omnes leges. j. diſtin. c. in omni. de te-
ſtib. plenius q̃ alibi p Hippoly. in. l. vni⁹.
§. cogniiurum. ff. de quęſtio. dixi late in. d.
l. j. C. de ſacroſanct. eccle. Et hoc tenet ex-
preſſe glo. in regula Cãcel. 33. & . d. Chaſſa.
in cõſuet. Burgund. in rub. des ſucceſſions.
. §. 3. glo. habille. Ratio eſt, quia poſſeſſio
longi tẽporis non habilitat incapacẽ. c. cau-
ſam. & . c. accedẽtes. & ibi Panor. & Feli. de
præſcript. Io. And. in. c. 2. per illum tex. de
præb. lib. 6. & etiã quia dũ cõceditur nouũ
ius, debet ſemp reſtringi, vt min⁹ lędat ius
cõmune, q̃ ſit poſſibile. l. ſi qñ C. de inoffi.
teſta. c. cũ dilectus. de cõſuet. Iaſ. plene in. l.
j. §. nunciatio. col. 3. ff. de noui oper. nũcia.
ℭ Quæro quis dicatur inhabilis? quo co- 173 *Quis dicatur inhabilis.*
gnito, cognoſcet idoneus, & habilis, cũ cõ
trariorũ vno cognito, alterũ cognoſcat. l. j.
ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Et quo
ad hoc quilibet præſumit habilis, niſi pro-
betur inhabilis, arg. l. ſi quæramus. ff. de te-
ſta. & per verbum quicunqꝫ hic poſitum,
& per regulam, omnia cẽſentur permiſſa,
niſi fuerit ꝓhibita. de qua glo. melior iuris
in. c. inter corporalia. de tranſla. epiſco. Igi-
tur dicam qui ſint inhabiles.

ℭ Primo eſt inhabilis infans. indecorũ enĩ 174 *Infans eſt inhabilis.*
eſt ei cõcedere beneficiũ, q nõ nouit regere
ſeipſum. c. indecorũ. de ætate & quali. talis
enim caret iudicio. l. cum prætor. ff. de iud.
§. prętere a. inſti. quib. nõ eſt permiſſum fa
cere teſta. nec ſtabilem habet mentẽ. l fi. C.
de teſta. milit. & quia nõ eſt rationis capax
c. firmiſſime. 15. q. j. & . c. qui apud. 1. q. 4. &
quicquid videt, ignorat. l. j. C. de falſ. mone
ta. nihil ſcit, vel ſcire præſumitur. l. fina. ff.
de iur. & fact. igno. nec ſentiunt vel cõſen-
tiũt, nec charitatẽ habent. c. 3. verſ. 1. de ba-
ptiſmo. neſciũt quid vtile ſit. §. eſt quoqꝫ. in
authen. de nupt. colla. 4. Item non ſunt cõ-
ſilij capaces. l. more. §. fina. ff. de acq. hære.
infirmũ eſt illorũ iudiciũ. l. fi. ff. de manu.
vindict. nec pleni ſunt animi. l. donatarũ.
C. de acq. poſſe. boni ac mali diſtantiã igno
rãt. Deutero. c. 1. in fi. Addiſcat igit prius,

& in prudẽtia ſeneſcat. c.cũ ex eo.de elect.
lib.vj.Ergo per prædicta eſt cuiuſcunq; ec-
cleſiaſtici beneficij incapax,ſine apoſtolica
diſpenſatione:& ideo ſi fuerit eidem col-
latũ beneficiũ,& illud poſſederit trienniũ,
poſtea poterit moleſtari,& ante,& quãdo
cunq;,cũ iſte tex.de habili tantũ intelliga-
tur.vide Card.Alex.in.c.de his.28.diſt.

175 ℭ Poſt ſeptẽ annos recepta prima tõſura
(quod poteſt.c.fina.de tẽpo.ordina.lib.6.)
erit habilis ad beneficia ſimplicia, quæ nõ
ſonãt in nomẽ rectorię,nec cõſilij maturi-
tatẽ requirũt,ſecus in alijs.c.de his.28.diſt.
c.2.de ęta.& quali.c.ſi eotẽpore.de reſcri.
eodẽ lib.glo.in verb.rigoroſum.in rub. de
numero & qualitate.Card.in prag.Panor.
& alij in.c.ſup inordinata.de præb. glo.in
regula cãcell 17.Io.de Selua in trac.de be-
nefi.in.3.parte.q.5. Mãdago.in tract.de
176 elect.c.7.ℭ Niſi illa beneficia ſimplicia de
iure,cõſuetudine,vel ſtatuto,haberẽt certũ
ordinẽ annexũ,tũc ad illud etiã eſſet inha-
bilis.c.ei cui.de pręb.in.6.c.ſignificatũ.illo
titu.vel qñ eſſent adminiſtratores eccleſię
principales.Inno.in.c.præterea.de æta.re-
fert Imol.in cle.fina.illo tit.ordo enim na-
turalis ſeruãdus eſt,vt q ex defectu ætatis
aut virtutis ſub alterius tutela cõſiſtere de-
bet,aliũ ſub ſua gubernatiõe habere nõ põt.
l.vlt.C.de legiti.tute.Lucas in.l.fina.col.8
C.de tyro.li.12.& poterit dici,Veh tibi ec
cleſia curata,cuius rector eſt puer.vt in ſi-
mili dicit̃ Eccleſiaſtes.x.Veh tibi terra cu
ius rex eſt puer.indignũ eſt ad regimen po
tiſſime animarũ aſſumi,ne tanto periculo-
ſius cadat,quãto citius ad altiora aſcẽdere
feſtinat.c.pueri.1.q.j.c. ſicut.48.diſt. Imo
etiam ſi neceſſitas cogeret,non ſunt admit-
177 tẽdi.l.2.§.1.ff.de iure immunita.ℭ Diſpẽ-
ſatiue poterit,vel ex conſuetudine.c.ex eo.
de elect.lib.6.Imo.in cle.fi.col.vlt.de æta.
& quali. In his igitur ſimplicibus poterit
poſt trienniũ hoc iuuari decreto;in curatis
non, cum ſit inhabilis ſine diſpenſatione,
arg.l.1.§.fi.ff.quod cuiuſq; vniuerſit.no.
178 ℭ Ad canonicatus eccleſiarũ collegiatarũ

Quæ beneficia poſſit infans habere.

poſt decem annos ſunt habiles,vt eſt ſtatu-
tum in reg.Cancella.17.per quã tolluntur
opiniones poſitæ in.c.ſuper inordinata.de
præb. Ad canonicat⁹ vero eccleſiarũ cathe
draliũ poſt quatuordecim annos.Panor.in
c.præterea.de æta.& quali. Si ante hoc tẽ
pus adepti fuerint,cũ ſint incapaces,nõ iu-
uãtur hoc decreto, ideo poſſunt moleſtari
poſt triẽniũ.glo.in.d.regula.17. ℭ Fallit ſi 179
a rege cõferatur iure regali habenti ſeptẽ
annos,vt tenet D. Ruſeus in trac.de iure
regalio.in.24.priuile.vbi dicit interueniſ-
ſe arreſtũ pro puero ſeptẽ annorũ,cui erat
collata eccleſia cathedralis a rege. vide ibi
quibus rationibus moueatur. nã parũ me
mouent.

Ad canonicat⁹ qua ętat quis ſit habilis & ad præ tuæ.

ℭ Idem in prioratibus regularibus,cũ nõ 180
dentur niſi expreſſe profeſſis.c. nullus. de
elect.lib.6.cle.ne in agro.§. ſane. de ſtatu
monacho.Alexand. in.d.c.de his.28. diſt.
quia ante quatuordecim annos non poteſt
eſſe profeſſus.c.1.& per totum de regula.
ergo nec illos obtinere.

ℭ In prioratibus cõuentualibus curatis,in 181
quibus cura animarũ regit̃ per alios,q̃ per
priores,ſufficiũt viginti anni cõpleti.d.cle.
ne in agro.§.cęterũ.Pan.& Boic i.d.c.ſup.

ℭ In dignitatib⁹ minoribus,vt prępoſitu- 182
ris,decanatibus, & alijs,ac etiã in benefi-
cijs curatis, ante vigeſimũquintum annũ
cœptũ quis eſt inhabilis.c. cum in cunctis.
§.inferiora.de elec.Card.in clemen. gene-
ralem.de electio.Florent in.3.parte ſum-
mę,titu.15.c.1.§.3.

ℭ In prioratibus electiuis,quãdo cura ani- 183
marum per eos exercetur,ante.25. annum
ſunt inhabiles.d.§. cæterũ. Ioan. de Selua
in tract. de benefi.3. parte.q. 5. hodie per
cõcordata ſufficit vigeſimuſtertius annus
completus.§.monaſterijs.de regia ad præ-
latur.nomina.facienda.

ℭ Ad epiſcopatus & alias dignitates maio 184
res ante trigeſimũ annũ cõpletũ quis non
eſt habilis.d.c.cũ in cũctis.in princi. Licet
hodie in hoc regno ſit pręſtitutũ tẽpus re-
ciſius,videlicet vigintiſeptẽ anni cõpleti,

In.d.titu.de electio.In concorda.in quo vigeſimoſeptimo anno poterit eſſe archiepiſcopus,epiſcopus,vel abbas,vt ibi patet. nec oportet reprehenſibile dici, ſi variãtibus temporibus iura varientur humana.c. non debet.de conſanguí.

185 Furioſus eſt incapax ad beneficia.

¶ Secundo furioſus eſt inhabilis, ac cęteri qui curatorum ope iuuantur,quia a pupilli conditione non multum abhorrent,dicit tex.in.l.fulcinius.§.plane.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eatur.& ęquiparantur pupillis.l.pupillus.ff.de acq.hęred.l.j.§.j.de acqui.poſſe.Et quæ de infante dixi, idem puto in furioſis.l.in negocijs.ff.de reg.iur. & ibi Decius.l. infans. ad.l. cornel. de ſicar. Collatio illis facta,pro non facta habetur. Boniſac.in cle.vna nu.58.de homicid. Et indecorum eſt,vt qui non nouit regere ſeipſum,adminiſtrationi aliorum pręponatur.c.indecorum.de ęta.& quali. ideo hoc decreto iuuatur minime,quantocunq; tempore tenuerit,quia incipere poſſidere, cũ affectionem non habeat, non poteſt. l.j.§.j.ff.de acqui.poſſe.

186 Coniugates non iuuat hoc decreto.

¶ Tertio cõiugatus.c.2. &.c.cũ decorem. de cleri.coniugat.c.decernimus.& ibi glo. 28.diſt.&.c.de ſyracuſanę.ibidem.tũ quia ordinari prohibetur.c.aſſumi.cum ſequen. 28.diſt.tum quia cogitat quomodo placere poſſit vxori, & ideo quæ dei ſunt,minus valet cogitare, cum quaſi in duo diuiſus,plenam ſui non habeat poteſtatem,vt ei a quo ſtipendium accipit,plenius famuletur.c.diuerſis fallacijs.de cler.coniugat.

187 ¶ Imo ſi contrahat tantum ſponſalia per verba de pręſenti,perdit beneficia quæ habebat,ſecus ſi ſponſalia de futuro.glo.in.c. j.de cler.coniuga.lib.6.extra.vna Io.22. rub.de voto.Panor.& alij i.c.j.illo tit.Aufre.ĩ deciſio.Tholoſa.q.239.Iaſ.i.l.vbi pactum.col.penul.C.de tranſact.vbi dicit vacare beneficia etiam ſi contrahat cum conſanguinea, vel cum alia,etiam nulliter.allegat Roma.cõſilio.483.dubitatur. quia contraxit,& totum fecit quod in eo fuit. Imol.in.cap.Ioannes.colũ. penulti. de cleri. coniug.Decius tenet contra in conſilio.166. ego Philippus.vbi dicit priuari per ſententiam,non ipſo iure. Et hoc propter tacitam renunciationem, quę cauſatur ex contractu matrimonij.poſtquam ergo priuatur quãdo habet,ergo fortius prohibetur habere.c.quemadmodum.de iureiurand.plene Prępoſitus in.c.placuit.col. penulti.32.diſtin. ideo ſi hic coniugatus poſſederit per tres annos,poterit moleſtari poſtea.

¶ Quarto inhabilis eſt non tonſuratus.c. 188
Nõ tonſuratus eſt incapax.

cum adeo.de reſcript.c. ex literis. de trãſact.cum ſit laicus, & laici beneficia eccleſiaſtica obtinere non poſſunt.c.2.de inſti. quia ſpiritualia ſpiritualibus ſunt committẽda perſonis.Bal.in.c.decernimus.de iud. per illum tex. nec ſanctum dari canibus debet,nec margaritæ porcis.c. in mãdatis. 43.di.Etiã ſi ſit regularis cõuerſus,vel religioſus, quia licet gaudeat priuilegio canonis ſi quis ſuadente.17.q.4.Antho. i.d. c.2.tñ bñficia ſpũalia habere nõ debet an-
te tõſurã.¶ Et ſi papa mãdaret titio laico 189
cupiẽti militię clericali adſcribi ꝓuideri, tñ anteq̃ ſit clericus, non valebit beneficij collatio,licet mãdatũ valeat. Imol.in.c.2. co.2.de inſtit.Et ſic cũ nõ valeat collatio,nõ habet titulũ etiã coloratũ,ideo nõ iuuabit hoc decreto. ¶ Igit petẽs beneficiũ debet ſe probare clericũ.Archi. & Io.And.in.c.ſi iudex laicus.de ſent.excõ.l.6.nec ſufficeret ꝓbare fuiſſe reputatũ & toleratũ clericũ, ſed oportet ordinationẽ ꝓbare. Domi.in
conſi.91.pmitto.col.j.¶ Imo ſi poſt benefi- 190
ciũ adeptũ acciperet tõſurã,nõ cõualidaretur collatio, quę in initio nulla fuit. regula,quod ĩ initio.ff. de reg.iur.& regula,nõ firmat, illo tit.in.6.gl.& Io. And.i.d.c.2. Peruſ.i.c.ſi ꝓ clericis,col.j.de pręb.li.6.Itẽ etiã non valeret collatio laico facta, etiã ſi haberet ꝓpoſitũ ordinãdi, & deſtinatus eſſet ad clericatũ. ſic de facto ſeruauit Boniſa.8.i pſona nepotis ſui,vt refert Archidi. i.c.nulli.col.vl.12.q.j.facit.c.religioſe.§.fi. de ſenten.excom.lib.6. vbi ante profeſſionem factam non debet dici quis religioſus,licet ſit per annũ ꝓbatus.facit.l.ex co.ff.

de teſta.mili.Fel.& Decius in.d.c.cũ adeo.
vbi plene.Quid ſi fuerit poſtulatus? tradit
Inno.& alij in.c.fina.de elect.poſt glo.ibi
& Lucas in.l.expertes.col.j.de decurio.li.
10.Et quid ſi fuerit tantum tonſuratus, &
diuinum officiũ ſicut ſacerdos exercuerit?
vide tex.& ibi doct.in.c.j.de cleri.non or-
191 dina.miniſtran.

Collatio facta ordinato a nõ ſuo antiſtite, non val.t.

¶ Quinto eſt inhabilis ſi fuerit ordinatus,
ſed non a ſuo antiſtite.ecũ priuilegio clerica
li non debeat gaudere. & ita vidit iudicari.
d.Chaſſa.in cõſue.Burg.in rub.des iuſtices
§.6.in glo.ſont creuz.infi.per tex.in.c.j.&
i.c.eos.de tempo.ordinan.lib.6. licet con-
trarium teneat Guido papę in ſuis deciſio.
q.449.laicus.alibi dixi.non repeto.
192 ¶ Idem ſi p ſaltum promotus ſit.Rub. de
cleri.per ſaltũ promoto.ita expreſſe tenuit
Præpoſ.in.c.ſolicitudo.col.2.52.di. & hic
ad beneficia curata vel dignitates eſt inha
bilis,quia nõ habet executionem ordinis,
& qui eam non habet, eſt eccleſiaſtici be-
neficij incapax.c.fina.de cler.excommuni.
miniſt. Domi.conſil.91. præmitto. col.2.
vbi dicit non ſufficere ſi probet ſe ſacerdo
tem, quia oportet vt probet omnes alios
ordines priores, cum potuiſſet per ſaltum
promoueri,quod eſt notandum.fallit vt p
Innoc. in.c.j.de cleric. pereg. & p Panor.
in.cap.niſi.j.de præbend.Item eſt inhabi-
lis, qui extra tempora recepit ordines.c.
cum quidam.de tempo. ordinan. vel qui
plures ſacros ordines vno tempore recepit.
c.dilect⁹.& .c.literas.illo tit.qa eſt irregula
ris.Soci.i repet.c.ad audiẽtiã.§.ſeptimo.de
homici.idem ſi fuerit promotus ante tẽpus
a iure ſtatutũ.cle.ſi.de æta.& qualit. Pro-
uinciale om.eccl.fo.60.verſ.nota quod &c.
193 ¶ Sexto bigamus, etiam ſi eſſet tonſura-

Bigamus eſt beneficiorũ incapax.

tus.cap.vno de biga.lib.6.tum quia repu-
tatur mere laicus.d.c.vno.&.c.vno de cle-
ricis coniuga.lib.vj. quia non poteſt ordi-
nari,Leuitici.21.ca.& in rub.de biga. non
ord.c.j.& per totum titu.& ſic nec benefi-
cium habere.glo.in.d.c.de his.28.diſtinct.
quia ſecundum apoſtolũ qui ſeruit altari,
de eo viuere debet.c.cum ſecũdũ.de præb.
cui ipſe non poteſt ſeruire,& ſic nec bene-
ficium habere.c.fina.de reſcrip.lib.vj.quia
prærogatiua ſacerdotis exutus eſt.c.vna tã
tum.26.diſt.vide aliam rationem per Pa-
nor.in.c.2.in fin.de cleri.coniugat.& qua-
tuor per glo.in ſumma.26.diſt.de Vlaxio
in tract de electio.in.2.parte.q.20.& tex.
in.c.quomodo.31.q.j. Siue fuerit bigamus
verus,ſiue interpretatiuus,cum nõ differãt
quo ad ordinẽ promotionis, ſecus quo ad
priuilegiũ clericale.c.nuper.de bigamis.
Aufrer.in deciſio.capellę Tholoſa. q.64.
Item.&c.ſi cleric⁹, &.q.234.altercationis
& q.252.item &c. quidam clericus.& q.
ſequen. plene Ioan.Montaigna in ſuo tra-
cta.de bigamia.
¶ Et nota quod bigamia contrahitur in ſe-
ptem caſibus. Primus eſt,quando quis ſuc 194

Quot modis bigamia contrahatur.

ceſſiue & diuerſis temporibus duas vxores
legitimas habuit,& ambas cognouit.c.ape
riant.31.q.j.Secundus caſus,quando diuer
ſis temporibus quis habuit plures vxores,
vnam de iure,& alteram de facto,& am-
bas cognouit.d.c.nuper.hic bigamus non
reputatur,propter ſacramenti defectum,
cum vere bigamus nõ exiſtat.ſed propter
intentionis affectum,cum opere ſubſequu-
to,vt ibi dicitur in fi. Tertius quando eo-
dem tempore plures habet vxores,vnã de
iure,alteram de facto,vel ambas de facto,
& vtramq; cognouit.d.c.nuper.vel corru-
ptam de facto.c.quomodo.31.q.j.c. gaude
mus.de diuort. Quartus eſt quando con-
trahit cum vidua ab altero marito cognita.
c.ſeriatim.32.diſt.& 33.diſt.c.maritum.c.
debitum.de biga.Et hoc modo fuit deriſus
Bulga.a ſuis auditoribus,vt glo.in.l.rẽ non
nouam. C. de iud. refert. Quintus quan-
do contrahit cum corrupta a quocunque
ſcienter aut ignoranter,& eam cognoſcit.
c.curandum. &.c.præcipimus.34. diſtin.
& multi hodie eſſent huius farinæ homi-
nes,ſi Neuiſano credas in ſilua nuptiali.
Sextus , quando vxorem propriam ab
alio cognitam ſcienter cognouit.c.ſi cuius

&.c. ſequẽt.34.diſt.hi duo caſus poſtremi a maritis ludibrio habentur.

¶Septimus caſus eſt cum aliquis in ordine ſacro conſtitutus de facto contrahit, licet de iure non poſſit.c.nuper.& cap. vltimo. &.c.ſuper eo.de bigamis.

¶Solus tamen primus caſus eſt verus & proprius, alij ſex interpretatiue dicti ſunt, vel propter aliquam ſimilitudinem quam habent cum vero bigamo,aut ratione inſtitutionis eccleſiæ,vt tenet Card. Alexan.in ſumma.26.diſt.in fin.quos caſus perpetuo notes, & vide eos etiam per Florent.in.3. parte ſummæ,titu.28.c.4.de irregularitate propter legitimationem.

195 De hęretico an ſit habilis ad beneficia.

¶Septimo hæreticus,quia extra eccleſiam eſt,ergo ad eã non debet præfici.c.excõicamus.& per totũ de hæret. tum etiam quia eſt excõicatus,vt ibidem dicitur,& eſt ſeruus diaboli, nec eſt ſub protectione papæ, ſed bene ſub eius vindicta. Bal.in procemio decreta.col.3.nec poteſt acqrere ius patronatus ex fundatione.Paul.de Citad. in tra. iur.patro.3.pte.q.5. in prima cauſa acquirendi.per tex.in.c.quicunq; fidelium.16.q. 7.odit deus ſacrificia hæreticorum, & a ſe proijcit, & quotienſcunq; congregati ſunt in nomine eius, deteſtatur fœtorem eorũ, & claudit nares ſuas.illi offerunt ſacrilegũ panem,& dant eleemoſynas,& ſectari videntur humilitatem, nemo tamen illorum ſuſcipiat,quia magis ſunt maledictiones q̃ benedictiones, nec cum eis cibum ſumere debemus.c.odit.cum ſeq.&.c.non oportet. & cap.ſi quis inquit.j.q.j.

196 ¶Et dicitur hęreticus,qui contra fidem aliquid pertinaciter aſſerit.alias non.cle.vna. §.diffinientes.de ſumma trinit.cap.ad abolendam. de hæret. probatur Neemiæ ca. 13.Inuentum eſt ſcriptũ in volumine,quòd non debeat introire Ammonites & Moabites in eccleſiam dei vſq; in ęternum.Dec. cõſil.137. & diligẽter.vbi concludit,quod abſolutus ab hæreſi a papa,non poteſt amplius puniri in iudicio ſeculari. Imo ſi habeat beneficium,per hęreſim priuatur ipſo iure,quod intellige,niſi continuo ad matrẽ eccleſiam reuertatur, & hæreſim abiuret. nã tunc ipſo iure ſua beneficia non perdit. c.ad abolendã.de hæret.quia nõ videtur diuertiſſe, quæ ſtatim reuertit.l.diuortiũ.ff. de diuor.l.quicquid.de regu.iur.Sic nec fictione iuris videtur dimiſiſſe beneficiũ,qui ad id ſtatim redit.c. ſi bñficia. & ibi Frãc. de pręb.in.vj.quod eſt notandũ:quia habui in facto,& ita reſpõdi.Et proprie dicit hæreſis prout eſt error in fide.Large ſimonia dicit hæreſis.glo.in.c. ſi quis pecunia. 79. diſt.Feli.in.c.ciſcitatus.col.2.in fin. de reſcrip.Quidam tamen vocant hęreticum in iure,ſuapte natura refractariũ cõi opiniõi, & eligentẽ ſibi ſingularẽ opinionẽ,p tex. in.l.ſi duas.§.eſt aũt.ff.de excuſa.tutor.

¶Octauo ſchiſmaticus,c.nos cõſuetudinẽ. 12.diſt.c. quia diligẽtia.de elect.quia dicit 197 Schiſmaticus eſt inhabilis.
hęretic9,cũ nullum ſchiſma ſit,niſi ſibi aliquã hæreſim cõfingat, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videat.c.inter. hęreſim.24.q.3. etiã ſi ad eccleſię vnionẽ rediret.c.j.&.c.cõuenientibus.1.q.7.Et proprie eſt is qui diuidit ſe ab vnitate Romanæ eccleſiæ, conſtituendo ſibi eccleſiã,& ordinando clericos, & ſacerdotes.glo.in ſum.24.q.j. Panor.in rub.de ſchiſma.Itẽ ſunt excõicati.c.licet.de elect.doc. ĩ.d.rub.de ſchiſma.c.ad abolẽdã. c.firmiſſime.de hæret.c.1.23.diſt. ideo ſiue ante ſchiſma poſſederit beneficiũ triẽnio, ſiue poſt ſchiſma, neutro caſu iuuabit hoc decreto,cum ſit inhabilis,vt dixi.

¶Nono ſimoniacus.c.cũ clerici.& ibi Panor.de pact.c.nobis. & ſequẽ.de ſimo. Si- 198 Simoniacus nõ iuuatur hoc decreto.
ue cõferatur eidem beneficium poſt commiſſam ſimoniã,ſiue eligatur, vel alio modo eidẽ prouideatur.c.ſi alicuius. de elect. melius in extrauag. cum ſit deteſtabile. de ſimo.in extrauag.cõibus.& illud beneficiũ poſſederit triennio,non iuuatur hoc decreto, ſiue poſſederit trienniũ ante cõmiſſam ſimoniã,& tũc eſt ipſo iure priuatus ſimul atq; ſimoniã cõmittit.Feli.in.c. 2.col.3.de reſcrip.& poteſt moleſtiari etiam poſt triennium ſuper illo beneficio.

¶Idem ſi renunciatio fuerit ſimoniaca. c.
ordinationes.j.q.j.in glo.tex.in.c. ſicut.&
in.c.Matthæus.de ſimo.Innocen.in.c.cum
vniuerſorum.de rerum permuta.Feli.in.c.
inſinuatum.&.c.de ſimoniace.de ſimo. vt
ſi ſit facta in fauorẽ nepotis.glo. & ibi Pa-
nor.& alij in.c.ex parte.j.de offi.delegat.&
an legatus poſſit talem reſignationem in fa
uorem admittere?quòd non.d.Boer.in tra
cta. de dignita.leg.q. vlti. vide tamen ibi
dicta per eũ.

¶Etiam ſi ſimonia fuerit cõmiſſa ignoran-
te eo cui beneficium collatum eſt. glo. in
verb. ſimoniacam.in.§.ſi vero.de elect . in
prag .&.d.ca.ſi alicuius.& ibi Imol.niſi ab
inimicis fuerit cõmiſſa.d.c.nobis.de ſimo.

¶Imo ſi litigãs ſuper beneficio corruperit
iudicẽ, propter cõnexitatem cauſæ iudica-
tur ſimoniacus.glo.in.c.vendẽtes.1.q.3.Pa
nor.& Feli.i.c.tua nos.de ſimo.& Panor.
in.c.cum ab omni.col.2.de vit.& hone.cle.

199 ¶Item eſt ſimoniacus qui alicui laico dedit
pecuniam vt obtineret epiſcopatũ aut ab-
batiam,ſeu vt alter renunciaret,vel vt a re-
ge obtineret nominationem, vt interdum
fit in curia.tex.ĩ.c.de hoc.de ſimo.Barb.cõ
ſilio.13.a Ioue.col.penul.in.3.volu.

Donãs laico pecuniam vt a rege noĩationem ad epiſcopatũ obtineret eſt ſimoniacus

200 ¶Idem ſi renunciet nominationi aut ele-
ctioni de ſe factæ pecunia recepta.Calder.
conſilio vno de ſimo. vel ſi dat pecuniam,
aut aliud,vt ſuffragium habeat,ſiue vocem
ab alio canonico.c. cũ ſuper. & ibi Panor.
3.no.de cõfeſſis plene.Io.dayma in rub.de
conuento.approba. in verbo pactionibus.

¶Hodie ſunt excommunicati,qui aliquod
pactum aut renunciationem fecerint, vel
quicq̃ dederint,aut promiſerit, & omnib9
exuti dignitatib9.c.cũ deteſtabile.eo.tit.in
extrauag.cõibus. Et iſtorum hodie magn9
eſt numerus,ſicut ſtultorũ.Eccleſiaſtes.j.c.

201 ¶Decimo irretitus crimine læſæ maieſta-
tis.glo.i.c.ſatis peruerſum.56.diſt. quia bo
num eſt argumentũ de crimine hæreſeos
ad hoc crimẽ.l.Manicheos.C.de hęret.glo.
in.c.j,de teſti.li.6. Alex.in ad.ad Bar.i.l.ſi
quis filio.§. hi autẽ.ff.de iniuſt.D.Igneus
in tract.an rex Franciæ recognoſcat impe-
ratorem.col.49.in.17.ſpeciali.vbi æquipa
rat crimen hæreſis ſimoniæ, & læſæ maie-
ſtatis.glo.in.l.nullus.C.ad.l. Iuliã maieſt.
ideo quod in vno ex æquiparatis ſtatuitur,
& in alio locũ habebit.c. de multa. de p̃b.
Dixi multa in practica mea, rub. de exce-
ptio.in arti.24.glo.1.maieſte. quia benefi-
cijs habitis ſunt ipſo iure priuati.c. felicis.
de pœnis.in.vj.a fortiori & ab habẽdis p-
hibẽtur.arg.c.quemadmodũ.de iureiur. in
vj.& ſic non iuuantur hoc decreto poſt tri-
ennium.

Cõmittẽs crimẽ læſæ maieſtatis eſt inhabilis.

¶Vndecimo ſortilegus, quia hæretico cõ- 202
paratur.c.j.& per totum de ſortileg.l. & ſi
excepta.C.de maleſi.& mathe.Et quia con
dẽnati hoc crimine ſunt infames.c.ep̃i. 26.
q.5 .Et infideles ſunt,ideo beneficio & ho-
nore priuari debẽt.ibidẽ,&.c.quicunq;.&
c.ſequẽ. Mãdago.in trac.de elect. in.1.pte.
c.27.Et facilius repellitur quis ab obtinen-
do,q̃ ab obtẽto.c.ſup his.de accuſ.& ibi Fe
li.col.2.vide Barba.cõſil.55.in noie.volu.
1.& ſi fieret collatio ſortilego,& is poſſide-
ret triennio,adhuc poſſet moleſtari,cũ non
cenſeat habere coloratũ titulũ, ſed nullũ.

Sortileg9 eſt ĩcapax ad bñficia

¶Duodecimo Sacrilegus.c.venerabilẽ.ibi, 203
nũquid enim.de elect.& ibi nota,quia non
debet quis cõſequi ex eo fructũ quod nixus
eſt ſpoliare.Reg. ex eo.de reg.iur.in.6. &
quia impeditur ne promoueatur ad ſacros
ordines.c.ſi quis presbyter.50.diſt.Et quia
eſt infamis ſic condẽnatus.c.fina.de furt.&
a bñficio debet deponi poſtq̃ habet, ergo
multo min9 ad id,ſi nõ habet,debet admit
ti.c.quẽadmodũ de iureiur.glo. in.c.cũ oi-
bus.81.diſt.eſt etiã ipſo iure excõicatus.c.ſi
quis ſuadẽte.17.q.4. quod an pcedat in o-
mnibus ſacrilegis,tradit Panorm̃.& alij in
c.conqueſtus.in fine.de foro competen.

Sacrilegus eſt inhabilis ad beneficia.

¶Decimotertio falſarius literarum papæ, 204
quia eſt excõicatus.c.ad falſariorum.de cri
mi. falſi. vbi ſi habeant beneficia, illis ſunt
priuati.multo fortius ſunt inhabiles ad ha
bendum.d.c.quemadmodum.

Falſari9 literarũ papæ eſt inhabilis.

¶Siue falſum cõmiſerint in magno,ſiue in

modico,etiam ſi tantum adderent vnũ punctũ. Hoſti.in ſumma de crimi.falſi.§.qualiter.verſ.ſed hodie.quid in alio falſario,vide in.c.ad audientiã &.c.licet.illo titu.& per Hoſti.in.§.fi.de crimine falſi.

205 Excõicato bñficia cõferri non poſſunt.
℄ Decimoquarto,Excommunicatus.c. poſtulaſtis.& ibi late dixi in.2.notab.de cleri. excõi.miniſt.quia ſpiritualia in eum nõ cadunt.& ibidem aſſignãtur aliæ rationes in 2.notab.ideo beneficia eidem conferri non poſſunt; & ſi conferantur, & poſſideat ea triennio,poterit poſtea moleſtari.

206 Suſpenſus eſt inhabilis.
℄ Decimoquinto ſuſpenſus ab officio & beneficio,eſt inhabilis.tex.iũcta glo.in.c.cum bonæ.de æta.& qualita.&.c.cum dilectus. de cõſuet.quia irregularis cenſetur.no.in.c. j.de poſtu.prælat.&.c.fi.de exceſſib.prælato.& ſic eſt inhabilis & indignus,ſicut excommunicatus.& in iure equiparãtur.Antho.& Card.per illum tex.in.d.c.cũ bonę. Et quia non habent executionem ordinis. c.eos.de tempor.ordi.& qui non habet executionẽ ordinis, eſt inhabilis ad beneficiũ obtinendum.glo.& doct.in cle.generalẽ. de æta.& qualita.ſequitur Domi.cõſil.133. iſtud dubium.Henric.Boic in.c.fina.de cleri.excõ.miniſt.Bertachinus in tract.de epiſcopo.lib.2.q.5.in prima par.& in quibus conueniant & differant excõicatio,ſuſpenſio,& interdictum,tradit Ioh.de ana.in rubri.de cleri.excõmu.miniſtran.

207 Apoſtata nõ iuuat hoc decreto.
℄ Decimoſexto apoſtata,quia ad clericat9 officium admitti non debet.c.penul.& fina.50.diſt.Et pluſquam hæretici ſunt.Azo in ſumma.C.de apoſta.Suntq; infames.c. infamis.6.q.j.& an de omni apoſtata,cum ſit triplex,intelligat, vide Panor.& alios in rub.de apoſta.& Lucam de penna in.l. 3.col.3.C.de exacto.& excepto.li.12.Paul. de citad.in tracta.de iure patro.in.3.parte. q.5.in.j.cauſa acquirendi.vbi dicit nõ poſſe etiam acquirere ius patronatus.& impetratio facta per eum de beneficio,nõ valet, quia eſt indignus contrariatiue, & priuatiue.verba ſunt Bal.in.c.fi.col.vlt.de præſumpt.Feli.in.c.ſciſcitat9.col.2. de reſcrip.

℄ Decimoſeptimo is qui crimẽ Sodomiticum perpetrauit, cum homicidio ſit grauius.c.mulier.15.q.j.& iura armãt contra eos.in.l.cũvir.C.ad leg.Iul.de adult.Lucas in.d.l.3.col.3.& ſequen.vocat apoſtaſię crimen a natura,vbi probat eſſe grauiſſimũ.c. clerici.de exceſſib.prælat.contra quos Scatinius legem tulit,quę vocata eſt Scatinia, de qua D Ayma.Riuallius in hiſtoria iuris ciuilis lib.3.Barb.conſilio vlt.in.1.volu. 208 Sodomiticus eſt inhabilis.

℄ Decimooctauo publicus concubinarius, qui fuerit per ſententiã ſuperioris monitus vt cõcubinã dimitteret, quã non dimiſit, tunc ad ſuſceptionem & dignitatem beneficiorum eſt inhabilis, vt patet in cõcord.rub.de public.cõcubina.Et illius cõcubinarij miſſam quis prohibetur audire.c. preter.32.diſt.& ipſe miniſtrare diuina.c. fin.33.diſt.ac ꝓhibet eligi.Bertach.i tract. de epiſcopo.in.2.lib.q.6.in.1.parte.& collatio facta publico cõcubinario aſſerẽti ſe velle dño famulari,eſt ipſo iure nulla,ſi ꝑſeuerer in cõcubinatu, quia cauſa impulſiua fuit falſa.Barb.cõſ.13.a Ioue.col.vl.ĩ.3. vol.dixi plene in rub.de public.concubina.per totum. 209 Publicus cõcubinari9 eſt inhabilis.

℄ Decimonono homicida, vt habet Apocalyp.vlt.c.Foris autẽ canes & venefici,& ĩpudici, & homicidę.&c.quia nõ põt ꝓmoueri.1.Paralipomenõ.28.c.Nõ ædificabis domũ nõi meo, eo ꝙ ſis vir bellator, & ſanguinẽ effuderis.c.accedẽs.de accuſa. c.ſi quis omnẽ.1.q.7.c.ad aures.de ęta.& qualita.c.fina.de tempo.ordinã.Panor.& alij in.c.2.de reſcript.Aufre.ĩ deciſio.ſuis. q.207.Itẽ &c.ſi bñficiat9.quia eſt ad executionẽ ordinis inhabilis, ꝓbatur in.c.fi. de cleri.pugnã.i duello.p locũ a ſpeciali. Itẽ qui non poteſt dicere officiũ, non debet recipere beneficiũ.c.quod a te &.c.diuerſis.de cleri.cõiuga.c.cũ ſecũdũ.de pręben.quia beneficiũ datur ꝓpter officiũ.c. fi.de reſcript.lib.6.Feli.in.c.inquiſitionis. col.1.de accuſa. Item quia eſt irregularis. cap.ſuſcepimus.& ſequen.de homici.cle. vna illo titu. 210 Homicida eſt beneficiorũ incapax.

211 ℭIdem in milite qui frequentauit bellum. Late de ripa in lib.2.reſpoñ. de reſcript. c. 35.in hoc iudicio.vide Prępoſ.in.c.miror. 50.diſt.&.c.ſtudeat.ibidē.& collatio facta homicidę,non valet,vt late deducit D. Ruſeus in tract.iuris regalio.in.12.priuileg.in fine.ideo non dicitur habere coloratum titulum,ſed nullum.

qui frequẽtauit bellũ, ad bñficia eſt inhabilis.

212 ℭVigeſimo,detentus morbo comitiali, ſiue epileptico',(quem vocamus le hault mal gallicè, Vaſcones vero vocant le mal de terre,Occitani le mal ſainct Iehan.De quo in.c. cum inter canonicos.& ibi Imol.de electio. vbi loquitur de morbo epileptico, quem vocant morbum caducum.cap.j.& ſequent.de cleric. ægrotan.c.communiter. 33.diſtin. quia prohibetur ordinari, vt ibi dicitur.& glo.in ſumma.7.quæſt.2.hic tamē ſi poſt trienniũ ſanus fieret, poſſet hoc decreto iuuari,quia collatio eidē facta, nō erat penitus nulla,vt not.in.d.c.cum inter.

Morbo laborans caduco, eſt inhabilis.

ℭVigeſimoprimo illiteratus.c.ſi. de æta.
213 & quali.quia non poteſt ordinari.ca.pœnitentes.55. diſt. ergo nec beneficiũ curatũ habere.c.fina.de tempo.ordinā. lib.vj. Sic arguit glo.in.c.de his.28.diſt.c.j.& per totum.38.diſt.& qui habet ordines,debet habere beneficiũ.glo.in.c.propoſuit. quæ allegat alia iura,de filijs presbyte.Illiteratus cæco comparatur.c. poſt tranſlationem.§. item ſi quis.de renũcia. Et perinde eſt ac ſi collatio eis facta non fuiſſet.Panor.in.c.cũ noſtris.de conceſſ.pręb.& collatio facta illiterato,eſt ipſo iure nulla.Innoc.in.c.cum noſtris.de cōceſſio.pręb.Feli.in.c.per tuas. col.j.de ſimo. Vnde dicitur Eccleſiaſtici.8. c. Nō cōmunices homini indocto,ne mala de progenie tua loquatur.

Illiteratus eſt inhabilis,& quando dicat.

214 ℭEt dicit illiteratus,quando nullas ſcit literas, aut modicas,vtpote quia ſcit tātum legere & ſcribere in vulgari.Bar.in authē. ſed nouo iure.C.ſi cer.peta.Qualis ſciētia requiratur, notatur per Inno.& alios in.c. cum in cunctis.de elect.

215 ℭIntellige collationem non valere quando eſſet penitus illiteratus,ſecus ſi haberet principia, & eſſet ſpes quod proficeret, & addiſceret.quod eſt notādum ſecũdum Card. in capit.illiteratos.36.diſtinct. facit quod notat Alexand. in addit. ad Bar. in l.j.C.de dignit.lib.12.vbi dicit quod ſcholaris magni ingenij non eſt repellendus a doctoratu, etiam ante quinquennium, quādo ſpes eſt quòd addiſcet.ſecus ſi ſit omnino illiteratus. Feli. in cap. ſi quando. col. penulti.de reſcript. Vide eum in cap. ſciſcitatus.col.5.verſi.illiteratus.ibidem.

ℭHodie iſtorum infinitus eſt numerus, 216
vt in ſimili dicit Eccleſiaſtes cap.1.de ſtultis. Et ſunt ij qui pinguiora & meliora habent beneficia,cum ad rapiendum tantum beneficia animum habeant,& non ad literas,quibus eruditi ineſcati,bona negligunt,& pauperes moriuntur.

Illiteratorũ infinit⁹ eſt numerus & hodie habēt meliora beneficia.

ℭVigeſimoſecundo Exterus eſt inhabilis 217
ad obtinendum beneficia in regno,ex priuilegio dato regibus Francię, vt in procemio prag.ſanctio. cōtinetur, in verb. exterorum.extat & Ludouici.xij. ordinatio rub.des preſidens, & conſeilliers. & in ſtilo parlamen.in.7.parte,rub. de præbend. ordina.3.facit regula cancell.19.vbi collatio vel alia diſpoſitio facta extero, nō valet, quando non poteſt loqui idiomate illius patrię in qua recepit ſacerdotium. facit.c.neminem.70. diſtin.l.in eccleſijs. C. de epiſcopis & cleric. Imo gratia eſt ſubreptitia, ſi exterus impetrat nō facta mẽtione originis.glo.ſing. in cap. ſi proponente.de reſcript.ſecundum Panor.ibi,& Feli. in cap. ſicut tuis. colum. 2. de ſimo. Corſetus in ſing.incipiente, ſurreptio.Io. de Selua in tracta. de benefi. in.3. parte, quæſt. 26. Roma. in.l.ſi vero.§. de viro. colũ. 14.fal. eadem.ff.ſoluto matri. Barb. conſilio. 23. ſcripſit.collũ.5. in.1. volu. & conſil.57.præclare.in eodem volu. & cōſilio.30. in fine. in.3. volu. & alias conſului pro quodam ſcholaſtico. & vocātur Albini,de quo eſt tex. in.l. cum ratio.§. ſi plures.ff.de bon.damnat.

Exterus in regno beneficia habere non poteſt.

ℭIdem i præſentatione tenet Rochus de

curte in tracta. de iure patro. in verb. ho-
norificum.q.18. Panor.in.c.bonæ.in.2.nu
mero.16.de poſtu.prælato. Tum quòd in
fundandis beneficijs nihil cõtribuerunt,tũ
etiam'ne ſecreta regni reuelent, & quia nõ
eſt bonum ſumere panes filiorum regni,&
dare canibus exteris, vt patet in euange-
lio.Bened.in repet.c.Raynutius.in verbo
& vxorem. numero.1044.cum ſequẽ. de
teſta.Alibi multa dixi an valeret poſt im-
petrationẽ cõſẽſus regis. quòd ſic,cõcludit
Soci.cõſil.260.ĩ cauſa.col.penul.verſi.ſecũ-
do principaliter.in.2.volu.quando collatio
218 erat bona.¶ Vigeſimotertio periurus,quia
Periur9 eſt bñficiorũ ĩcapax,& collatio ſibi facta eſt nulla.
collatio facta eidẽ eſt nulla.c.q̃relam.ibi,nõ
merẽtur eccleſias regere, qui crimine per-
iurij ſunt irretiti.de iureiur.c.cõſtitutus.in
2.de appella.& ibi Doct.c.cum noſtris.de
cõceſſ.pręb.& ibi Innoc.& Panor. Aufre.
in deciſio.Tholoſa.q.17.in fi. Feli. in.c.2.
de reſcri.3.col.Nicola.milius in verbo per-
iurus.Deci9 in.c.dilecti.col.1.de except.fa
cit.c.accedẽs.de accuſa.vbi periuro imponi
tur ſilentiũ ſuper præbenda quã obtinuit
poſt periuriũ.facit.c.fi.de iureiur.i.6. quia
ab ordine deponi debet.c. cũ nõ ab homie.
de iud.Et ſine ordine beneficiũ tenere non
poteſt.c.licet canon.de elect.in.6.Itẽ quia
eſt infamis.l.Luci9.& ibi glo.ff. de his qui
notan.infa.&.c.infames.6.q. 1. Et vide in
c.teſtimonium. de teſtib. & multa prohi-
bentur fieri,quæ facta tenent.l. patre.ff. de
his qui ſunt ſui vel alieni iur. Io. Dayma
ĩ rub.de cõuẽt.approbat.ĩ glo.piurij.ſupra.
¶An habeat locum ſi ſit periurus ſuper iu-
219 ramento calumniæ,vide Feder.cõſilio. 23.
Titius.quòd non,Bal.cõſil.299. proponi-
tur.in.5.vol.per glo.in verb.religione. in-
ſti.de pœna teme.litig. in princip. Bal.in
Marga.in verb. iuramentum. in.32.q.
¶Et an habeat locum in veniente contra
220 fidem,Rota deciſio.138.no.quod poſito.in
antiq.& deciſio.j.de pact. vide doct. in.l.ſi
quis maior. C.de tranſact. & in §. item
ſi quis poſtulante.inſt.de actio.c. conſtitu-
tus de fideiuſſo.

¶Quod ego intelligerem quãdo eſſet per 221
ſententiam condemnatus, & periurus de-
claratus,& poſtea fieret eidem collatio,tũc
eſſet nulla,per tex.& no. in.c. cum non ab
homine.de iud.quia ante ſententiã non di-
cit plene apparere de periurio.ideo de his
quæ nõ ſunt,& non apparent,idem eſt iu-
diciũ.l.duo ſunt.ff.de teſta.tutel.& in mul
tis caſibus hic poſitis ſic poſſumus intelli-
gere.& pro periurio papa non dat priua-
tionem,niſi ſit periurium iudiciale, vt in
regulis Alexan.papæ. vj. habetur in rub.
de ſignatura gratiæ.
¶Item intellige quãdo collatio facta eſſet 222
virtute literarũ mãdati de prouidẽdo, vel
aliarum ad beneficia,quia propter earum
odiũ, collatio erit ipſo iure nulla. Calder-
conſil.20.rub.de prębend.& conſil.4.rub.
de accuſa.Feli.in.c.2. col.3.de reſcript.&
c.inquiſitionis.col.2.de accuſa.& ideo hoc
anno.1535.in menſe Decembri die. 23. re-
credentia beneficij fuit per venerandũ ſe-
natum adiudicata cuidam Langes contra
quendam Grimault,qui quadrienniũ poſ-
ſederat beneficium, & periurus dicebat,ac
alijs criminib9 irretit9.¶Et ſic ſuſtinui cõ 223
cluſionẽ,q̃ collatio facta periuro eſt nulla.
Cõcluſio, Periur9 eſt ipſo iure beneficijs priuatus.
ex quo infertur,non iuuari decreto de pa-
cifi.poſſeſſoribus, cum non habeat colora-
tum titulũ,ſed nullũ.Imo plus tenui, periu
rum eſſe ipſo iure beneficijs priuatũ. hoc
probaui per.c.2.de reſcri.ibi, amoueretur.
&.c.querelam. ibi,remouentes. de iureiu-
rand.quæ verba denotãt nudam executio-
nem.cap. Abbate ſane. in princip.ibi,pe-
tijt adiudicari eidem monaſterio, & vos
exinde amoueri.de re iudi.in.vj.Et quan-
do verba executionem denotantia ponun-
tur in lege vel diſpoſitione, tunc denotant
executionem actualem , & inferunt pri-
uationem ipſo iure. Antho. Butri. in. c.fi.
col.2.de poſtuland.
¶Item in.d.cap.2. æquiparãtur renuncia-
tio & iuramentum . ſed in renunciatio-
ne ipſo iure quis eſt priuatus, Ergo & in
periurio, cum in æquiparatis quod in vno

diſponitur,& in altero habeat locum.c. de multa.de præbend. Etiam in pœnalibus & correctorijs procedit argumentum ab æquiparatis,Bar.in authen.ſed cum teſtator.col.2.C.ad leg.Falcid.refert Iaſ.cõſilio 133.in caſu.col.penult.volu.1.

¶ Præterea periurus eſt infamis,vt ſupra dixi. & infamia priuat militẽ terreſtrem ſua militia ipſo iure.l.2.§. miles.ff. de his qui not.infa. Ergo & cæleſtem militem priuabit, cum æquiparentur.l. miles. ff. de re iud.text.in.l. infamia.ibi, quæſitum tibi adimit honorem. C. de decurio. lib. 10. & pro hoc eſt text. formalis in.l. penult. C. de dignita. libro.12. ibi,dignitate quoque,qua per ſuum videlicet periurium indignos ſeſe probauerint, ſpolientur, vt in eos, vtpote illuſtri dignitate per ſuum facinus priuatos. ipſo iure,dicit ibi glo. Poſtquam ergo a iure ciuili hoc eſt clare deciſum,vt periurus ipſo iure ſit priuatus, & in iure canonico eſt dubium,ſtandum eſt deciſioni iuris ciuilis, vt not.docto. in capitul.Raynutius. de teſta. Et hanc opinionem tenuit Barba. in.d.c.2. & conſilio 21.colum.9. volumi.2.licet opinio contraria ſit communis, vt not.in.d.cap.2.de reſcript. vbi plene docto.Tamen iſta in pũcto iuris poteſt ſuſtineri.

¶ Nec obſtat quod nunquam imponitur pœna priuationis,niſi a iure fuerit expreſſe impoſita. glo.in.c.fina.de iure patrona. text.in.§.ſin autem.de non eligend.ſecundo nubent.colla.2.nec in dubio ipſo iure pœna cenſetur appoſita.glo.in cap.vno de ſagitta.Bal. in.l.7.in fin. C. de legib. gloſ. in verbo ſuſpenſus. in clemen. vlti. de vita & honeſta.cleric.Reſpon.eſſe ſatis expreſſam in iuribus ſupra citatis. Oppoſuit D. Petrꝰ Clericus I.V.cognitione clarꝰ,& doctor regens ac vicegerẽs huius almæ vniuerſitatis,c. in noſtra.ibi,ipſum a Tulleñ. eccleſia per ſententiam remouẽdo.de procura. cui reſpondi, Ibi de facto fuit proceſſum,lite videlicet non conteſtata,& iuris ordine prætermiſſo, ideo proceſſus & ſententia fuit irrita per appellationis iudicem. Vel ibi ſunt verba narratiua, quæ nõ diſponunt.gloſ.ſingu.in.l.vna. C. quando non petent. part. petenti. accreſcant. Nec etiam obſtat.c.ad petitionem.ibi,per ſentẽtiam amouentes.de accuſa.quia ibi non loquitur de periurio,& etiam verba amouere,& ſpoliari, debent intelligi ſecundũ materiam ſubiectam.Feli.& alij in.c. Rodulphus.de reſcrip.& cap.cum non ab homine.de iud.per.c.literas.de ſupplend. negli. prælato.&.c.cum dilecti.in fi.de accuſa.

¶ Nec me mouet.c. poſt electionem.in fi. de conceſſio.præbend.quia ibi non conſtabat de periurio,cum in fine tex.dicat,ſi ſuper abiuratione quicquam duxerit proponendum,ordine poterit iudiciario expediri.Nec ibi probatur cõtrarium illius quod ſupra dictum extitit.

¶ Nec obeſt quòd homicida nõ eſt ipſo iure priuatus.c. ex literis.de exceſſib. prælat. c.cũ noſtris.de cõceſſ.præb.Reſpon.ex diuerſis nõ fit bona illatio.l.Papinianus exuli.ff.de minor.& ſeparatorũ eſſe ratio ſeparata debet.l.fina.ff.de calũniato. Et homicidiũ eſt grauius periurio.c.miror.50.diſt. tamen aliquando periuriũ quo ad quid eſt homicidio grauius.c.ille.22.q.5.nec etiam facit quòd æquiparentur,in.d.c.cũ non ab homine.quia ibi æquiparantur quo ad illam diſpoſitionem.

¶ Præterea nec meam concluſionem conturbat.c.peruenit.de fideiuſſo.quia ibi priuatio reſultaret in dãnum fideiuſſorum,vel ibi incidẽter periuriũ obijciebatur. Panor. in.d.c.peruenit.in vl.no.Feli.in.d.c.querelã.

¶ Nec refragat.c.tua.de iureiurãd. vbi dicit excludatur,quia poteſt intelligi quo ad poſſeſſionẽ.nam eſt verbum denotans priuationem ipſo iure factam. Et ſic non reſtat niſi de facto & de poſſeſſione excludere.tex.in.c. conſulere . de ſimo. vt dicitur in.c.licet epiſcopus.de præb. in.vj. Itẽ ſi dicatur quod verbũ futuri temporis priuationẽ ipſo iure nõ inducit.l.in criminali. C.de iuriſd.omniũ iu.qa hoc nõ ꝓcedit in

verbis denotātibus executionē,vt ſuṕ dixi.
224 ¶Aliam concluſionem, quod iuramentū
promiſſoriū producit actionē, ſatis pro-
baui ī repetit.l.ſi pro eo.ī pręfa.ff. de fide-
iuſſo. vbi dedi nouū intellectum ad leges
de iuramento promiſſorio loquētes.ibi vi-
dere licet:non repeto hic.

Concluſio iuramētū ꝓmiſſoriū ꝓducit actionem.

225 ¶Vigeſimoquarto illegitimus, quia or-
dinari nō pōt.c.1. &.c.ad præſentiā. & ibi
Card. & ꝑ totum de filijs preſbyterorū. c.
cum in cūctis.&.c.innotuit.de electio. In-
noc.in .c.conſtitutis.in.2.col. 2. de appel-
la.per id quod habetur Deuterono.23.c.
Nō ingredietur manzer, hoc eſt de ſcorto
natus,in eccleſiam domini, vſque ad deci-
mam generationem.habetur in.c. per ve-
nerabilē. in fi.qui filij ſint legiti. tum pro-
pter incontinentię paternę rimorem. cap.
literas.&.c.fi. de filijs preſbytero. tum in
deteſtationem criminis,& quia ſunt infa-
mes.l.vna. C.de ſeruis qui ꝓprijs mulier.
ſe iūnxerūt. Hoſti.i ſumma de filijs preſ-
bytero.§.quæ eſt cauſa. vnde dicit Eccle-
ſiaſtici.23.c.Non trahent filij eius radices,
& rami eius non dabunt fructum. Et ne
īfametur eccleſia.Card.i.c.pręſentiū.de fi-
lijs preſby.Vide gl.de his terminis i.c.ni-
ſi cū pridē.ī verbo māzeres.de renūciatio.

Illegitimus eſt inhabilis ad beneficia.

226 ¶Vigeſimoquinto irregularis, nam col-
latio illi facta eſt nulla. c. cum in cūctis.§.
fina.de electio.Panor.in.c.cum noſtris.&
ibi Imol.de conceſſio.prębēd.Feli.in. c.2.
col.2.& ſequen.de reſcrip.&.c.de quarta.
col.x.de præſcrip.c.inquiſitionis.2.no. de
accuſa.Panor.in.c.fina.de tempo. ordinā.
& cap.clericis.ne clerici vel monachi.c.ex
literis.de exceſſib. prælato.quia facta indi
gno, & inhabili ad executionem officij.c.
fina.de tempo.ordinand. ideo tractu tem-
ris conualeſcere nō pōt.l. quod ī initio.ff.
de reg.iur.& regula,nō firmatur.in.vj.li-
cet irregularitas non priuet quē beneficio
iā habito.c.clericis.ibi, honore priuetur,
& loco.ne clerici vel monach.c. ex literis.
&.c.tāta.& ibi Panor. de exceſſib. pręla.

Irregularis eſt inhabilis.

227 ¶Vigeſimoſexto vſurarius publicus, &
manifeſt⁹.c.de Petro.47.diſt. & ibi Do-
mi.quia ſunt ifames.c. q̄quam. de vſur.in
vj.Matheſſilla. no.49. nota quod omnes.
& notab.167. nota ꝙ vſurarij. Et collatio
facta notorie infami infamia etiam facti,
nō tenet,quia non eſt bonis moribus præ-
ditus. Panor.in.c.ſup eo.ī fi.de elect.ca.in-
ter dilectos.de exceſſib.prælato.Prohiben
tur etiā eligi tam ad beneficia. de Viaſſio
in tracta.de electio.in.2. parte.c.33.quàm
ad officia.Iaſ.in.l.barbarius.col.4.nume-
ro.18.ff. de offic. prætoris. Et vſurarij, ſi-
cut os inferni, non ſatiātur.c.ſicut hi. 47.
diſt.Bal.cōſil.395.vol.5.Ante tamē decla-
rationem putarem iuuari hoc decreto, ac
quidem hic expreſſi.

Vſurari⁹ manif. bñfic. ... incapax.

¶Vigeſimoſeptimo violentus, vt patet ī 228
hoc tex. ibi,non violentus.Adde quod ha-
betur Eſaię.9.c.Omnis violēta prędatio cū
tumultu, & veſtimētū mixtū ſāguine erit
ī cōbuſtione,& cib⁹ ignis. Et intelligo hic
de violento ſiue cū armis, ſiue ſine armis,
cū hic generaliter loquatur, & ꝓbatur i.l.
1.& ibi Bar. & patruus meus Rebuf.C.de
nauic ula.lib.xj.& hæc violentia dicitur le-
ue delictū.l.is q ī puteū.§. ſi tutoris.& ibi
Bar.ff.quod vi aut clam.quod ego intelli-
gerē iuxta materiā ſubiectā:quia vbi defi-
cit titul⁹, nō ꝓcedit vſucapio.§.1. inſti.de
vſucapio.¶Nolo trāſcribere quinq; gene-
ra violentiarū,quę tradit glo.i.l.1. &.l.ex-
tat.ff.quod met⁹ cauſa.l.1. C.illo titu.glo.
in.c.ad audientiā.illo titu.Iaſ.in.l.ſi quan-
do.col.1.C.vnde vi.

Violent⁹ nō iuuat hoc decreto.

¶Nec intelligo hic loqui niſi de violentia 229
expulſiua.l.ſi quis in tantam.C. vnde vi.
¶Quid de cōpulſiua, ſi metu coactus re- 230
nūciauit an ille in cuius fauorem facta eſt
reſignatio meū, poſt triennium ſit tutus.
Et dicerem quod non,ſi per illud tempus
duraret metus: tum primo quia reſigna-
tio facta metu, eſt nulla, in deciſio rotę
303. nota ꝙ reſignatio. Antho. de butrio.
in cap.ad aures.de his quę vi metuſve cau-
ſa fiūt.vel ſaltē annullāda.Calde. cōſi.1.de
renunciat.per.c. ſuper hoc. illo titu. & ibi.

Imol.Panor.in cap.abbas.de eo quod met.
cauſa.&.c.ſequē. Maleret i tract. de elect.
fol.89.verſi.ſecundo fallit.& quę metu ge
ſta ſunt, rata non habet prætor.l.1. & per
totum.ff. quod met. cauſ. & illa beneficia
ſic reſignata quis repetere poteſt. capit.
2.& .3. de his quæ vi met. ve cauſa fiunt.
& non valenti agere non currit præſcri-
ptio. l.1. in fine. C. de anna. exceptio. &
quandiu durat metus, non poteſt agere,
ergo non curret præſcriptio iſta trienna-
lis.glo. & doct.in.c.2.&.c.quia. de conceſ-
ſio.præb. Sic nō dicitur profeſſa filia quæ
per annum ſtetit in religione, ſi coacte in-
greſſa ſit, etiam ſi fecerit profeſſionē.glo.
ſing.in.c.præſens.20. q.3. quā ſing. notat
Alex.in.l. ſi cum dotem.§. eo autem tem-
pore.col.4.ff.ſolu.matri.glo. & Panor.in
c.1. quod met.cauſ. quod eſt valde notan-
dum ſecundum Iaſ. in.§. quadrupli. col.7.
nu.62.inſti.de actio. contra nobiles haben
tes filias claudas vel gibboſas aut aliter de-
formes, cogentes eas facere profeſſionem,
quia per hoc vitiatur ingreſſus & profeſ-
ſio, ſecus in matrimonio carnali. Hippol.
ſing.347.
¶ Idem in procuratoris conſtitutione. Ho
ſtien. & Panor.in.d.c. abbas. & ibi Imol.
col.fina.facit.c. ad audientiam.& ibi gloſ.
&.c.cū dilect⁹.de his quæ vi metuſve cauſ.
fiunt. An metus purgetur, vide Bal.in.l.2.
C.quod met.cauſ.Card. cōſil.137. & De-
cius conſil.219.viſo.col.3.in.2.dubio. 4.q.
231 cle.multorum.de pœnis. ¶ Ex hoc fit regu
la, quod violētus ipſo iure perdit ius quod
habebat in dignitatibus, perſonatibus, vel
alijs quibuſcūq; beneficijs occupatis ꝑpria
auctoritate, in odiū violenti.d.c.eum qui.
de præb.lib.6.c.placuit.16.q.6.quia fur eſt
& latro.Io.10.c.cum non intret per oſtiū.

Violentus perdit ius quod habet in beneficio, fallit, vt infra.

232 ¶ Intellige quando quis apprehendit poſ-
ſeſſionem beneficij poſſeſſi per alium inui-
to & contradicente poſſeſſore. ſatis enim
dicitur violentia illata, & quis ſpoliari, ſi
alius propria auctoritate ingrediatꝛ poſſeſ-
ſionem in qua ſum.l.clam poſſidere.§. qui
ad nundinas.ff.de acqui.poſſe.& ibidē not.
Bar.& alij.
¶ Siue is qui erat in poſſeſſione, eam dimi 233
ſerit dubitans ſe poſſe repelli, ſiue nō, quia
licet non dimiſerit poſſeſſionem, tamen in
ea paſſus eſt violentiam, & turbationem,
& vbi ſolus erat in poſſeſſione libera, mo-
do ſociatus eſt, & turbatus, ob quam datur
tędialis poſſeſſio, ſicut tędio affectis, vt ve
niant reſponſuri.c. quoniam.vt lite non
conteſta.hoc tenet Lapp⁹ allega. 127. A-
naſtaſius in.4.quęſtio.
¶ Intellige niſi quis apprehendiſſet poſſeſ 234
ſionem per procuratorē generalem, quia
non intelligitur datus ad illicita.l.ſi procu
rator.ff.de condict.indeb.c.cū in generali.
de offic.vica.lib.6. Ideo per eum non pri-
uabitur iure ſuo dominus, qui ad hoc po-
teſtatem procuratori non dedit.
¶ Falit niſi expreſſum & ſpeciale manda- 235
tum eidem dediſſet, quia tunc perinde eſt
ac ſi principalis feciſſet.l.1.§.deieciſſe.ff.de
vi & vi arma.
¶ Secundo fallit quādo ratum habuit ex- 236
preſſe vel tacite poſtea, arg.c.cum quis. de
ſenten.excommunic.lib.6. Et præſumitur
ratum habere, quando ſciebat procuratorē
ſuum dicta poſſeſſione vti, vel ſuo nomine
primum poſſeſſorē moleſtare, ſi non pro-
hibuerit.c.nō eſt dubium. de ſent.excom. 237
¶ Intellige ergo quod quando quis violē-
tiam non commiſit, licet propria auctori-
tate ingrediatur beneficium, tamen non
priuatur iure ſuo, ſi præcedat iuſtus & le-
gitimus titulus. Nico.de milis in reper.in
verbo beneficiū.i.58.q.bnficij poſſeſſionē.

Auctoritate propria ingrediēs beneficiū ſine violētia cū iuſto titulo eo nō priuatur.

¶ Item ſi ſententiam habuerit quis pro ſe, 238
& propria auctoritate ſine vi tamen occu-
pauerit poſſeſſionē, nō priuatur iure quod
habet.de rota deciſio.417.ſi pro ſpoliato.
in no.licet contrarium teneat Calder.in.c.
cum noſtris.q. 6.de conceſſio. prębend.&
cogitādum reliquerit Peruſ. in.d.c.eū qui.
§.inſuper.Feli.in.c.de cætero.col.penult.
de re iudic.
¶ Limita qn̄ fieret violētia iudicis, vel ſu- 239

De clara. c. eũ quis de præbẽ. in.vj.

perioris auctoritate. Io. And.ĩ.d.c. eũ qui.
Aufre.in deciſ.capellę Tholoſa.q.443.Itẽ
&c.an habẽs.vbi dicit pœnã.c.eum qui,nõ
habere locum in hoc caſu.Itẽ priuatur vio-
lẽtus iure, etiam ſi is qui eſt in poſſeſſione,
non reſiſteret,dum tamen non conſentiret
expulſioni de ſe factæ.l.ſi quis.ff.ne vis fiat
ei.l.is cui.§.miſſus.ff.vt in poſſe.lega.l.me-
minerint.C.vnde vi.Ita expreſſe tenet In-
noc.in.c.cum noſtris.in.glo. credimus. de
conceſſio.præbend.Oldra.conſil.319.ſuper
executione.col.j.

240 ¶ Non tamẽ habet locũ pœna. c.eum qui.
quando quis ingereret ſe adminiſtrationi
epiſcopatus,ſine expeditione bullarum,ad
quem eſt tranſlatus.Io.And.in.d.cap.eum
qui.Dec.conſil.319.viſo puncto.col.vlt.vi-
de Domi.& Philip.in.c. cum ſingula §.j.
de præbend.lib.vj.

241 ¶ Procedit etiã.d.c.eum qui,in officijs re-
gijs.nam dicitur in.l.fina.C.de off.magiſt.
officio.Sed ſciat is,qui ſine ſacro reſcripto
ad eãdem peruenire militiam auſus fuerit,
non ſolum ea ſe priuari, verũetiam pœnæ
xx.librarum auri ſubijci.Io.de terra rubea
in tract.contra rebelles regum.arti.2.ſecũ-
di tracta.verſ.octauus effectus.quod in re-
gno non vidi ſeruari.

Auctorita[te] propria [i]n officia quis cape[re] debeat

242 ¶ Item non debet quis propria auctorita-
te apprehendere poſſeſſionem,etiam ſi ha
beat canonicũ titulũ ,ſed debet auctoritate
illius a quo habet cauſam,ſiue conceſſionẽ,
ſiue habeat a papa.c. paſtoralis.de priuile.
ſiue ab epiſcopo.c. cum veniſſent.de reſtit.
ſpolia.l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acqui. poſ-
ſe.d.c.eum qui.l.fi.C.de agentib.in reb.lib.
12.l.non aliter.C. de palat.ſacra. largi. eo.
lib.l.neminem.de re milita. eodẽ lib.de ri-
pa.cõſil.18.rub.de reſcrip.tamen ſi expedi-
tis bullis quis ſine executore adipiſcat poſ-
ſeſſionem,non eſt intruſus.Domi. & Phi-
lip.in cap, ſi tibi abſenti. & dicto cap.eum
qui.de præb.in.vj.& in regu.cancella.

243 ¶ Item inquantum glo.in verbo violentus
eodem titu . in pragma.ſanct. tenet quod
habens canonicum titulum,non poteſt ap
prehendere poſſeſſionem beneficij propria
auctoritate . Salua eam procedere in caſi-
bus ſequentibus , licet regulariter contra-
per textum in cap.tranſmiſſam. de electio.
vbi electus & confirmatus adminiſtrat ſi-
ne alia poſſeſſione apprehenſa , & ibi hoc
tenent Innocen.Cardin.Panorm. idem in
cap.noſti.illo titu. & vtrobique plene per
doct.cap.auaritiæ.de electio. lib.vj.& Au-
fre.in deciſ.Tholoſa.q.443.Item fuit quę-
ſitum an habens . quia per electionem ac-
quiritur ius adminiſtrandi, per confirma-
tionem exercitum , alioqui nil prodeſſet
confirmatio,glo.in ca.quanto.63.diſt. Ni-
cola.de Milis in verbo beneficium.q.58.&
in verbo poſſeſſio.q.103 . poſſeſſionem be-
neficij.& in verbo poſſeſſorium.§.38.Car-
din.in clemẽ.vt hi qui.q.8 .de ætate & qua-
litate . Imo ſi confirmatus ceciderit a poſ-
ſeſſione, poterit eã propria auctoritate in-
gredi,ſi inuenerit eam vacãtẽ.Inno. Imol.
& alij in cap. ex parte.col. penult. de arbi-
tris.

[Ceſſio … bene[ficij] …] [Pro]pria [au]ctori[tate] appr[ehen]dere poſſit

¶ Vide ſeptem caſus in quibus quis poteſt 244
adminiſtrare ante cõfirmationem per Phi
lippum Francum in cap.auaritiæ.de elect.
in.vj.

¶ Et ſi illa iura loquantur de electione & 245
confirmatione,idem tamen eſt in collatio-
ne, quæ habet vim electionis & confirma-
tionis, vt propria auctoritate ingredi poſ-
ſit poſſeſſionẽ beneficij ſibi collati. Feder.
conſil.234.ſuper primo. col.2.& idem de
pręſentatione facta de beneficio & inſtitu-
tione ſubſecuta, vt præſentatus poſſit poſ-
ſeſſionem ſua auctoritate apprehendere.
Rochus Curtius in tracta . de iure patro.
in verbo ius.quæſt.5.Nicolaus de Milis,in
verb.poſſeſſorium.§.48.

¶ Simile ponitur in tutore , qui ſtatim ad-
miniſtrat.l.j.ff.de adminiſtra.tutor.glo.in
dicto cap. cum ſuper. circa finem de cauſa
poſſeſ.& proprieta.

¶ Nec obſtant iura quæ videntur requirere 246
inſtallationem , quia intelligi debent quo
ad ſolennitatem,non de ſubſtantia admini-

ſtrationis, vel debent intelligi quod requiritur inſtallatio, quando hoc habet conſuetudo, alias non. Innocen. & alij in cap. in literis. de reſtitu. ſpolia.

247 ¶ Primo procedit quando eſſet cõſuetudo quod electus & confirmatus non poſſet apprehendere poſſeſſionē ſine ſuperioris auctoritate, quia ſicut poteſt acquiri conſuetudie poſſeſſio, ita poteſt operari ne acquiratur niſi certo modo. c. 2. de cõſuet. Philip. in d. c. auaritiæ. col. 2. facit. c. i his. 11. diſt. c. in nomie. 23. diſt. Panor. & alij in dicto. c. cum ſuper. circa finem. de cauſ. poſſeſſ. facit glo. ſing. in authen. vt præponat. no. impera. colla. 2 §. j. quæ vult omiſſionem ſolennitatis ex ſola conſuetudine introductę, vitiare actum.

248 ¶ Secundo procedit glo. quando aliquis eſſet in poſſeſſione beneficij, tunc non licet alicui ꝓpria auctoritate illud poſſidere, quia ſecus faciendo eſſet ſpoliare poſſeſſorē propria auctoritate, quod nõ licet, vt in. c. eum qui. de præbē. in. 6. Bal. in. l. fina. q. 5. C. de edicto diui Adria. tollen. Et iſta eſt communis opinio, teſte Roch. de Curte in tracta. de iure patro. in verbo ius. q. 5. de Ripa in lib. 2. Reſponſo. de reſcript. c. 31. quæritur. Panorm̃. poſt Innocen. in cap. cum ſuper. circa finem. de cauſa poſſeſſ. cap. licet. in. 2. de præbend. lib. vj.

¶ Nec obſtat. l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acqui. poſſeſ. quia loquitur quãdo aliquis erat in poſſeſſione. ſi vero res eſſet vacans, licitũ eſſet poſſeſſionē apprehendere, ꝓpria auctoritate, vt dicit ibi Iaſ. limita. 4. p. l. fiſtulas. §. j. ff. de cõtrahen. empt. glo. in. l. j. ꝑ dote.

¶ Nec obſtat. d. c. eũ qui. quia loquitur in eo qui violentiam adhibuit. vide reſpon. ad alia iura per Ioan. de ſelua in tracta. de benefi. in. 3. parte. q. 15. Fallit tamen in cle. vna §. j. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. & ſic quando poſſeſſio hæreditatis a nemine detinetur, non eſt neceſſe intentare remedium. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollē. ſed põt hæres propria auctoritate poſſeſſionem capere. Iaſ. ibi, & Innoc. in. c. cum in officijs. de teſta. Petr. de ferra. in ſua practi. in forma libelli quo petitur hæreditas ex teſta. in verbo, iniuſte occupauit.

¶ Nec obſtat. l. non dubium. C. de legat. quæ etiam loquitur quando legatarius apprehenderet rem legatam ab alio occupatam. ſecus ſi a nemine poſſideret, quia tunc poſſet. doct. ibi. gl. no. in. c. ſi. in glo. penul. de ſucceſſ. ab inteſta. Sic conſuluit Roma. de legatario vſusfructus, conſil. 312. circa propoſitã. Deci. conſil. 243. vt clarior. col. penult. & ſequent. & conſilio. 424. proponitur. col. vlt. & Benedict. in repet. ca. Raynutius. in verbo ſi abſque. in. 2. de legatis. num. 145. cum ſequent. de teſta. Facit quod not. Innocen. Panorm. & alij in. c. cum ſuper. in fi. de cauſa poſſeſ.

¶ Vbi dicunt beneficiatum poſſe agere nomine eccleſiæ ſibi collatæ, antequam adeptus ſit poſſeſſionem illius, quando illud beneficiũ a nemine detinebatur, alias cõtra, quia eſſet ſpoliare poſſeſſorem propria auctoritate, quod eſt prohibitũ in. c. placuit. 16. q. 6. & d. ca. eum qui. Nicol. de milis in verb. poſſeſſio. §. 94. poſſeſſio quæ erat. & in verb. poſſeſſorium. §. 47. 249

¶ Item facit quod not. Inno. & Imol. in. c. inter quatuor. col. 2. de maiori. & obediēt. vbi dicunt ꝙ eccleſia quæ labitur in hæreſim, vel ſchiſma, perdit iura ſua, & poſſeſſionem illorum. ſi tamē redierit ad fidem, poterit poſſeſſionem apprehēdere propria auctoritate, ſi per aliũ non fuerit occupata.

¶ Idē ſi epiſcopus fuerit confirmatus, quia ſtatim poterit beneficia conferre, vicarium facere, & alios actus exercere, ſi nemo ſit in poſſeſſione illius dioceſis. Io. de ſelua ĩ trac. de benefic. in. 2. par. q. 15. de Ripa. d. lib. 2. reſpoñ. c. 31. quæritur. videtur contrarium conſulere. ibi licet cernere. 250

¶ Imo fortius habens canonicũ titulum, ſi per vim occupet beneficiũ a nemine detentum, nõ priuatur iure ſuo, nec dicitur intruſus. Domi. & Philip. in. d. c. eũ q. tum quia non dicitur temerarius, cum habeat titulũ, licet largius ſumatur quàm violētus. glo. 251

no.in cap.tua nos. de ſenten. excommuni. ita in prouincial.fol.60.verſi.habens canonicum. Temerarius eſt, qui actu a iure reprobatum cōmittit.Domi.Archidia.& alij in dicto cap.auaritiæ.de electi. lib.vj.& dicto cap.cum qui.tum quia non eſt violentus, de quo loquitur ille tex.ibi, violēti.&c.

252 ¶Tertio procedit dictum glo.quando eccleſia daretur ad proprios vſus, id eſt vniretur alteri eccleſiæ,tunc ſine auctoritate ſuperioris non licet ingredi poſſeſſionem, quam nunquam habuit.cap. paſtoralis. de priuileg.niſi ex licentia papæ,vt ibi.& papa vniēdo non intendit præiudicare iuri epiſcopi.c.ſuper eo.de off.delega.Petrus de Peruſ.in tracta.de vnione eccleſia.c.2.q.2.

¶Ratio diuerſitatis eſt,quia quando conceditur beneficium ad proprios vſus, videtur conceſſum vt quædam proprietas, & cauſa poſſeſſionis & proprietatis eſt ſeparata,& nihil habent cōmune.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſſeſ.Ideo nō licet etiam domino intrare poſſeſſionē inuito poſſeſſore. dicto cap.placuit. &.d.l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.Sed quando conceditur in titulum, videtur concedi poteſtas adminiſtrandi, & ſic conſiſtit illa conceſſio circa incorporalia,& in acquiſitione iſtorum iurium incorporalium ſufficit patientia domini. l.quotiens.ff.de ſeruit.quā patientiam & auctoritatem habuit ſtatim atq; ſuperior cōfirmauit electionē de eo factam,vel ſibi beneficium contulit.d.c.trāſmiſſam.& hoc eſt notandum ſecundū Panor.in.c.cū veniſſent.col. penult. de inſti.

253 ¶Quarto procedit quando eccleſia concederetur in commendam,quia cum ſit quaſi depoſitarius,non poterit propria auctoritate poſſeſſionem apprehendere. glo. & doct.in.c.nemo.de elec.lib.6. Roma.cōſilio.350.in caſu.col.j.& ſequen.

254 ¶Quinto procedit, quando non leuaſſet literas apoſtolicas, quia confirmatus ante non poterit adminiſtrare.d.capitu. auaritiæ. Aliàs incurreret illam pœnam. c.iniunctæ.de elect.in extrauag. communibus in maioribus dignitatibus.

255 ¶Sexto procedit quando habuiſſet confirmationem ab eo qui non eſt loci ordinarius.Antho.& Feli. in.c. ne Dei.col. 2. de ſimo.dicens hanc opinionem in practica ſeruari,vt poſſet propria auctoritate apprehendi poſſeſſio.

256 ¶Quæro, quid ſi violentus petit a papa ſibi confirmari beneficium per vim obtentum,& papa hoc facit, & poſtea poſſedit per triennium, & vltra, an poſſit moleſtari? Videtur quòd nō, quia videtur purgare violentiam a papa impetrando. Breui reſpon. contrarium, quia quando quis occupauit beneficium, vel aliam rem per vim,& poſtea facit ſibi a ſuperiore confirmari, & cōcedi, illa cōceſſio nō valet, nec tribuit ius.tex. aureus in.l.auctoritate. C. vnde vi.& tex.i.l.2.& ibi glo.C.de fund. & ſalti.rei do.lib.xj.Alex.cōſilio.3. ex his quæ.numero.13.col.vlt. in.5.volu.Barba. cōſilio.41.illud afferā.col.4.& cōſilio.63. ſapienter.col.x,in.1. volu.& conſilio. 24. clemētiſſimi.col.2.i.2.volu.& cōſilio.13.a Ioue.col.xj. volu.3.cōſil.55.clemētiſſimū. col.1.in fi. & ſequen.in.4. volu.Curtius in tract.de feud. in.2.par.q.3. Feli. i.c.poſtulaſti.col.18.verſ.circa quartum.de reſcrip.

¶Quia ea quæ ſunt iuri contraria, nunquam intelliguntur confirmata. Bald. in cap.2.in princi.col.2. per quos fiat inueſtitu. per gloſ. in dic.l.2. de ſalti. rei do. nec cōfirmatio facta de intruſo,valet.Bal. in.c.in literis.col.fina.de reſti.ſpoliat. Itē gratia non faciens mentionem de illicita occupatione beneficij, non valet. Panor. in cap.præterea.vlt.no.de iure patro.& in cap. quiſquis. de elect. Domi. in.d. cap. eum.de præbend.lib.vj. Feli.in cap. in noſtra.correl.2.de reſcript.& ſic titulus non eſt coloratus.

257 ¶Limita qn̄ papa ex certa ſciētia de nouo cōcederet inuaſori expreſſe habita mētione itruſionis,& violētię, quia tūc videt illā violētiā remittere,& de nouo cōferre. Salyce i.d.l.auctoritate.Panor.i.c.q̄ſquis.

de elect. &.c.per inquiſitionē.col.3. ibidē.
facit quod not. Barb. in tract. de tyrannia.
q.10. Feli.late in.c.poſtulaſti.col.18.& ſeq.
de reſcript. Barba.d.conſilio.55.col.3.
¶Et hic poſt triennium non poterit mole
ſtari, vt hoc tex. nec obſtat quod violentus
ſemper poteſt moleſtari, verum eſt nō pur
gata violētia, ſed hic purgauit violentiam
impetrando a papa, ergo amplius non dice
bat violētus nec intruſus, quod eſt notādū.
258 ¶Vigeſimooctauo ſunt inhabiles fratres
Fratres minores beneficia nō habeant.
minores, & alij mendicantes, quia hoc eſt
proprie contra regulam illorum, & mendi
citatem. Benedic. in repet.c. Raynutius. in
verbo & vxorē.nu.218. & ſequē. de teſta.
p cle.exiui de paradiſo.de verb.ſignifi.c.cū
ad monaſterium.de ſtatu regula. & de hoc
extat ordinatio regia in rub. de conceſſio.
præbend.in ſtilo parla. 7. parte, quæ bene
ſeruatur in hoc regno, & fuit ſecundū eam
prolatū arreſtum Tholoſæ nuper, vt habui
ab egregio & doctrina admirabili, clariſſi
mo viro domino de Serta, ſenatore regio
in dicto parlamento.
259 ¶Vigeſimonono regularis eſt inhabilis ad
beneficia ſecularia, & contra.§. ſtatuimus.
de colla.in concorda. & dicit Ouid. Quàm
male inæquales veniunt ad aratra iuuenci.
Io. Fabri in rub.inſti.de nup. & Bal.in.c.cū
cauſam.de elect.de Viaxio.in tract.de elec.
c.7.ſecūdę partis. Rationi non congruit, vt
homines diuerſæ profeſſionis in vnum ſo
cientur. clemen.j.de elect. & ibi dicit Bar
ba. quod ius & ratio abhorrent in vnita
te deformitatē & diuerſitatem. vnde vnū
in eſſentia, debet eſſe in apparatu, & for
ma exteriori.
260 ¶Trigeſimo mulier eſt inhabilis ad be
neficia eccleſiaſtica. Innoc. & alij in.c. cum
noſtris.de conceſſio. præbend. dixi ſupra
ī.j. amplia.vbi poſſunt habere prelaturas.
¶Item non baptizatus, quia nō poteſt or
dinari.c.ſi.de preſbytero non baptizat.
¶Item qui interdictum violauit, dicitur
inhabilis.capitu.1. de poſtula.prælat. quia
eſt irregularis.cap.is cui.de ſentent. excō
mu.in.vj. & religioſi ſiue ſint exempti, ſi
ue non, ſunt excommunicati. clemen.j. de
ſent.excommu. & qui alios inuenerit, hic
addere poterit.
¶Notandum eſt quod licet homicida & 261
Homicida nō eſt ipſo iure priuatus beneficio.
quidam ſupra nominati ſint inhabiles ad
beneficia obtinenda, tamen non ſunt ipſo
iure priuati beneficijs obtentis, ſed per ſen
tentiam ſunt priuandi, niſi illi quos proxi
me referam. & hoc probatur per tex. in.c.
clericis.ibi, honore priuetur & loco.ne cle
ric. vel monach. quod loquitur de homi
cida.capitu. ex literis.de exceſſib.prælato.
Card. in clemen. conſtitutionem.§. cæte
rum.in fi.de electio. Panor. in cap.vlti. in
2.notab.de exceſſi.prælat. & in cap. item
cum quis.in glo.2.de reſtitu.ſpolia. & .c.cū
noſtris.de conceſſio.pręb. col.vlt. Iohan.
de Anania ī.c.2. de cleric. pugnā. in duel
lo. Feli.in.c.de quarta.col.49.de pręſcrip.
facit.c.ſtudeat.50.diſt.ibi, eccleſiæ ſuę. Et
ibi hoc tenet Prępoſit.col.2.c.ſi tibi abſen
ti.de pręben. lib.vj. Licet Archi. & Domi.
inducant illū tex. contra. & Dec.ī.c.dile
cti.col.1. de except. Soci.i.c. poſtulaſti. de
foro competent. & iſta eſt communis opi
nio teſte Ferra.in cautel.44.canonicus.
¶Imo homicida ſi eſſet per ſententiam cō 262
demnatus pro homicidio, non eſt bene
ficio priuatus, niſi per ſententiam priue
tur. Præpoſ.in.d.c.ſtudeat.50.diſtin. cap.
fraternitati.de cleri. excommuni.miniſt.
Bal.in.l.cum fratrem.col.3.C.de his quib.
vt indig. Feli. & Decius in.c.2.col.3.verſi.
circa.de reſcrip. & .c.ſciſcitatus.col.1. & .2.
ibidem Feli.in.d.c. inquiſitionis.col.1. &
ſequen. Aufre. in deciſio. ſuis quęſt. 436.
item &c. an ſi cōtra. De viaxio in tracta.
de elect.2.parte.q.30.
¶Etiam ſi eſſet homicidium ex induſtria 263
perpetratum. Aufre.q.207. Collecta.ī.d.
c.īquiſitionis.ideo cautela eſt, vt ante ſentē
tiā renūciet in fauorē amici ſui, & poſtea
īpetret diſpēſationē a Roma.pōtifice, &
rehabilitationē, quā vocāt, demū is ī cuius
fauorē renūciauit, iterū reſignet, & eidem

papa cõferat.Feli.in.d.c.inquiſitiõis. col.j.
Thomas ferra. d.cautela.44.Et ideo facit
fructus ſuos,donec priuet. Panor.i.c.itẽ cũ
qs.de reſtitu.ſpoliat.Feli.in.d.c.de quarta.
Tamẽ ſi poſtea priuet,eos reſtituit eo mo-
do, quo prædo & intruſus.l. prædonis. ff.
de petitio.hæred.& ibi Ang.& Paul.quod
poteſt de facto milies cõtingere teſte Hip
poly.ſing.268.verus poſſeſſor.Secus eſt in
illo qui eſt ipſo iure priuatus, qui omnes
fructus reſtituit a die cõmiſſi criminis.glo.
ſing.in authen.de inceſt.nupt.in verb. im-
minere.colla.2.Bal.in Margarit. in verbo
priuatio.l.eum qui.ff.de his quibus vt in-
dig.Multa congerit more ſuo. d. And.Ti-
raquel.in repe.l.ſi vnquam.in glo.reuerta-
tur.nume.219.C.de reuocan.donatio.

264 Ipſo iure quis non priuatur beneficijs fallit vt infra.

264 ℂRegula ergo eſt,quod homicida vel ali⁹
delinquens non eſt ipſo iure priuatus ſuis
beneficijs.Io.de Ana.in.c.fi.de homici.Pa
nor. Feli.& alij in. c. querelam.de iureiu-
rand.nam priuatio nõ inducitur niſi in ca-
ſibus a iure expreſſis,per glo.in.c.fi. de iu-
re patro.l.ſi ſeruum.§.prætor.ibi, nõ dixit
prætor.ff.de acqui.hæred.l.at ſi quis §.di-
uus.ff.de religio.§.ſin autem.ibi, nec quæ-
libet eſt lex aliquid tale dicens. in authen.
de non eligẽ. ſe. nubẽ.colla.1.c.ſi compro-
miſſarius.de electio.lib.vj.
265 ℂPrimo fallit in crimine hæreſis. c. cũ ſe-
cundum leges.&.c.vt commiſſi.de hæreti.
lib.6.& dixi ſupra limitando per.c.ad abo-
lendam.de hæret.
ℂSecundo fallit in crimine ſimonię. Feli.
in.c.inſinuatum. per illum tex.de ſimo. &
c.2.col.3.de reſcript.& in extrauag.cũ de-
teſtabile.illo tit.in communibus.vide glo.
in.c.niſi.in verb.ſed duntaxat.de renũciat.
ℂTertio in.c.felicis. de pœnis. lib.vj.vbi
loquitur de percutiente cardinalem, vt ſit
ipſo iure priuatus ſuo beneficio.
ℂQuarto in cle.multorum.de pœnis,quæ
loquitur in eo qui cepit clericum, & in car
cerib⁹ detinuit,donec reſignaret beneficiũ,
quia ſi iferior epiſcopo fuerit,ipſo iure ſuis
eſt beneficijs priuatus, vt ibi cernere licet,
ℂQuinto in violẽto.in.c.cum qui.de præ-
bend.lib.6. & ſupra dixi.
ℂSexto in homicida qualificato,de quo in
c.1.de homicid.lib.vj. Idem ſi interfecerit
parentes,vel alterum,ſeu fratres, aut cleri-
cum.Feli.in.d.c.inquiſitionis. vide Ioã. de
Ana.conſil.63.præſuppoſito.
ℂSeptimo in falſario literarum papæ.c. ad
falſariorum.de crimine falſi.vide tex.in.c.
in quibuſdam.ibi, & beneficiati beneficiũ
prorſus amittant. de pœnis. alios caſus ſi
inueneris, hic addere poteris bone lector.
ℂQuinto regula prima fallit qñ trienniũ 266
non eſſet cõpletum, etiam ſi parum reſta-
ret,tunc ante trienniũ completũ poteſt mo
leſtari.glo.eo.titu.in prag.in verbo triẽnio.
arg.c.ad noſtrã.de regula.c.cõmiſſa.de ele.
in.6.cle.vna. in verb. trienniũ. de ſequeſt.
poſſe.& fruct.l.fi.C.de repud.hæred.quia
vbicunq; lex requirit certũ tempus, opor-
tet quod ſit completum,& computatur de
momento ad momentũ.l.3.§.minorẽ.ff.de
minor.l.in omnibus.j. de actio. & obliga.
Nã hic duo requiruntur, videlicet curſus
temporis,ſcilicet triennij, & poſſeſſio pa-
cifica & continua.c. cum de beneficio. &
ibi Philip.Peruſ.no.2.de pręb.lib.6.Boni-
fa.in cle.vna.col.4.de ſequeſt.poſ.& fruct.
niſi lex declaret inceptũ tempus ſufficere.
l.qua ætate.ff.de teſta.c.cũ in cunctis.§.in-
feriora.de elect.cle.vl.de æta.& qualita.&
ibi glo.& doc.nam iſta cõputatio eſt natu
ralis,& tẽpus eſt perfectũ, quod ex omni-
bus ſuis momẽtis conſtat,quaſi ex ſuarum
partium aggregatione tam materiali q̃ for
mali.Bal.in.c.cum viceſimum.in fi.de of-
fic.delega.
ℂQuęreret aliquis,qd ſi quis poſſedit biẽ- 267
nio pacifice,& colorato titulo, demum eo
mortuo alter p ãnũ pacifice, qui vult cõiũ-
gere illũ annũ cũ duobus annis ſui p̃deceſ-
ſoris,an poſſit? Breui reſpõ.quod no,vt te-
net glo.in prag.ſanct.in verb.poſſedit.quia
ſicut in bonis eccleſię nõ ſuccedit iure hæ-
reditario.c.1.de præb.&.c.1. & penult.de
peculi.clerico. ſic nec i titulo beneficij,qui

266 Trienniũ debet eſſe cõpletũ.

267 Tẽp⁹ ſucceſſoris an poſſit cõiũgi cũ tẽpore prædeceſſoris

debet haberi a ſuperiore,ſuccedet. Panor.
& Dec.in.d.c.1.de teſt.tex.in.c.Moyſes.&
c.apoſtolica.8. q.j. Card. in cle.vna.q. 12.
col.4.de foro competen.
¶ Itē quia titulus prædeceſſoris morte fuit
extinctus.c.qui in viuorū.de cōceſſio.pręb.
nam mors omnia ſoluit.§. deinceps.in au-
268 Miraculo ſe reſurgēs bñficiū nō recuperaret nec vxorē
then.de nupt.colla.4. ¶ Ideo ſi beneficia-
tus miraculoſe reſurgeret, nō poſſet bene-
ficiū repetere,ſicut nec vxorē, cum morte
ſit ſolutū matrimoniū. glo. in verbo vacā-
tium. in extrauag.ſuſcepti.ne ſede vacā. in
communibus. glo.in verb.nūq̄. in.c.licite.
32.q.7.facit tex.in.l.cū duę.ff.de captiuis.
¶ Nec refragat tex.in.l.Pōponius.§.cū qs.
ff.de acq.poſſe.vbi ſucceſſor ſucceſſione ſui
autoris vtitur cū ſua cauſa,ſuiſq; vitijs,ſiue
ſit generalis, ſiue ſingularis, etiā reſpectu
poſſeſſionis.l.id tēpus.& ibi Paul.ff.de vſu-
cap.l.emptori.C.de euictio.quia reſpō.lo-
qui in prophanis,in quibus ius pōt in ſuc-
ceſſorem trāſferri: hic in beneficialibus,in
quib⁹ ſucceſſio eſt prohibita,vt ſupra dixi.
¶ Nec me mouet ſi repliceturde.c.cū de be
neficio.ibi,ab vno,vel plurib⁹.de præb.lib.
6.vbi in inducēda præſcriptione vel cōſue-
tudine cōiunguntur tēpora incipientis pręs
ſcribere, & ſucceſſoris.Reſpō. non eſt ibi
mirū,quia ad hoc vt beneficiū dicatur re-
gulare,vel ſeculare,oportet diſpicere a quo
fuerit poſſeſſum,& ſic iūgitur tēpus,vt illa
qualitas cognoſcatur.ſecus quo ad præſcri-
bendū titulum beneficij,vt hic, nec cōiun-
geretur etiā ſi ſucceſſor eſſet ſubrogatus in
ius & poſſeſſionē alterius,per ſupradicta,
quod poteſt fieri, vt no. Rota deciſ. 385.
no. quod ſurrogatus. in antiq. & multa de
hac ſurrogatione dixi in.§. declarantes. in
glo.ſucceſſores.de manda.apoſtol.
269 Probatis extremis poſſeſſio pſumitur cōtinuata
¶ Quæro inſuper,an probatis extremis,id
eſt probato q̄ poſſedit primo anno & ter-
tio,probet poſſeſſio cōtinua.Reſpō.ſic,per
glo.ſing.in.c.volum⁹.16.q.4. vbi dicit ſuf
ficere pbare q̄ poſſedit in principio & in
fine,quia poſſeſſio pręſumit cōtinuata,gl.
& doct. in.l. ſiue poſſidetis. C.de proba.
& ſequit Io.Fab.inſti.de vſucap.in princi.
Bar.& alij in.l.celſus. circa finē.ff.de vſuca
pio.Et Bal.in.l.fin.15.oppo.C.de edict.di-
ui Adria. tollē. Quod intellige & declara
vt p Matheſſila.ſing.117.nota mirabilē do
ctrinam.& Corſet.ſing.incipiēre poſſeſſio
poſſeſſiōis.Panor.& de Ripa in.c.cū eccle
ſia. in glo.3.de cauſa poſſeſſio.& Panor.in
c.accedētibus.de priuile.Feli.in.c.inter di
lectos.col.3.verſi.ex quibus.de fide inſtru.
Barb.cōſi.8.ſapiēter.col.x.&ſeq.in.2.vol.
& cōſilio.37.ſcribit.col.9.verſi. præterea
adduco rationē &c.ibidē. Alex.cōſi.39.vi-
ſis ſcripturis.col.2.verſ.vnde pbato initio.
in.2.vol.late Io.Frāciſ.in repet. d.l.celſus.
quem vide.
¶ Inſuper quæro quid ſi fuerit interrupta 270 Interrupta poſſeſſio an cōtinuetur
poſſeſſio,an poſſit cōiungi tēpus, vtpote ſi
quis duos ānos poſſederit pacifice,& poſt-
ea reſignauit,tamen reſignatio nō valuit,
& ſic reuerſus eſt ad ſuum beneficiū,per.c.
ſi beneficia.de præb.lib.6.An ſi per annū
poſtea poſſederit,poſſit vti hoc decreto cō
iungēdo duos annos cū hoc vltimo? videt
quod ſic,quia nō cenſetur diuertiſſe,qui ſta
tim reuertitur.l.quicquid.ff. de reg. iur.§.
pauonū. inſti. de rerū diuiſio.Crotus in.l.
ſi is qui pro emptore.col.2.ff.de vſucap.
¶ Contrariū videtur verū per tex.hic pro-
ximo.nam non videtur proximū, quando
eſt interruptū.itē poſſeſſio interrupta non
continuatur.l.naturaliter.ff.de acqui.poſſ.
l.Pōponi⁹.§.cū quis.de acq.poſſeſ. Et ideo
quādo præſcriptio interrūpitur,totū tem-
pus præcedens in irritum cedit,adeo quod
op⁹ eſt illā de nouo incohare,& erit neceſ-
ſarius idem temporis curſus,qui primo re-
quirebatur. Panor.in.c.illud. & in.c.cum
non liceat.de præſcript. Bar.& alij in.d.l.
naturaliter.probat tex.in.l.ſi ædes.§.liber-
tas.& ibi Bal.ff.de ſeruit.vrba.prædio.Io.
Franciſ.Balb.in tracta.de præſcript.in.3.
parte ſextę partis pricipalis.& hoc ex ſtri
cto iuris rigore verū eſt,licet opinio cōtra-
ria æqua videatur, vt dixi ſupra amplia.
22.& infra limita.13.

271 ¶ Idem puto ſi per metum coactus eſt re-
Reſignās metu, an hoc decreto iuuet. ſignare, & poſtea rediſt ad ſuum bñficiũ
ſine noua collatione, quod poteſt. c. abbas.
in. 2. notab. de his quæ vi metusve cauſa
fiũt. quod poſſedit per bieniũ. nã ſi ſemel
amiſerit poſſeſſionẽ, nõ ſuffragatur eidem
tempus, ſecus ſi nõ amiſerit poſſeſſionem.
¶ Arbitror tamen ęquius eſſe, hunc metu
renunciantem, ſi poſſederit ante metum
per bienniũ, & poſtea per annũ, quod poſ-
ſit cõiũgi eo reſtituto iſtud tẽpus, tum pri-
mo quia non eſt prohibita acceſſio tempo-
ris in vno & eodẽ, etiã in beneficialibus,
licet in diuerſis ſecus. tũ etiam quia poſtq̃
reſtituitur ſine noua collatione, quod eſt
forti9, vt ſupra dixi: ideo nõ videt amiſiſſe
titulũ, nec poſſeſſionẽ, ergo nõ eſt interru-
pta, vel habetur ac ſi nõ eſſet iterrupta. itẽ
reſtitutio eſt faciẽda, vt vnuſquiſq; in inte-
grũ ius ſuũ recipiat. l. quod ſi minor. §. re-
ſtitutio. ff. de minor. nõ reciperet renũciãs
ius ſuũ, ſi poſſeſſio nõ cõtinuaretur. præ-
terea ciuilẽ poſſeſſionẽ, quæ i aio cõſiſtit. l.
licet. C. de acqui. poſſe. nõ amiſit ſic renũ-
cians, ideo cum reſtituitur ei naturalis, ius
fingit nũq̃ aliũ poſſediſſe, ſed poſſeſſionẽ
ſemp remãſiſſe penes iſtũ, ſaltẽ animo, qui
animus ꝓbatur iuramẽto. glo. i. §. ſed iſte.
iſti. de actio. & iſta opinio eſt ęquior etiã
in reſignãte cauſa pmutationis, quæ nõ eſt
ſortita ſuũ effectũ, & i terminis. c. ſi bñfi-
cia. de præb. li. 6. & vide tex. notab. i. c. 1.
16. q. 6. vbi ſic dicit, ſi quãq; a ſacerdotib9
& autorib9 eccleſiæ quædã ſcripture quo-
quo mõ per metũ aut fraudẽ aut per vim
extortę fuerint, vel vt ſe liberare poſſint,
quocunq; ab eis cõſcriptę vel roboratę fue-
rint ingenio, ad nullũ eis præiudiciũ vel
nocumẽtũ valere cenſemus. ſed ſi poſſeſſio
interrumperetur, eſſet ei nocumẽto, ergo
contra tex. no. bene & vide quæ dico i. 13.
272 limita. infra.
Bñficium nõ perpetuum nõ cõprehendit i hoc decreto. ¶ Sexto limita, quãdo beneficium nõ eſſet
alicui per petuo datũ, ſed ad tempus, vt in
abbate ſancti Sulpitij Bituricẽ. qui ad
triẽnium eligitur, ſi poſt triẽnium deſti-
tuatur, non poterit hoc vti remedio.
¶ Idem ſi religioſo detur beneficium ma- 273
nuale. Domi. de rota deciſio. 1. i antiq. vbi
dicũt quod monacho habenti adminiſtra-
tionem ſeu prioratũ ad nutũ abbatis amo-
uibilem, nõ competit aliquod remedium
in cauſa reſtitutionis.
¶ Primo intellige contra ſuũ abbatem & 274
ſuperiorem, quin illa beneficia ab eo non Monach9 an poſſit poſt trienniũ moleſtari ſup manuali beneficio
obſtante triennio remoueantur. c. cum ad
monaſteriũ. §. tales. de ſtatu regula. c. 1. in
fi. de priuileg. in. vj. Innoc. & alij i. c. olim.
de accuſa. & ideo monach9 ab abbate ſpo-
liatus nõ põt agere contra illũ poſſeſſorio
recuperandę. Bal in. l. cum affirmes. C. de
libera. cau. plene Feli. i. c. cũ dilecta. col. 19.
verſ. monachus. de reſcrip. Imo ſi abbas
conferret monacho tale beneficium ma-
nuale, & promitteret non auferre ei per
vitam, adhuc poſſet auferre, quia talis pro-
miſſio non valet. Archi. in. cap. pręſenti. de
officio ordina. in. vj. Io. de Selua in tra-
cta. de beneficio in. 3. parte. quęſt. 69. Sed
quo ad extraneũ poſſet vti hoc decreto, &
ſic quo ad tertiũ. Bal. vbi ſupra. quia cẽſe-
tur perpetuus, ſi a ſuo ſuperiore non amo-
ueatur, arg. l. ſufficit. ff. de cõdictio. inde-
bit. cum liberas ędes contra alios habeat.
glo. in. l. loci. §. penult. ff. ſi ſeruit. vend. nec
ſua obediẽtia reſpectu abbatis debet eſſe
monacho detrimento quo ad alios: alioqui
religioſus eſſet deterioris cõditionis quã
nõ religioſus, ctra. c. eum qui. de præben.
in. vj. & cõtra id quod dicitur, quod opti-
mam partem elegit ſibi.
¶ Secundo intellige, quod ſi abbas ſine 275
cauſa monachum remoueret etiam a prio-
ratu manuali, poſſet idem implorare offi-
cium ſuperioris, vt ſine cauſa non remo-
ueatur, & ex ſola malitia abbatis, inſtar
ſerui. l. 1. C. de precib. imper. offeren. In-
nocen. in cap. inſinuante. qui clerici vel vo-
uentes. quod bene ſeruatur in Francia,
prout innuit Decius i. c. ad noſtrã. circa fi.
de confir. vtili. quia Frãci adeo ſũt iuſtitię
addicti, vt nullã pſonã ex malitia mole-

ſtari permittant, vide Io.de Selua in tract. de bñficio.q.68.& pauci apud Gallos religioſi ex ſuis beneficijs ſine cauſa deſtituuntur.

¶ Tertio intellige quod licet prior ma-
276 nualis poſſit ad nutum abbatis expreſſe reuocari, tamen per mortem abbatis nõ cẽſetur reuocatus tacite. Panor.in.c.fina.notab.3.col.1. verſi.ex quo infero.de preca. & Dec.in.d.c.ad noſtram. in fi.

277 ¶ Quarto intellige quod non poteſt induci conſuetudo, quod beneficium manuale efficiatur irreuocabile, quia cum illud ſit in facultate abbatis, ſi non eſt vſus tali facultate, conſuetudo nõ inducitur, nec prę ſcriptio, quia in actibus merę facultatis cõſuetudo induci non poteſt. Panor. & alij in.d.c.ad noſtram.& in.c. Iohannes.in fi. de cleric.coniugatis.

¶ Sic nec ſtatutum ligat ſucceſſorem, quo
278 cauetur quod ſolus abbas non poſſit reuocare beneficiatos ad clauſtrum, quia abbas in pręiudicium ſucceſſoris nihil poteſt facere ſine auctoritate epiſcopi, nec alienare nec locare, nec ſtatuta monaſterij alterare.c.abbatib9. &.c.alienationes.12.q.2.ſic conſuluit Federi.conſil.259.caſus talis.

279 ¶ Quinto intellige, quod ſi illud beneficiũ manuale eſſet per papam cõfirmatum, nõ poterit remoueri etiã ab abbate.Io. And. Domi.& alij in.c.præſenti.de off.ord.lib. vj.& in cap.cum ſingula.de præbend.eo; Imol.in cap. niſi.col. penul. de prębend. quia quando princeps cõcedit aliquod beneficium, intelligitur concedere pleno iure. Bal.in.l.beneficium.ff.de conſtitu.princip.allegat.§. illud.in authen. conſtitutio quæ de dignita.colla.6.

¶ Quod intellige quando eſſet facta confirmatio ex certa ſcientia papę, quia tunc efficitur obedientiarius papę. ſecus ſi confirmatio fuerit facta ſimpliciter. Panor. in c.niſi eſſent.in fine de præbend. Card. in cle.1.in verbo reuocari.de ſupplend.negli. prælato.facit quod dicit Archi.i.d.c.præſenti.quod ſi papa conferat prioratũ monacho, non tenebitur renunciare ad præceptum abbatis, quia quantum ad hoc eſt emancipatus.c.ſi monachus.16.q.1. & ſequitur Barba.in.c.cum acceſſiſſent.numero.85.cum ſequẽ.de conſtitutio. Et ſic etiã hoc decreto iuuaretur contra ſuperiorem. hodie tamẽ monachi beati Benedicti poſſunt conſtitutione benedictina dictante remoueri, etiam ſi a papa confirmati vel inſtituti fuerint, & hoc ex cauſa rationabili, perinde ac ſi a ſuis ſuperiorib9 eiſdem eſſet prouiſum, vt patet in conſtitu. Benedicti.c.32.de obtinentibus benef. ex colla. apoſto.& ſicut alij ſint ſubiecti.

¶ Sexto intellige, q̃ñ beneficiũ ſui natura 280
eſſet perpetuum, tunc per abbatem nõ poſſet remoueri, quia talis collatio intelligitur facta cum ſua qualitate.cle. vna de ſupplen.negli.prælator.&.c. vno de capellis mona.not. Philip. Peruſ.in.d.c. pręſenti. & tunc non poſſet moleſtari. diſſimile eſt ſi papa ad tempus concederet, quia poſt tẽpus poſſet moleſtari, quia actus agentium vltra intentionem non operabuntur.l.non omnis.ff.ſi cert.peta. & quod papa ad tẽpus concedere poſſit, probatur in.c. paſtoralis.7.q.1.& ibi glo.& in cap.ſi gratioſe. de reſcrip.glo.in.§. itẽ ordo. in verbo perpetuis.de colla.in prag.& in regula cãcell. 37.Corne9 cõſil.223.viſis.in primo volu. ſi tamen per expectatiuam ſeu mandatũ papę bñficiũ manuale obtineatur, nõ efficitur perpetuum. Feli.in.c.cõſtitutus.col. 5.verſi.authoritas.i fine de reſcrip. quia illa collatio cenſetur eſſe facta cum ſua qualitate. intellige vt ſupra dixi, & proxime dicetur.

¶ Septimo intellige quod ſi papa cõcede- 281
ret monacho, vt toto tẽpore vitę prioratum retinere poſſit, tunc non poterit moleſtari per abbatem, imo ex poteſtate ordinaria & ſine cauſa papa non poſſet eũdẽ remouere, quia beneficium perpetuum reputatur. Innoc. & Panor.in.c.cum inter R.de electio.in.3. not. & glo. in.c. porrecta.de cofirma. vtili. Et poſt quam conſtat

de voluntate & poteſtate papę,illa erit ſer
uanda.tex.in. c.ſi quando.de reſcript.

282 ℭ Vltimo intellige,quod licet in aliquibus
caſibus ſupra expreſſis monachus non poſ
ſit remoueri a ſuo beneficio,tamen in alijs
remanet ſub iuriſdictione ordinarij, vnde
poterit in manibus eius renunciare,& per-
mutare,per tex. in cap. per tuas.de maio.
& obedien.Panorm.& Deci.in cap.ad no
ſtram.de confirma. vbi dicunt quòd ſi col-
latio facta ſit a ſummo põtifice immedia-
te de prioratu manuali, an is prior poſſit
per abbatem remoueri? quòd ſic conclu-
dunt.Fallit tamen,vt ibidem per eos,quos
vide. Et an religioſis poſſint cõferri benefi
cia ſecularia,vide tex.in cap.quod dei timo
rem. de ſtatu mona.Ioann.de ſelua in tra-
cta.de benefi.3.parte.quæſt.70.vide ſupra
amplia.xj.

283 ℭ Septimo principaliter reſtringitur in eo
qui poſſediſſet collationem beneficiorum
per trienniũ,quia poterit etiam poſtea mo
leſtari.cle.j.vt lite pend.vbi dicitur in glo.j.
quod illa clemẽ. loquens in beneficio, non
procedit ſi agatur ſuper pluralitate, vel ſu-
per inſtitutione, vel collatione, dicendo eã
non eſſe canonicam, quia is qui præſenta-
uit, non erat patronus. Item agitur de be-
neficio,vt de proprietate.non procedit il-
le tex.clemen.diſpendioſam.de iud.vbi di-
citur in glo. quod cauſa dicitur beneficia-
lis, quãdo agitur de beneficio vt de titulo,
ſecus quãdo agitur de beneficio vt de pro-
prietate, vtpote quia dico illud beneficium
ſpectare ad collationem meam,vel præſen
tationem. c.cum eccleſia.de cauſa poſſeſ.&
quia hoc decretum tantũ loquitur de poſſi
dente beneficium,ergo non intelligitur de
poſſidente collationem beneficiorum. &
ita teneo, quia non conueniunt verba tex.
& ſic nec diſpoſitio.

[margin: ...llationẽ ...neficio ...m poſſi ...ns non ...uat hoc ...reto.]

284 ℭ Octauo fallit quãdo papa ex aliqua cauſa
haberet collationem pro infecta poſt trien
nium,tunc poſſet moleſtari,quia cum in be
neficijs habeat pleniſſimam poteſtatem,cle
ment. prima. vt lit. pend. illam clauſulam
apponere poterit.cap. quæ in eccleſiarum.
de conſti.vbi papa caſſauit nedum conſtitu
tiones,verum & venditiones ex eis factas.
facit glo.reputata ſing. in clementi.vna de
immu.eccleſia. in verbo pro infectis. quæ
dicit,Vide quanta eſt papalis poteſtas circa
ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo,
quia reuocat illa vt ex tunc: & ſi excom-
municatus indigeat abſolutione, tamen
quando antiqua lex ex qua fuerat excom-
municatus,eſt habita pro infecta,tunc non
indiget abſolutione.Ita tenet addit. ad Pa-
norm.in cap. quia.in.j. de electio. per di-
ctam glo.ſequitur Barb.in clemen.j.col.8.
de electi. & conſilio.9.ſupremi.col. penul-
ti.in.1.volumi. & conſil.3. clementiſſimi.
colum.3.in.2.volum.& conſil.48.præcla-
re.in fine.& conſil.60.illud. colum.12. ibi-
dem.& conſil.13. a Ioue.col.4.& ſequent.
in.3.volu.& conſilio. 42. deum inuocent.
& conſil.78.illud.col.3.& ſequent.in eodẽ
volu.Panor.conſil.84.illud.col.2.in.1. vo-
lu.Feli.in.cap.fina.de conſtitutio. Moder.
in cap.j.de iud. vide.l.ſi ex precio. ibi, ſi-
mulatis pro infectis habitis. C. ſi cert.
pet. l. non dubium. de legib. l. creditor.
de dona.inter vir. & vxo.§. fina.de non a-
lienan.reb.eccle.colla.2.Quod non proce-
dit in præiudicium tertij. Cardina. & Fe-
li.in cap.fina.colum.4. de conſtitu.& cap.
ad petitionem.col.2. de accuſa. Barb.con-
ſilio.13.col.6.in.3.vol.Calder.conſil.12.an
ſi opponatur.rub.de reſcript.& licet iſta iu
ris ſint,in practica tamen vix poſſent obti-
neri in hoc regno ſine magna cauſa, & iu-
ris priuatione.

[margin: ...ationẽ ...nfecta ...ahabe ...oteſt.]

ℭ Nono limita vt per regulam. 34. in re- 285
gulis cancella. vbi ſi quis reſignauerit be-
neficium in curia, quod fuit mihi collatũ,
ſi reſignãs publicatione non facta intra ſex
mẽſes remãſerit in poſſeſſione, poſtea poſt
tres ãnos adhuc poterit moleſtari, quia nul
lum habet titulum. Imo ſi moriatur reſi-
gnans non facta publicatione,& non peri-
ta poſſeſſione per me, cui fuit collatum be
neficium, dicitur vacare per mortem, &

non per reſignationem, etiam ſi reſignans moriatur intra ſex menſes, cum ſit eadem ratio regulæ. Auriol. in repet. c. eam te. nume. 267. de reſcript. & in addi. ad de monte Lauduno. in ca. fin. de filijs presbyte. in. vj. Pro intellectu huius regulæ vide Domi. cõſil. 75. in. 2. q. Panor. conſil. 99. in. 1. volu. Dec. in. c. cõſultationib⁹. nu. 5. de off. deleg. Albert. Brunum in tract. de forma & ſolennita. actus. fol. 63. colum. 3. & quia nullum habet titulum reſignans, & ſic non coloratum, non iuuatur hoc decreto. Vnio vero nõ debet inſinuari illis qui poſſident beneficia. Io. Gall⁹ in quæſtio. per arreſta. q. 147.

286 Oratoriũ trjennio poſſidẽs, pẽt moleſtari.

¶ Decimo reſtringitur non procedere in oratorio, quia non eſt beneficium eccleſiaſticum. Bonifa. de vital. in clemen. diſpendioſam. colum. 1. & ſequent. de iud. Feder. conſilio. 130. factum tale. & conſil. 151. thema. colum. 3. Deci. conſilio. 148. reuerende. & tex. hic loquitur de beneficio eccleſiaſtico. Poſtquã ergo non conueniunt verba, nec conueniet diſpoſitio. cap. indemnitatibus. §. ſupradicta. de electio. in. vj. Feli. in cap. nonnulli. col. 31. de reſcript.

287 Beneficiũ eccleſiaſticum quot modis cognoſcat.

¶ Beneficium enim eccleſiaſticum cognoſcitur ex multis. Primo ex perſona prouidentis, quando conferens eſt perſona eccleſiaſtica, quia ad laicum non poteſt ſpectare ius conferendi beneficia. cap. ſi quis deinceps. cap. ſi quis. cap. nullus. 16. quæſt. 7. & ibi glo. in ſumma. niſi ex priuilegio. cap. dilectus. in. 3. de præbend. Bal. in. l. reſcripta. circa finem. C. de precib. impera. offeren. ſed oratorium datur per laicum, ergo non eſt beneficium eccleſiaſticũ, de quo loquitur tex. concord. vide glo. in. c. quidam. 18. q. 2. & glo. in. c. authoritate. de priuile. i. vj.

¶ Secundo cognoſcitur ratione perſonæ cui aſſignatur, quia beneficium eccleſiaſticum confertur ſoli clerico. cap. cum adeo. de reſcript. & cap. ex literis. de tranſact. vbi eo ipſo quod mandatur prouideri clerico, intelligitur de officio eccleſiaſtico. cap. fin. de præbend. in. vj. clemen. vt hi qui. de ætate. Ancha. in clemen. per literas. de præb. c. ſi quis epiſcop⁹. & c. ſaluator. 1. q. 3. Antho. de Butrio in. c. i noſtra. col. 5. q. 2. de reſcri.

¶ Tertio cognoſcitur beneficium eccleſiaſticum ex qualitate beneficij, vt pote quando habet aliquid ſpiritualitatis annexũ, vt quia propter diuinum officiũ datur beneficium eccleſiaſticũ. c. fi. de reſcri. in. vj. Barb. in. d. c. in noſtra. num. 74. cum ſequen.

¶ Quarto cognoſcitur ex modo prouidendi, quia pure cõferri debet, & non ſub conditione, nec cum pacto, nec pro commodo tpali, alioqui eſſet ſimonia. c. ſi quis dator. & ſeq. c. ſi quis obiecerit. j. q. 3. ca. ex parte. in. j. de offi. deleg. c. cõſulere. de ſimo. Nico. de milis in verb. beneficiũ §. 75. Ancha. in regula. j. de reg. iur. in. vj. col. 1. facit tex. in l. naturali §. j. ff. de confirman. tutor. vbi ſic dicitur: *Si quæratur, an ex inquiſitione tutor recte datus ſit, quatuor hæc conſideranda ſunt, an hic dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpoſitum eſt.* dixi in præfa. ad rubri. de colla. in concorda.

¶ Quito dignoſcitur eo ipſo quod eſt perpetuum, & ad vitam eius cui confertur, durat. c. præcepta. 55. diſt. c. ſanctorũ. 70. diſt. cap. veniens. de filijs presbyterorum. cap. poſtulaſti. de reſcript. cap. penult. de cleri. ęgro. Non ad tẽpus, vel ſub conditione conferendum eſt beneficium eccleſiaſticum regulariter. cap. ſi gratioſe. de reſcript. lib. vj. Barb. in clemen. cauſam. colum. 51. cum ſequent. de electio. & ſic etiam non procedit in hoſpitalibus, quæ non dantur in titulum. glo. in verbo beneficium. eo. titulo. in prag. dixi ſupra amplia.

¶ Vndecimo limitatur non procedere in beneficio quod in curia vacauit, & ante menſem fuit collatum per ordinarium, quia cum collatio ſit nulla, & ſic incolorata. cap. 2. de præben. lib. vj. nam titulus datus a non habente poteſtatem, habetur pro non titulo. l. Sulpici⁹. ff. de donar. inter vir. & vxo. & collatio facta a nõ habẽte ptãtem non videtur imprimere colorẽ tenendi, ci 288 Poſſiden[illegible]

cui collatum eſt.not. in cap. cum noſtris. de conceſſio.præbend.l.minor autem.verſicu.denique.ff.de minor.&c.d.l. hoc colore.ff.de inoffi.teſta. ideo collatio facta per ordinarium de beneficio reſeruato, reſeruatione in corpore iuris clauſa, vt eſt iſta,nõ eſt colorata,vt glo.tenet in.d. regula cancella.& gloſ. in verbo coloratum. eo.titu. in pragma.

289 De bñficio iure regali debito.

¶Duodecimo non procedit in beneficio debito iure regali, quia intra triginta annos poterit moleſtari poſſidẽs. glo. in verbo coloratum.in fi.eodem titu.in pragma. quia reſeruata principi in ſignum ſuperioritatis,non præſcribuntur.l. cõperit.C. de preſcri. trig.vel quadra.anno.& ibi addidi poſt Io.Frãciſ.in trac.de præſcriptio.in.2. parte quintæ partis prin.col.40.q.1.

¶Fallit quando collatio eſſet facta a rege duobus, tunc ſi vnus contra alium poſſideret per triẽnium,poſſet hoc decreto vti. glo.in.l.cum ſponſus.ff. de public. in rem actio.& .c. ad audientiam.de præſcriptio. refert D.Ruſeus in tract.regalio.in.4. priuilegio.&.23.

290 Permutãs ſuũ bñficiũ poteſt ad id redire altero ſibi euicto.

¶Decimotertio fallit in illo qui permutauit beneficium ſuum cum alio, quod poſt trienniũ euictũ eſt,licet is qui dederit non ſuum beneficiũ,poſſederit pacifice per triẽnium beneficium alterius,tamẽ euicto dato poteſt libere reuerti ad ſuũ primum,nõ obſtante triennio, & decreto de pacificis poſſeſſoribus.cap.beneficia. de præben. in vj.tum quia epiſcopus qui cõfert iſti beneficium,intendit ſibi conferre hoc beneficiũ loco dimiſſi. Sed iſte nihil dimittit, ex quo non habet ius,ergo etiam nil conſequitur, quia epiſcopus non cõtulit ſimpliciter,ſed ex cauſa permutationis,& habet locum illa regula,quod potuit noluit,& quod voluit implere nequiuit.cap.cum ſuper.de officio delega.l.multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. tum etiam quia ſequeretur abſurdum, quod quis per phas & nephas acquireret beneficium, & videns ſe non poſſe tenere illud ſalua conſcientia,permutaret cum habente ius in alio,quod eſt iuri contrarium. Ioãnes And. in cap.vno de rerum permuta.lib.vj.Feder.in tractatu de permuta. beneficio. q.10. Iannes de ſelua in tracta. de benefic.in.3.parte.q.24.Item reſoluto iure datoris, reſoluetur ius acceptoris.l. lex vectigali.ff.de pigno.facit.l. empti actio. C.de euictio.vbi emptor non impeditur agere,licet poſt lõga tempora res ſit euicta. ſic non impedietur agere permutans, licet aduerſarius triẽnium ſuum beneficium poſſederit, & hoc eſt iuri & æquitati conforme.& quia neutri permutantium ius acquiritur,niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.regula cancella. 38. vide quæ dixi ſupra in. 22. ampla.& in.5.limita.

¶Nec obſtat quod habẽs coloratum titulum,non põt poſt trienniũ moleſtari,quia verum eſt quando ille titulus durat, ſecus qñ de titulo fit nõ titulus, vt in eo qui libere ad ſuum beneficiũ poteſt reuerti, vt ĩ permutante dicitur in.c.penult.de rerum permutat. & in.c.ſi beneficia. de præben. in.vj. Et idẽ in eo qui adipiſcitur ſecundũ beneficium curatum.c.de multa.de præb. vt poſſit moleſtari etiam poſt triennium.

¶Fallit quando aliquis litigaret ſuper beneficio cum alio, & ille reſignaret beneficium, vt alter reſignaret ius ſi quod haberet,tunc ſi nullum habeat, non poterit ad ſuum beneficium reuerti, quia is poterat preuidere an ius haberet, antequam permutaret.Feli.& alij in.c.cum venerabilis.de exceptio. 291

¶Intellige tamen,quod ſi aliquis reſignaſſet ſuum beneficium facta ſibi promiſſione,quod ille iterum poſtea ſibi reſignaret dictum beneficiũ,quod tantũ volebat pro titulo,vt ordines ibidẽ poſſet aſſumere ſine literis dimiſſorijs, is qui habet bñficiũ ex hac reſignatione,poſſedit triennio, nõ vult nunc reddere,an poſſit moleſtari? dicerem quod non, tum quia is cui facta erat promiſſio, debebat venire intra tempus præſtitutum, vt pote intra triẽnium,

ideo videtur illi reliquiſſe, poſtq̄ intra tempus a iure ſtatutum non venit, & etiā quia ab illo reſignante non habet ius, ſed a ſuperiore. caueas ergo ſic reſignare. ita vidi de facto. nil allegaui ex tempore, ſed iſtę promiſſiones ſunt ſimoniacæ. cap. ex parte. de off. deleg.

292 Pendente cōpromiſſo qd durat trienio, non poterit iuuari etiā poſt hoc decreto.

℄ Decimoquarto non procedit quādo partes intra triēnium feciſſent cōpromiſſum, & interim alter poſſedit, quia durante compromiſſo nō dicitur pacifice poſſidere, cle. quandiu. de appel. vbi tēpus proſequēdi appellationē non currit durante cōpromiſſo. facit quod ſi alter ex litigantibus p ſubterfugia cauſam protelat, non currit inſtantia alteri, in quo culpa ceſſat. glo. in. c. venerabilis. de iud. ſequitur Alex. conſil. 72. videt. 1. col. in. 3. vol. etiam ſi decies milies pluſq̄ biennij tempus exceſſerit. tex. in authen. de appel. colla. 8. Ratio ibi traditur, quia partes confidebāt quod arbiter terminaret cauſam. tex. in authen. ſi tamē. C. de tempo. appella. Soci. cōſil. 39. capio. circa fi. in. 4. volu. quia non potuit pars durante cōpromiſſo ire ad iudicem, & ꝓſequi cauſam ſine pœnæ incurſione in cōpromiſſo appoſitæ. l. ſi quis rem. & . l. diem. §. ſtari. ff. de recept. arbit. vel ſaltē ſine violatione fidei & promiſſionis. l. 1. & . l. iuriſgētium. §. prætor. ff. de pact. quod graue eſt. l. 1. ff. de conſti. pecu. præterea compromittere fuit factum licitum & honeſtū, videlicet vt lites & eius anfractus vitarentur. c. diſpendia. de reſcri. in. vj. Ideo non debet pati pœnam qui ſic compromiſit, quia legitime fecit. l. Gracchus. C. ad leg. Iuliam de adult. ſiue compromiſſum fuerit factum pendente prima inſtantia, ſiue in cauſa appellationis. Bal. in. l. eos. §. apoſtolos. in fi. C. de appella. Refert Anto. Tremoli⁹ in addit. ad Hubert. de Bonacurſo rub. de impedi. execut. & cauſæ nullita. verſicu. idem eſt ſi appellatione. in verbo cōpromittatur. vide glo. in. §. & ne ſub vmbra. in verb. prorogationem. de cauſis in pragma. Item ſi quis fecit quod potuit, vt lis conteſtaretur, reus tamen ſuis ſubterfugijs & cauillationibus fecit vt non conteſtaretur, tunc actio perpetuatur tam reſpectu temporis, quàm etiam vt tranſeat ad hæredes, ac ſi lis eſſet conteſtata. tex. ſing. ſecundum Bolog. ibi in ſecundis interpretationibus, in. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Alexand. conſil. 100. diſcuſſis. col. 1. in. 5. volumi. Iaſ. conſil. 35. in quæſtione. col. 2. in. 1. volumi. & cum hoc triennij tempus ſit introductum in fauorem vtriuſq; partis, poterit vtraque pars renunciare, ſicut tacite ſi non opponatur, poterit moleſtari, ergo & expreſſe conueniendo & compromittendo. Facit etiam quòd ſi partes compromiſerint in prima inſtantia, compromiſſum duret per triennium, tamen non perit inſtantia, cum ſit eadem ratio, quæ in appellatione, ergo & idē ius. l. illud. ff. ad leg. aquil. & idem ſi exprimatur certū tempus in reſcripto, intra quod cauſa ſit finienda, iuxta cap. ſuper eo. 2. de appella. tamen ſi partes compromittant, non curret interim tēpus in reſcripto expreſſum. Bonifa. in. d. cle. quandiu. col. 3. & ſeq.

℄ Nec refragatur ꝙ partes nō poſſunt expreſſe prorogare illud tempus, nec trienium. l. properandum. C. de iud. quia fateor, quādo altera pars proſequeretur, vel ambę. ſecus ſi ambę vellent ſuperſedere, vt not. i. l. poſtq̄. C. de pact. Pro prædictorum itellectu, & . d. cle. q̄diu, vide Marheſilla. no. 24. nota quod tempus &c. Iohan. Maſuer. in rub. de arbir. in ſua practi. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis per literas. in verbo appellatione. colū. 18. cum ſeq. & conſil. 184. in cauſa. & deciſio. 115. compromiſſum. Bal. conſilio. 290. volu. 1. Ancha. conſi. 284. Ioannes. Panor. cōſil. 77. in quæſtione. 2. quæſt. volumi. 2. Alex. cōſil. 72. videtur. in. 2. volu. & conſil. 68. in cauſa. in. 7. volu. Soci. conſil. 39. capio. nume. 14. in. 4. volu. Georg. Nathan in repet. clemen. ſępe. in princi. colla. 18. & in. §. & quia. colū. 9. cum ſequē. de verbo. ſignifica. & addidi ad. d. cle. q̄diu. alia.

293 ℂDecimoquinto non procedit quādo moleſtaretur ſuper aliqua re beneficij, vtpote ſuper decimis vel alijs rebus, tunc non poſſet iuuari hoc decreto, quia titulus de pacificis poſſeſſoribus, tantum intelligitur quādo moleſtaretur ſuper titulo beneficij, ſecus ſi ſuper alijs. hoc videtur innuere tex. ibi dum dicit, coloratum habēs titulum. & ſic fundat ſe ſuper titulo, ſecus ſuper rebus beneficij. hoc etiam probat verbum beneficium, prælaturam &c. nam cuius eſt beneficium, non vtiꝗ omnes res quæ ſunt in beneficio. tex. in. l. ſi quis cum totum. §. ſi ancilla. ibi, etenim cuius inſula eſt, non vtiꝗ cementa ſunt. ff. de exceptio. rei iud. & qui vniuerſas ædes poſſidet, ſingulas res quæ in ædificio ſunt, non videtur poſſidere. tex. in. l. qui vniuerſas. ff. de acqui. poſſeſ. facit. l. fundi. de actio. empti.

Sup reb' beneficij poſt triēniū moleſtatur.

294 ℂDecimoſexto limita, vt non poſſit moleſtari poſt trienniū, poterit tamen is qui eſt in proceſſu cum alio, ſe iuuare titulo illius qui nil dicit per triennium, & ſuam iuſtificare poſſeſſionem ex iſto titulo habito, licet is qui eū haberet, non poſſet ſe illo iuuare, arg. c. poſt electionem. & . c. ex parte. de conceſſ. præb. & ſæpius vidi ſic in poſſeſſorio iudicari. nam cōtra eum qui tacuerat per trienniū, poterat opponi hoc decretum. ſed contra eum qui eſt in proceſſu, nō poterit, & ſic hoc iuuabit titulo, nec prohibet iſte tex. dicens tātum quod poſſeſſor triennalis non moleſtetur.

295 ℂDecimoſeptimo forte nō procedit in eo qui poſſedit per triēnium vigore collationis factæ ab ordinario, qui contulerat eodē die alteri, & ſic vtraꝗ collatio erat nulla, quia non apparebat de prioritate, ideo nō colorata, vt not. in. c. cum noſtris. de cōceſ. præb. vbi quādo collatio eſt nulla penitus, non dicitur colorata, ſed incolorata, & ſic hoc titulo non iuuatur. poſſet tamen dici titulus coloratus per ea quæ ſupra dixi in amplia. & ſic iuuari hoc decreto, quia non eſt omnino nulla collatio, vt infra dicetur. Sciēdum tamen eſt ꝙ collationes factæ ab vno & eodem ordinario eodē die, mutuo ſe impediūt, arg. l. duo ſunt. ff. de teſta. tutela. Io. And. in. c. ſi a ſede. de pręb. lib. 6. Panor. in. c. capitulum. de reſcrip. ſi partes inſtare velint, conſulendus eſt collator. Panor. in c. 2. de offic. deleg. per illum tex. Bal. in. c. 1. §. 1. de lege Conrad. vbi dicit ꝙ quando vterꝗ vaſſalus allegat vnū eūdem dominum, poteſt dominus alteri feudū aſſignare, vt ibi tex. dicit. facit tex. in. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de leg. 2. quia aut vnus contulit duobus eodem verbo, vt, vobis duobus tale beneficium confero. & tūc neutrius collatio valet, quia eſſet diuidere beneficium, quod eſt a iure prohibitum. c. maioribus. & . c. cum nō ignores. c. dilecto. de præb. Si vero fiat diuerſo tēpore, & diuerſis, tūc prima valebit. c. poſt electionē. de conceſſio. præben. & primo nominatus præfertur. c. mandato. de præb. in. 6. Igitur oportet quod appareat vtra prior fuerit. non poteſt melius apparere q̄ per eum qui eas fecit, ideo ad eū recurritur. & ſi non cōſtet de prioritate, neutra valebit per ſupradicta, & poteſt conſtare ex ordine ſcripturæ, quādo in libro curiæ Romanę vel epiſcopi ſunt collationes ambæ deſcriptæ, tūc prior ſcripta cenſetur prior. c. mandato. de præb. in. vj. ſic fuit iudicatum per ſenatum Tholoſanum ſuper poſſeſſorio cancellarię Caturcen. teſte Benedict. in cap. Raynutius. in verbo teſtamētum. 2. nume. 28. de teſta.

Quando collatiōes factę ſunt eodē die ab vno, q̄ valeat.

ℂPrimo fallit quando collatio fuit facta in fraudem ab vno eodēꝗ, videlicet vt annullaret collationem primam, ſecundo cōtulit, tunc valebit illa quæ declarabitur ex ordine literæ præcedere in libro, & tenebitur epiſcopus alteri prouidere, iuxta. c. inter cætera. de præb. ne præbeatur materia delinquendi. l. conuenire. ff. de pact. dota. Et hoc ideo eſt, quia quando epiſcopus vellet annullare primam collationē a ſe factam, iterum conferret alteri, & ſic indulgeretur fraudibus, & malitijs, quod eſt a iure improbatum. c. ſedes. de reſcript. l. in 296

fundo.ff.de rei vend. Et præſumitur fraus niſi cauſa appareat cur ſecundo contulit. nam ignorantia in facto proprio recenti non eſt tolerabilis.l.fi.ff.pro ſuo.

❡Secũdo fallit quãdo agitur de prouiſione facienda vigore literarum ad beneficia, per quas mandatur duobus conferri, tunc habebit locum id quod habetur in cap. duobus.de reſcript.lib.vj.ſecus in gratia facta,vt hic,& tunc altera tantum valere poteſt,licet aliter intelligat Deciꝰ in.c.2.nota.1.de off.deleg.

❡Tertio fallit,qñ collatio fuit facta inhabili & habili eodem die ab vno, tunc collatio facta idoneo valebit, nec illa collatio facta inhabili reuocabit primam, ſicut teſtamentum nullum non reuocat validum. l.ſancimus.&.l.nolumus.C.de teſta. doct. in.l.pacta nouiſſima.C.de pact. Et quid ſi ſint duodecim canonici,& ſex vni nominato eligendo conferant,ſex alteri, an valeat collatio? & vtra valeat? cogita.

297 Declaratio ad.c. ſi a ſede. ❡Notandum eſt tamen quòd quando collatio eſt facta duobus a diuerſis eodẽ die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior eſt conditio poſſidentis.d.c. ſi a ſede. ſicut quãdo ſunt duo iudices ordinarij, & vnus præoccupauit,ille eſt potior.l.ſi quis poſteaquam.ff.de iud.Idem in procuratoribus dicit tex.in.c.ſi duo.de procur. in. vj.& ſi vterque eodem momento acciperet poſſeſſionẽ,pręfertur is qui habet a papa propter maiorem pręrogatiuam.glo.in.d.c.ſi a ſede.quã ſequuntur ibidem doctor.

❡Amplia procedere etiam in prophanis, vt in duobus inſtrumentis quorum vnum eſt liberationis, alterum ceſſionis,vt poſſidens præferatur.Bal.cõſil.274.licet.in.2. vol.Itẽ in pari delicto vel cauſa,potior eſt cõditio poſſidẽtis. regula iuris in.6.i pari.

❡Secundo amplia,ſiue collatio fuerit facta a papa,& ordinario, ſiue a papa & legato,vel a legato & ordinario.glo.in. d.c. ſi a ſede. vel a papa & abbate, vel alio poteſtatem habente,cũ ſit eadem ratio. Domi.in.d.cap.ſi a ſede.

❡Tertio extende etiam ſi colorato poſſideret titulo,in regula cancella.15.Et ſi caderet a poſſeſſione,poſſet petere dictum beneficium a quocunque poſſeſſore,etiam ab habente titulum,ſecundum glo. ibi, quia illa regula concedit titulum,vt dicitur ibidem.& ſupra dixi in.3.amplia.

❡Quarto etiam procedit.d.cap.ſi a ſede,ſi collatio eſſet facta ab epiſcopo,& eius vicario. Philip.Peruſ.in.d. c.ſi a ſede. nec in hoc caſu videtur reuocaſſe poteſtatẽ epiſcopus,quando non apparet quis prius contulerit,ſicut dicitur de papa,& cõmiſſario ſpeciali.in.d.c.ſi a ſede.nec poteſt aſſignari ratio diuerſitatis, ergo idẽ ius erit.l. illud. ff.ad leg.aqui.nã etſi dicatur quod collatio facta per epiſcopũ eſt maioris prærogatiuę,ergo præferenda.c.dudũ.de præb.in. 6. Brunei.in tract.de dignita.leg.conclu.22. in.3.declara.quia verum eſt,quãdo ille cui eſt facta per legatum, nõ eſſet in poſſeſſione,ſed eſſet æqualis,ſecus quãdo non æquo iure procedunt,& ſic vna non reuocat aliã, cum præſumptiue conſtet de prioritate, nec dubitatur quod epiſcopus non poſſit reuocare,ſed oportet quod iure reuocet,videlicet antequam ſit collatum per vicariũ, poſtea non poſſet collationem factam reuocare,quia ius tertij auferre non poſſet. not.in.c.quãuis.de reſcrip.in.vj.Imo quia prouiſus a vicario eſt in poſſeſſione,præſumitur prius inſtitutus, & ſic non reuocatus.& ſicut papa cõferẽdo,videt alijs poteſtatem abſtuliſſe.c. vt noſtrum.vt eccleſiaſtic. benefic. tamen ſi papa & ordinarius eodem die conferant, & is cui contulit ordinarius,eſt in poſſeſſione,præfertur: ſic quando is cui contulit vicarius, erit in poſſeſſione,præferetur.nec refragatur.c. ſi quẽ.de procura.in.6. vbi dominꝰ tractãdo cauſam videtur reuocare procuratorẽ,quia fateor eo quòd venit ante cauſam finitam. ſecus ſi eſſet finita.ſic epiſcopus cõferendo ante vicarium reuocat,ſed poſtea non,per prædicta.vide infra in.5.limita.

❡Quinto amplia etiam ſi collatio eſſet fa-

cta a tribus, per glo. in.d.c.ſi a ſede.quia quod in duobus dicitur, & in trib⁹ procedit.nota.in.l.ſingularia.per illum tex.in fi. ff.ſi cert.petã. & quia eadẽ ratio eſt in tribus,quæ eſt in duobus. Io.Brunel.in tract. de dignita.lega.conclu.22.

¶Sexto procedit,quod præferatur poſſidens, etiam ſi non haberet poſſeſſionem tempore litis inchoatę, ſed ſufficit quod ſemel habuerit.Do.& Peruſ.in.c.ſi a ſede. per tex.in.l.1.§. ſemel.ff.de bono.poſſe.ſecundum tab. quia ex quo poſſeſſio validat ius illius qui primo eã adeptus eſt, ſequitur extinctio iuris alterius,cum duo ſimul nõ poſſint habere vnũ beneficiũ.c.cũ non ignores.de præbẽd. Et ideo poſtq̃ erat per primam adeptionem poſſeſſionis extinctum ius alterius, licet alter poſtea acquirat poſſeſſionem,& primus perdat,nõ debet reuiuiſcere ius vltimi iam extincti.l. qui res.§. areã.ff. de ſolu.c.q̃ periculoſum. 7.q.1.etiam quia daretur materia ſpoliãdi primum,vt ſecundus obtineret, & ſic daretur via delinquendi, quæ maxime eſt iuri exoſa.l.iuris gentium.§. ſi paciſcar.ff. de pact.l.conuenire.de pac.dotal.

¶Septimo amplia in duobus officijs collatis eodẽ die duob⁹,vel feudis,tũc is qui ĩ poſſeſſione primo fuerit, obtinere debet, quia præſumit prius habuiſſe donationẽ, poſtquã prius habuit poſſeſſionẽ.Bald.ĩ.c. capitulũ.col.1.de reſcript. Barb. in repet. rub.C.qui admitti.colũ.2.Catellia.Cotta in.2.parte memoraliũ,ĩ verbo hora.ĩ fine.

¶Octauo amplia ſiue bñficia ſint regularia,ſiue ſecularia,ſiue dignitates, ſiue pſonat⁹,vel quęcũq; alia bñficia eccleſiaſtica, cũ appellatione bñficij hæc veniãt. gloſ.in regula.1.de reg.iur.in.vj.Feli.in.c. poſtulaſti.de reſcripr.

¶Nono amplia etiam quando ignoratur an bona rectoris mortui ſint eccleſiaſtica, vel patrimonialia, quia ſi quiſquam poſſideat, præſumitur pro poſſeſſore, gloſ. ſing.in ca.nulli.12.queſt.5.quam ſing. dicit Barb.in repet. rub.C. qui admitti. col. 2.& conſil.23. ſcripſit. col. xj. & conſilio 50.illud afferam.col.1.in.1.volu.

¶Decimo amplia in duobus teſtamentis eodem die confectis, quando non apparet vtrum prius fuerit confectum,tunc poſſeſſor præferetur.l.1.§. non autem. & ibi Bar.ff. de bono. poſſe. ſecundum tab. Barb.d.conſil.23. ſcripſit propheta. colũ. xj.in.1.volu.D. de ripa in cap. ſæpe.col.2. de reſtitutio.ſpoliat.& ſic poteſt dici,Beatus,qui tenebit.ſicut dicit gloſ.in.§. ſi tres. de pace tenend. & eius violat. Et in duobus inſtrumentis eodem die confectis cõcludit Bald. conſil. 274. in. 2.volu. vide Alex.conſilio. 19.admodum.in.2.volu.

¶Vndecimo procedit in caſu ſequenti, videlicet ꝙ ſi vir & vxor moriãtur, nec appareat vter prius deceſſerit, & hæredes vxoris petunt bona vxoris, hæredes viri bona viri,illi debẽt obtinere,qui poſſidẽt. Bar.in.l.ſi inter. ff.de rebus dub. & poſſeſſor abſoluetur.l.fina.C.de rei vend.vbi vide plenius.

¶Primo limita qñ poſſeſſio erat iniuſta quia pro nulla reputatur,arg.l.quotiens.ff. qui ſatiſda.cogãt. Deci⁹ cõſil.169. & diligenter.in fine.per.c.eum qui.de præbend. in.vj.condemnatũ enim accipere debem⁹, qui rite condemnatus eſt.l.4.§. cõdemnatum.ff.de re iud.& non quęuis exhęredatio ſummouet filium a contra tab.bonorũ poſſeſſione,ſed quę rite facta eſt.l.non putauit.§. non quęuis.ff.de bono.poſſe. contratab.& notat.ĩ.l.auctoritate.C. vnde vi. &.l.1.§.fina. vti poſſi.ff.l. vis eius. C.de probatio. ſicut dicimus de eo qui eſt in poſſeſſione conferendi,mala fide, vt non valeat collatio facta per eum.no. Innocẽ. & alij in capitul.conſultationibus.de iure patro.plene Egid. de bella mera in cõſil. x.factum.col.17.verſ.circa quintum. 298 Poſſeſſio iniuſta nõ iuuat.

¶Secundo fallit, quando delegatus ſpecialis contulit vni, & legatus alteri, tunc præfert qui a ſpeciali delegato habet, arg. c.ſane.2.de off.deleg.& Peruſ.ĩ.d.c.ſi a ſede.in glo.ĩ.c.dudum.&.c.quanuis.in.2.de

prębend.in.vj.quia ſpecies derogat generi.c.1.de reſcrip. & regula,generi.de reg.iur.in.vj.

℄Tertio non procedit quando ille qui haberet ab inferiore, prius acceptaret, quia tunc alteri venit præferendus.iſta eſt elegans deciſio,& expreſſa,Iohan.Calder.cõſil.7.de pręb.quã ſequitur Feli.c.capitulũ.col.15.verſi.de duab9.de reſcript.Iohã. de Selua in tract.de benefi.i.3.parte.q.15. & oporteret conſtare de illa acceptatione.alias per teſtes eſſet periculoſum probare, nec admitteretur.

℄Quarto reſtringe quando in altera collatione eſſet clauſula motus proprij, tunc ille eſſet pręferendus, in cuius collatione eſſet clauſula motus proprij, etiam ſi alter eſſet poſſeſſor.Io. And.in.c. duobus.de reſcrip.Soci.conſil.67.eadẽ die.col.3.& ſeq. in.3. volu. primo quia ampliorem habet gratiã.c.ſi motu proprio.&.c.ſi pluribus. de præb. in.vj. ergo præferri debet, quia tex.in.d.c.ſi a ſede. loquitur quando ſunt pares.ſed non ſunt pares quando vnus habet clauſulam motus proprij, ergo poſſidens non præferetur. ita diſponitur in regula cancella.15.

℄Quinto modera, quando papa vel legatus reſeruauit, & ordinarius eodem die contulit,tunc collatio ordinarij pręfertur, ſi non appareat de prioritate actus. Ioan. And.& alij in.d.cap.ſi a ſede.nam ordinarius habet liberam facultatem conferendi, niſi fuerit præuentus.c. nulla.de conceſſio.pręb.ergo libere confert,ſi non appareat ei de reſeruatione. & quia reſeruationes ſunt odioſę, ideo reſtringendę.cap. quæ a iure.de reg.iur.in.vj. Alex.in conſilio.90.omiſſis.in.7.volu.Iohã.de ſelua in tract.de beneficio in.3.parte.q.vltima.Idẽ quando quis eadem die impetrauerit gratiam in eccleſia Bituriceñ. & eccleſia eodem die impetrauerit priuilegium, quod non teneretur prouidere ad receptionem alicuius per literas apoſtolicas,niſi in gratia fuerit habita mentio de priuilegio, tamen adhuc impetrãs gratiam obtinebit: & eccleſia quę excipit de priuilegio, probare debet prioritatem illi9.l.ei.ff.de probat.Guillel. de monte lauduno in.d. c.ſi a ſede.&ibi Io.And.Brunel.i.d.tract.de dignita.lega.conclu.22.declara.5.&.6.

℄Sexto nõ ꝓcedit qñ collatio ptineret ad vnũ poſt aliũ,vt ad Archiepiſcopum poſt epiſcopũ,tũc valeret collatio epiſcopi,etiã ſi is cui facta eſt collatio ab Archiepiſcopo,eſſet in poſſeſſione.glo.in.d.c.ſi a ſede. quia Archiepiſcopus non habet præuentionem, ideo valebit collatio ordinarij primi.

℄Septimo fallit, quando eſſet præſumptio prioritatis, vt in duobus inſtrumentis factis vno die,ſi alterum ſit factum pro dote, vel ſtudio, alterum non,præferetur inſtrumentum priuilegiatum, etiam ſi habens inſtrumentum non priuilegiatum, eſſet in poſſeſſione. Vincen. Hercula.in.l.1. col.4.ff.ſolu.matrimo.Deci.in.l.in ambiguis.de reg.iur.l.1.C. de iure fiſci. lib. x.

℄Octauo fallit quando a legato vni eſſet commendata eccleſia, & alteri ab ordinario collata, tunc is cui eſt collata, præfertur.Philip.Peruſ.in.c. nemo.q.5. col. vlt. de elect. in.vj. quia ordinarium remediũ facit ceſſare extraordinarium.l. i cauſę.ff. de minor. & quia habens titulum, habet gratiam pinguiorem,& pleniorem,& ſic pręferri debet,licet ille qui habet cõmendam,poſſideat. quod eſt notandum.

℄Nono fallit, quando in collatione ordi- 219
narij eſſet appoſita hora, & in collatione Horę appoſitio quid operetur.
papę vel legati non, tunc collatio ordinarij præualebit.glo. in d.c.ſi a ſede. quia ille qui certius probat,vincere debet, licet probatio neceſſario non concludat.Cy.& Bal.i.l.de reb9.C.de donat.ante nupt.ſed certior eſt probatio, quando hora eſt appoſita.ergo &c.

℄Secundo probatur in.d.c. ſi a ſede, vbi dicit pręferri poſſeſſorem, quando nõ apparet quis ſit prior, ſed apparet quãdo eſt hora,ergo. Iaſ.in.l.1. col.2. & ſequent.ff.

ſolu.matrimo. Cotta in.2. parte memora-lium.in verbo hora, & in verbo poſſeſſio-nis.& ſic conſuluit Soci.conſilio.67.eadem die.in.3.vol.nam apparere dicitur, etiã ex præſumptione.tex.in.c.ſcribam.ibi,ex pri us datis,& neglectis apparet,quod has ne-gligen.de præſumpt.vel alio modo, in au-thē.niſi tricēnale.C. de bonis mater.ibi,ex quo ſuæ poteſtatis eſſe apparuerint.ſic con ſuluit Decius conſilio.169.& diligenter.in fine,dicens ꝙ iſta opinio placuit.D.de ro-ta.vnde cautela erit,quod probetur de cer-ta hora.Cynus & Bal.in.d.l.de rebus.C.de donat.ante nupt.Ioan.de pla.in.l.1.de iur. fiſci.lib.10.Feli.in.c.paſtoralis.col.3.de re-ſcript.Hippoly.ſing.319.hora.

Apparere quando di-citur.

¶ Cōtrarium videtur verius, quia quando non apparet quis ſit prior, præfertur poſ-ſeſſor.d.cap.ſi a ſede.ſed ex appoſitione ho ræ non concluditur quòd is ſit prior. ergo &c. ſic conſuluit Soci. ſibi contrarius in.l. 2.ff.ſolu.matrimo.

¶ Secundo ſequeretur abſurdum. nam eſ-ſet in poteſtate ordinarij tollere diſpoſitio-nem iſtam ſemper apponendo horã,& ſic decretalis,ſi a ſede de nihilo ſeruiret, quod non eſt dicendum, nam fraudibus non de-bet indulgeri.cap.ſedes.de reſcript.

¶ Tertio prioritas debet probari per eum qui eam allegat.l.1. C. de iure fiſci. ſed is qui producit inſtrumentum,in quo eſt ho-ra,non probat prioritatẽ,ſi in alio inſtru-mento non inſit etiam hora, ergo non di-citur apparere,quia licet in vno ſit hora, tamen aliud inſtrumentum poteſt præceſ-ſiſſe,ergo oportet cōſtare de hora vtriuſq;. glo.& doct.in.l.titius.§.Lucius.ibi, incale ſcente cœlo.ff.de liber.& poſthu.

¶ Primam opinionem ego intelligerem, quando is qui habet collationem, proba-ret certa hora ſibi factam collationem, & illa hora erat longe ante meridiem, tunc quia collatio alterius potuit eſſe poſt meri diem, & hic certius probat, debebit obti-nere. ſecus ſi probaret quòd hora ſexta poſt meridiem, vel quinta hoc eſſet factũ, quia tunc cum alia potuerit iuſte præceſ-ſiſſe, dicerem non ſufficere, quia iſta pro-batio potius concludit contra eum, quàm pro eo: ideo nil facit.l.neque natales. C.de probat. nam etiam quando probatur hora ſeptima de mane collatum eſſe beneficium tibi,non habes niſi præſumptionem, vide-licet quod præceſſerit tua, eo quia bona ho ra facta eſt. ſed quando hora octaua poſt meridiem eſſet appoſita, tollitur præſum-ptio. ergo iſta horę appoſitio nil faciet pro apponente, quod eſt notandum, quia ex hoc conciliantur opiniones contrariæ,licet cogitandum reliquerit Feli. in dicto cap. paſtoralis.

¶ Decimo fallit quando in altera collatio-ne eſſet impetrans creatus canonicus, quia tunc conſtituitur ei ius ad rem,& afficitur eidem præbenda.cap.hi qui.& ca. dudum. de præbend. in. vj. Guillermus de monte Lauduno in dicto.c.ſi a ſede.

¶ Vndecimo non procedit quando alte-ra impetratio vel collatio eſſet ſubreptitia, tunc non obſtāte poſſeſſione illius qui ſub-reptitie impetrauit, altera præfertur, ar-gumen. glo. & nota.in cap. ex tenore. de reſcript.Felinus in cap. capitulum. colum. 4.verſicu.limita fallentiam. illo titu. quia quod nullum eſt,non debet præſtare impe dimentum.regula iuris,non præſtat.in.vj. nec effectum producere.

¶ Duodecimo limita,quando in altera im petratione etiam facta ab eodem eſſet ap-poſita clauſula gratificationis,tūc quia iſte maius & pinguius ius habet,& nō ſunt pa res:ideo præfertur, etiam ſi alter primo a-deptus fuerit poſſeſſionem, per ea quæ ſu-pra dixi de clauſula motus proprij. Et cau telá eſt, quod quando aliquis dubitat de a-lio impetrante, vel de alio cui conferatur eodem die, vt apponas in ſignatura, & cũ clauſula gratificationis: & quando opus fuerit, ad longum & late in literis exten-das.& hac cautela vti conſueuit, vt aſſerit D.Probus in additio.ad Ioannem monac. in cap. duobus. de reſcript. in.vj. vbi dicit 300

Cautela gratifica-tionis pro impetran tibus.

breui poſſe ſic extendi, & ſi forſan illud beneficium alicui, ſeu aliquibus, alij, vel alijs conferri, & de illis etiam prouideri conceſſerimus, & mandauerimus, ita & adeo vt in data pares, ſeu æquales litis, & mutuo vos impediatis, & propterea locus gratificationi exiſtat, tibi gratificando apoſtolica auctoritate conferimus, & de illo vel illis etiam prouidemus, decernentes, prout eſt, irritum & inane. &c. Et ibi vide per. D. Probum formam iſtarum literarum, & nota iſta perpetuo: quia alij non tangunt, quos viderim. & hãc etiam clauſulam poſſes extendere ad collationem factam per ordinarium & Romanum pontificem.

¶ Decimotertio reſtringe quando illa collatio facta per ſuperiorem vel alterũ teneret, alioqui poſſeſſio nil facit, vtpote ſi papa conferat vno die, & legatus eodem de beneficium cadens ſub præſentatione laici, quia legatus non potuit conferre. cap. cum dilectus. de iure patro. Ideo is qui ratione collationis legati adeptus eſt poſſeſſionem, non præferetur. ita in hoſpitali collato a legato concludit Anthonius de butrio in conſilio. 62. in nomine &c. hic de duobus &c. ſic dixi ſupra de impetratione ſubreptitia verſi. vndecimo.

¶ Decimooctauo non procedit in officijs temporalibus, ſeu dignitatibus ſimilibus & prophanis, quia hic textus loquitur de dignitatibus & officijs eccleſiaſticis, ergo in alijs temporalibus non habebit locum, nam verba non conueniunt, ergo nec diſpoſitio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. & ſupra dictum extitit de beneficio eccleſiaſtico & temporali, in tracta. nominationum. quæſt. 21. numero. 54. & vide quæ dixi ſupra in. 11. amplia.

301 ¶ Decimonono limita in caſu hoſtilitatis, vt hic, qua durante dormit præſcriptio: cap. ex tranſmiſſa. de præſcript. non enim erit obijcienda præſcriptio temporis, vbi neceſſitas intererit hoſtilitatis, dicit textus in cap. prima actione. in fine. 16. q. 3. Item ea quæ in beneficijs poſſidentur, ſiue quæ metu hoſtilitatis interueniente, diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi non poſſunt. cap. ſi ſacerdotes. in fine. 16. q. 3.

¶ Extende, ſiue vna die durauerit hoſtilitas, ſiue pluribus annis. hoc enim tempus quo durauit, ſiue fuerit magnum, ſiue paruum, de medio ſubducetur, & tempus præcedens continuabitur cum ſequente. dicto cap. ex tranſmiſſa. &. l. quibus diebus. in princi. ff. de conditio. & demonſt. ita quod licet in alijs caſibus in quibus quis impeditur, præſcriptio currat contra impeditum, ſed datur reſtitutio. l. ſed & ſi per prætorem. in princi. & §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſis maior. Iſto tamen caſu ipſo iure præſcriptio non currit, ſed dormit, ſecundum Bar. in. l. naturaliter. colum. penulti. & ſequen. verſi. quæro an iſta vſucapio. ff. de vſucap. Angel. in. l. cum notiſſimi. §. imo. colum. fina. C. de præſcript. triginta anno. Alexã. cõſil. 81. reuocatur. col. vlt. in. 5. vol. Corne. conſil. 92. licet. in hac. in col. 2. volu. 4. & caſus in quibus præſcriptio dicatur dormire, tradit Panor. & alij in dicto ca. ex tranſmiſſa.

¶ Amplia hanc concluſionem, nedum tempore durantis belli, ſed etiã poſt, quia contra populum hoſtilitate diſtrictum & bello, non currit præſcriptio. Ioannes Franci. Balb. in tract. de præſcript. in ſecunda parte 6. partis. in. 2. caſu. 302

¶ Limita quando tempore hoſtilitatis vel poſtea poſſet ire ad locum in quo redditur ius cum ſaluoconductu, vel ſine: quia tunc ſi non moueat controuerſiam aduerſario intra trienniũ, currit ei hæc triennalis præſcriptio. Felinus in cap. accedens. in. 2. per illum tex. vt lite non conteſta. & dicto cap. ex tranſmiſſa. Aret. conſil. 16. præſuppoitur. colum. 2. Ioannes Franciſc. in dicta. 2. parte ſextæ partis princi. in prin. nec vani timoris eſſet aliqua excuſatio. l. nec vani. ff. de reg. iur.

¶ Idem in impedimento peſtis, quia bonum eſt argumentum de bello ad peſtem, cum peſtis dicatur bellum inter deum & 303

hominès.Bar.in.l.naturaliter.colum.penul
ti.ff. de vſucap. & in.l. 1. ff. de bono. poſ
ſeſſ. quæ ex teſta.milit. Alexan. in.l.fina.
colum.2. C. de teſtamē. & in.l.2.§. ſi quis
in iudicio circa princi.ff. ſi quis cautio.&
conſil.30. ponderatis. colum. 2. & conſil.
81.reuocatur.colum.2.in.5.volumi.Panor
mi.in colum.2.in dicto cap. ex tranſmiſſa.
vbi etiam ampliat,licet reddatur ius in lo-
co vbi graſſatur peſtis, ſi aduerſarius erat
abſens propter timorem peſtis, cōtra quā
non valent medici,nec medicinę.Paul.in
l.ſi ab hoſtib⁹.ff.ſolu.matri.tamen currit
præſcriptio, ſed datur reſtitutio, per not.
per Bar.i.l.de ætate.ff.ad treb.quam legit
cum.§.fina.l.recuſare. de ripa in tract.ſuo
de peſte multa congerit pertinentia ad tē-
pus peſtis.vide ibi. In hac tamen materia
vix obtineretur reſtitutio niſi liquido pro-
baretur impedimentum,& iuſtum.

304 ¶Secundo contra impeditum poſtulare
propter peſtem,vel præſentare intra tem-
pus a iure pręſtitutum, non currit pręſcri
ptio,& ſic nō deuoluitur ius ad epiſcopū.
Bal.conſil.469.ſanctiſſimę recordationis.
lib.4.de ripa in tract.de peſte fol.27.ver-
ſi.ſed dubium.

305 ¶Idem dicendum eſt ſi quiſquam eſſet in-
Infirmo nō currit tempus.
firmus per triennium, & eo non poſſet a-
gere,excuſaretur,& non poſſet poſſidens
triēnio gaudere hoc beneficio,ſaltem ope
reſtitutionis.arg.c.commiſſa.de electio.li.
vj.nam qui detinētur ęgritudine, nō ſunt
abijciendi, nec alij in locum eorum ſunt
cōſecrandi,niſi ex hac fuerint luce ſubtra-
cti.c.pontifices.7.q.1.

¶Idem in abſente cauſa reipublicę, nam
interim non currit præſcriptio. ſi tamen
fuerit incohata,curret,ſed dabitur reſtitu-
tio.l.1.ff.ex quib.cauſ.maior.l. quod tem-
pore.C.de reſtitu.milit.

306 ¶Idem ſi fuerit iniuſte excommunicatus,
Excōmu⁹nicato an currat pſcriptio.
& non fuerit in mora petendi abſolutio-
nem.Bal.Feli.& alij in.c.1.de præſcriptio.
quia qui facit vt nō poſſit agere, poſſe vi-
detur.l. qui poteſt facere. ff. de reg. iur.c.
fina.de electio.l.ſed & ſi.§.hæc clauſula.ff.
ex quib.cauſ.maior.glo.i.c.quia diuerſita-
tem.de conceſſio. præbēd. licet ibi Panor-
mit. dicat præſcriptionem currere contra
excommunicatum iuſte,quamuis non fue-
rit in mora petendi abſolutionem:etſi con
trariū teneat in.c. cū inter. col.1.de exce-
ptio.dicens actiones temporales extingui
tempore contra excommunicatū, qui fuit
in mora petendi abſolutionem.

¶Idē in furioſo effecto poſt collationem 307
beneficij eidem factā, & anteq̄ potuiſſet
Furioſo an currat præſcriptio.
agere.Panor.in.c. cū non liceat.col.3. nu-
mero.10.de præſcript.per glo.in.l.2.C.de.
curato.furio. dicentem quod priuilegia &
beneficia collata minorib⁹ in præſcriptio-
nibus,& alijs,cenſentur collata furioſis.Et
illam ſing.dicit Barb.in cōſilio. 42.illud.
col.5.in.1.volu.& Soci.cōſil.66.viſo. i.4.
volu.Alex.in.l. centurio.col.2.ff.de vulg.
Iaſ.in.l.tutor.§.1.de iureiur.Purpura.in.l.
1.col.2.de iuriſd.omnium iud.

¶Idē ſi facta collatione is a Turcis captus 308
fuerit,vel incarcerat⁹, & totū trienniū nō
Captus a turcis poſt trienniū agat.
potuiſſet egredi.nā non cōputabitur ei tē-
pus. l.2. & ibi notat.ff. ſi quis cautio.c.ſi-
gnificāte.de pignor.glo.in prag. in verbo
ipedimēti.eodē tit. vbi idē dicit i pupillo.

¶Idē in alio quocūque impedimento, vt 309
hic.intellige tamen ſi impeditus non po-
Impedit⁹ qñ nō excuſetur.
terat remouere illud impedimētum, alios
qui non excuſaretur.cap.fina.de electio.c.
2.& ibi Decius in.4.notab. de teſtib.c. cū
ſit Romana.de appella. vnde dicit Inno.ī
cap.ex tranſmiſſa. de præſcriptio. quem
refert Feli. ibi.& in.d.c.1.eo titu.quod nō
ſufficit allegare impedimentum, niſi do-
ceatur de diligentia adhibita, vt impedi-
mentū vel non eueniret,vel non obſtaret.

¶Debet etiā impeditus proteſtari, alias 310
poſt triēnium non ageret,vt dicit hic tex.
Impedit⁹ ꝓteſtari debet.
& tex.in cap. fina. de appella. vbi Philip.
dicit eſſe optimam cautelam ad euitan-
das opiniones,proteſtari in omni caſu de

impedimento, & quod per eum non ſteterit, nec ſtat.c.ſciſcitatus.verſi. dummodo. de reſcript.c.paſtoralis. ibi,quas non fuerint proteſtatę.de exceptio. glo.i.c.cupiētes §.quod ſi per viginti.in verbo propoſita.de electio.in.vj.& in cap.plerunq;.de reſcript.multa congerit Feli. in.c. ex trāſmiſſa.col.2.& ſeq.verſi.dum ſubdit abbas. de præſcriptio.& doct.in.d.c. plerunq;.& cap.cum M.de conſti.Et an debeat fieri in ſcriptis,vide glo.in.d.c.cupiētes.in.d. glo. propoſita.Bar.Iaſ.& alios in.l. non ſolum §.morte.ff. de noui operis nūcia. & doct. in.d.cap.cum.M.Et qualiter poſſit probari impedimentum, tradit Bal.in.l.1.C. de dila.Prępoſ.in.c.ex ratione.col.5.de appella.Alex. in.l.2.§. quod diximus.ff. ſi quis cautio.dixi plene in pract.mea rub. de exonijs.glo.2.& in rub.de colla.§.1.glo. impedimento.in concord.& iſtius impedimēti proteſtatio debet intimari poſſeſſori beneficij ante triennium, vt hic dicit tex. & debet in hac intimatione ſeruari conſiliū Viēneñ. deſcriptum in cle. cauſam.de electio.quia ſicut propoſitum in mente retētū nihil operat.l.ſi repetendi.C.de cōdict. ob.cauſ.dator.ita iſta proteſtatio,quā aliꝰ ignorat ante intimationē, nihil debet operari in præiudicium ignorantis.Decius in cap.cum. M.col.7.verſi.ſecūda concluſio. de conſtitutio.cap. cumana.& ibi Panor. de electio.multa poſſem hic de impedimēto inſerere,quę ne in longum protraham, miſſa facio.

311 ¶Vigeſimo fallit ſi reſignatio beneficij fuerit facta in manibꝰ inferioris epiſcopo, & per eum admiſſa, & pars cui fuit collatum illud beneficium reſignatum, poſſederit per triennium. non enim iuuabitur hoc decreto, quia hæc renunciatio & admiſſio factæ coram alio inferiore epiſcopo ſūt nullę.c.admonet.& ibi not.&.c.quod in dubijs.de reūncia. niſi epiſcopus ratam illam admiſſionem habuerit, & collationem.ideo actus dictę collationis & admiſſionis nec quo ad poſſeſſionem acquirendam,nec retinendam, ſeu continuandam, nec quo ad præſcriptionem inducendam, vel complendam iuuare poteſt.ita expreſſe tenet Egidius de bella mera in conſil.x. factum eſt tale.in.7. dubio. quia quod de iure nullum eſt,non poteſt aliquem operari effectum, nec poteſt dici coloratum. Hoſti.in.c. olim.de except. dixi plene in repe.l.quod iuſſit.nota.2.in.4.limita.ff.de re iud.Et an capitulum ſede vacante poſſit admittere reſignationem mortuo epiſcopo,quod ſic, probat Iohan. Franciſ.in tract.de off.& poteſtate capit. ſede vacāt. i.2.q.ſecūdę partis.verſi.quęro an capitulum.&c.vide ibidē.& extrauag.execrabilis.§.cęterum.& ibi gloſ. de pręb.in extraua.Iohan.xxij.

¶Et an capitulum poſſit requiri vacante ſede,dixi in.§.ſi quis vero.in glo.diſpoſueri.circa finem de colla. Et an per illam re- 312
quiſitionem præueniri poſſit papa? adeo q; ſi nominatus vel graduatus requiſierit capitulum,quod recuſauit conferre,demū aliquis collationem obtinet a papa: nominatus,qui primo requiſiuit,etiam obtinuit collationem a metropolitano poſt papæ collationem, vter præferatur? reſpon.nominatus, quia capitulum potuit conferre poſtquam collatio erat neceſſaria. c.2.ne ſede vacan.¶Itē plana eſt ordinatio,& in proprijs terminis ad hoc edita per Ludouicum. xij.art.14. inter publicatas anno 1512.contra quam iudices regij iudicare non debent, alioqui eſſent periuri,& ſic ſuis officijs ſaltem priuandi,cum in principio iurent iudicare ſecundum regis ordinationes,vt patet in rub. des preſidens, arti.110.& in authen.iuſiurand.quod pręſta.ab his.item nec iudices a papa dati, cū prohibeatur eis iudicare contra concordata.§.1. de firma & irreuoca. concorda. ſtabili. ibi, & ſic per quoſcunque iudices &c.& iſta ſunt etiam in concordaris ſtatuta. ergo ſecundum ea debet iudicari. Secundo probatur quòd iſta ſunt in concordatis ſtatuta per.§. declarantes. de mā-

da.vbi declarat papam velle conferre libere beneficia quomodocũq; qualificata iure præuentionis,ergo alio iure non vult cõferre.ſed quando nominatus requiſiuit beneficium ſibi conferri,præuenit papã,igitur papa non poterit conferre iure pręuentionis,neq; in præiudicium nominati vel nominatorum qui requiſiuerunt,cum tantum præuentionem ſibi retinuerit, & non poteſt dici præuenire quando nominatus requiſiuit,vt infra patebit. ¶ Tertio bonũ eſt argumentum ab alluſione vocabuli.l.2.§.appellata.ff.ſi cer.pe.ſed pręuenire dicitur ante venire. ergo quando nominatus ante venit ad ordinarium,q̃ alius ad papã, papa dicitur præuentus,& non poterit cõferre iure præuentionis,amplius nec alio iure in præiudicium illius qui iure requiſiuit,quia cum ipſe papa ſit cultor & auctor iuſtitię,non patitur contra iuſtitiã aliquid fieri, nec ipſe vult facere.cap. vno de aliena.feud.

¶ Quarto non refragatur ſi dicatur præuẽtionem per collationem fieri,ergo ante nõ dicitur.Reſpondeo etiam per requiſitionẽ & petitionem pręuentionem fieri in iudicialibus, ſi alter ex reis credendi petat adeo præuenit, vt alteri non poſſit fieri ſolutio. l.ex duobus.& ibi Bar.& Imol.ff.de duob. reis.& in iuriſdictione voluntaria per interpellationem præuenitur & præoccupatur iuriſdictio.l.prima &.2.ff.de offi. procon. Iaſ.in.l.ſi pluribus.nume.25.ff.de leg. primo.Et quod per requiſitionẽ nominati affectum ſit beneficium,& ei debeatur,declarat tex.in.§.teneãtur. in fine.de colla.Et ſi papa voluiſſet pręferri poſt requiſitionẽ, dixiſſet,iure prælationis volumus conferre,vel iure præuẽtionis collationis.Sed ſimpliciter dixit iure præuentionis,ergo quomodocunq; ſit præuentus,non intendit papa conferre,& petitio ſeu requiſitio nominati vel graduati præuenit, & adeo afficit beneficium,vt ordinarius poſtea non qualificato minime poſſit conferre,non tamen afficit alios qualificatos quo minꝰ requirere poſſint,& requiſitione facta ordinarius poteſt gratificare vnũ ex expectantibus.l. cũ qdã.in.2.& ibi Paul.col.vi.ff.de lega.2.

¶ Quinto dolus non debet alicui prodeſſe.l.ſi legatarius. cum ſimilibus.ff.de dolo. ſed epiſcopus poſt requiſitionem vel antẽ mitteret Romam,vt haberet collationem a papa pro ſuo nepote,antequã nominatus veniret ad ſuperiorem, & ſic cum ſuo dolo lucraretur,item daretur materia delinquẽdi,quam totis neruis iura propulſant.l.cõuenire.ff.de pact.dota.nã ſemper pro magnis beneficijs collator mitteret curſorem ad papam, & interim alliceret nominatũ, & verbis remoraretur illum, vt non adiret ſuperiorẽ,& ſic excluderet eũ : quod ſummopere debent tollere ſenatus Franciæ,& huic cautelæ obuiare.

¶ Sexto conditio debet haberi pro impleta,quando non ſtat per eum qui illam implere debet.l. in iure ciuili.ff. de conditio. & demõſt.ſic & collatio debet haberi pro facta a die requiſitionis,poſtquã non ſtetit per nominatum,ne malitia vnius noceat alteri.nam ſi prima die requiſitionis bonã fidem agnouiſſet collator,eidem requirenti cõtuliſſet,& ſic præueniſſet papam etiã in conferendo.ſic etiam dicitur præuenire in requirendo,quia papa voluit tollere negligentiam ordinariorum non conferentium,& nominatorum non requirẽtium. ideo ſibi ius pręuentionis retinuit,nõ prælationis.

¶ Septimo ſi aliud diceres,libertas & facultas conferendi beneficia ordinarijs adimeretur,& concordatum in fauorem regni & regnicolarum editũ,in odium illorum retorqueretur,& res nũmariæ Galliæ exhaurirentur,contra ea quæ dicuntur in proœ. concordato.quia ſi primus collator & ſecundus non conferrent,ſemper papa præueniret.nam aliquãdo audiui ꝙ nepos habebat epiſcopatum,& patruus archiepiſcopatum.ſi nepos epiſcopus recuſabat,archiepiſcopus nunquam iure deuoluto conferebat.interim illa beneficia p phas & ne

phas obtinebant. qui abuſus per ſenatum deberet reformari, & requirenti poſſeſſorium adiudicari, licet primam collationẽ non habuerit.

¶ Octauo non me mouet. c. vltimum de conceſſ. præben. in. vj. quia loquitur in gratia papæ ſeu prædeceſſoris quã poteſt ſucceſſor facile reuocare, etiam ſi beneficium fuerit acceptatum per expectantem apoſtolicum, quia prædeceſſor non potuit legem imponere ſucceſſori, vt plene dixi in præfat. ad rub. de colla. in concordat. ſed in nominationibus ſecus eſt, quas papa non concedit, nec prædeceſſor, ergo nec ſolus eas reuocare poterit, vt dico in. q. vlti. tracta. nomi. eas reuocaret ſaltẽ quo ad illud beneficium, & ſic quo ad partem, ſi poſt requiſitionem conferret. ergo non poteſt, & ſic ceſſat illud quod dicit Imol. in. c. inter cætera. col. 3. de præbend. & Feli. in. c. capitulum. verſi. de duabus. de reſcrip. nume. 16. quod poſt acceptationem apoſtolici poteſt papa conferre, quia hoc verum, vt dixi, in expectante apoſtolico, & de iure antiquo. ſecus per concordata, poſtquã papa ius tantum præuentionis retinuit.

¶ Vltimo quando quæſtio eſt dubia in iure canonico, & eſt plane deciſa per ius ciuile, tunc ſtatur illi deciſioni factæ per ius ciuile etiam in foro canonico, vel econtrario. c. Raynutius. & ibi doct. de teſta. ſed de iure eſt dubium an appellatione præuẽtionis veniat ſimplex requiſitio, ergo ſtabimus declarationi factæ per ordinationẽ regiam, etiam in curijs eccleſiaſticis. quod eſt notãdum. Alia miſſa facio, ne ſim prolixus. alibi plena manu ſcribam. hæc tamen interim non ſunt contemnenda. Alia dixi in. d. glo. iure præuentionis. ſi tamen quis velit alia videre, recurrat ad glo. prag. ſanctio. ne eas hic tranſcribam, ſicut quidam putant me facere, & nil vltra ſcribere. hoc tũ ex ſupraſcriptis ſatis ſuperq; dignoſcet.

¶ Hic ſiſtere calamum, & receptui canere ordinariæ iubent lectiones noſtræ, quas, & adagio dictante, ordinẽ deſerere, etſi multis obrutus ſum negotijs, nolui, vtilitatem publicam alternis horis ſcribendo, vel interpretando, pluris faciens, quàm priuatam, quæ mihi contẽptui fuit, vt hæc breui (quaſi Glauci ars) congeſta fuiſſent, & cõmodum noſtris afferre poſſent, quod futurũ ſpero, & quia dicitur primæ ad Theſſalo. 5. c. In omnibus gratias agite. Igitur agam Deo Opti. Max. eiuſq; virgini matri & omnibus cælicolis immenſas gratias in ſempiternum, Amen.

Spes mea Chriſtus.

FINIS.

Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
71
Digitized by Google